terebenthinæ uſus contra [...] ſim
tertiana continua febris
extenſa quæ ſit
duplex
tertianæ febris propria acc[i]dentia quæ
exquiſi[ta]

exquiſitæ cibi accommodatæ 232 nothæ qualis uictus conueniat 233
febris exacerbationes 25
accesſio 174
teſtes generationis inſtrumentum 6
teſtium in aquam demiſsio pag. 1470
teſticulorum & renum con=
teſticuli gallorum quibus cõ=ueniat 205
ſenſus 589
teſtudinis caro quas habeat facultates 398 caro in lepræ curatione utilis 625
teſtudines quomodo ſint coquendæ 400. 401
teſtudinum terreſtrium carnis uſus 400
τιταρταῖοι 146
Thadeus Florentinus medicus quale precium ſtatuerit in operibus artis 645
thamariſc. qualis arbor 627
Theonis commentaria ſuper Euclidem 1072
theriaca 109 quomodo cognoſcatur 109
thermæ Lucēſes in Italia 362
thlaſci 126
thoracis contractio in tuſsi pag. 329
thoraci firmitatem præbens medicamentum 454
Thucydidis conſilium 481
hiſtoria qualis 1065
thus ſuffitum ad pituitā 125
clarum flatus diſcutit 530
ad tympanitidē facere 572
thunni 407
timor diuturnus quid faciat pag. 147
tineæ curatio 269
tinnitus in ſurditatem tranſit 115
tithymalus 125
tithymali radicis decoctum ex aceto addentes 117
Tobiā angelus liberauit à cæcitate 641
tomenti ſericei uſus in lepra pag. 627
torcular in duriore membrana ſupra cerebrum 102
tormina quæ pariant 37
torpedo 407
toſta 212. 213

tractationes in hiſtoria 1064
tradendarum diſciplinarum ſimilitudo 1597
translatione quæ ſanētur 39
tremor & rigor quid differant 169
tremoris & pulſus differentia 89
tremori ex uini potu 1449
tremulus pulſus in quibus 59
tripolium purgat 563
tripolij floris in colore mutatio 563
triſtitia tabefacit 148
uitanda 521
triſtitiæ mala 148
triſtitiam & iram mala eſſe pag. 487
triticeus panis 395
tritici farina concoquit 249
truta piſcis 540
tubera non adeò mala 413
difficilia concocta eſſe 535
tubercula profundiora quomodo curentur 270
tuendæ ſanitatis libri Cardani 1563
tumor ſcroti 518 in magnis uulneribus, bonum 143
tunni piſces quales 39[illegible]
turbida manens urina 7[illegible]
Turcæ quomodo poſsint eſ[illegible] abſq; medicina 6[illegible]
turdi aues 57[illegible]
turgere quando humores di[illegible] cantur 22[illegible]
turpeti loco tripolium ſum[illegible] tur 56[illegible]
tuſsis unde fiat 3[illegible]
tuſsi 1443 accommoda[illegible] catapotia 27[illegible]
tuſsilaginis uſus in abceſſ[illegible] bus curandis 2[illegible]
tuſsilagine alenda aſina c[illegible] ius lacte uti uolumus ad di[illegible] ficultatem ſpirandi 49[illegible]
tuſsim in æſtate pauci pati[illegible] tur 4[illegible]
curans antidotus 45[illegible]
difficultatē ſpirādi in hyem[illegible] plurimi patiuntur 246
tuſſes in hyeme fieri 3[illegible]
tuſsilago 12[illegible]
tuſsire uehementer nemo p[illegible] teſt ſine uehementi contr[illegible] ctione thoracis 32[illegible]
tuſsiendo uehementer qua[illegible] pauca ſæpe expuantur 32[illegible]
tymp[illegible]

tympanites 513
tympanicidis ratione cauẽda medicamẽta purgãtia 556

V

VAcuus pulſus imbecillitatem indicat 57
uacui aut neceſsitatis ratione motus quomodo fiat 2
Valeſcus de Taranta de uſu lactis 484
uapor ſudoris materia 7
uapores aſthmatis cauſa 339
uariolæ 669
uas ætheris ut claudendum 1590 pellicanum 1591
uaſa liquorum ut occludenda 1585
uates morbo laboraſſe 687
uegetatrix anima uehiculum cœleſte eſt 1131
uehemens pulſus qualis 49
uelox & tarda reſpiratio pag. 504
uenæ ſectio facit ut ſanguis liberius moueatur 235
ſectionis utilitas in febribus & incenſis & abceſsibus 37 diuiſio 608
ſectionis effectus 36
ſectione Turcas uti 655
ne & arteriæ tranſmittant ad cerebrum materiã 324
ſectio ex pedibus quomodo fiat 75 ſectio 36
quietæ naturalis facultatis inſtrumenta 2
pueritiæ 1059
uenam ſecare tutum non eſt cum præcordia tumẽt 219
uenarum oris apertio 608
uenatores, propter uehemens exercitium, ſoli in grauiſsima peſte ſeruati 238
uenationes cogitãdæ dormire cupientibus 522
Venus quid poſsit 147
uenenum deuorare ſolum uoraces 239 dum deuoratur quale ſit 239
ueneni ſumpti ſigna 239
uenenis quæ reſiſtant 120
uomendis 1472
aduerſans medicamentum pag. 442.443
uentris beneficium quæ impediant 528
uentris lenitio quibus fiat pag. 357

uentrem ſiccare atq; extenua
rȩ 519 ſoluentia 627
uentriculus quas habeat ui-
res 4 indicat uenenumne
ſit ſumptum 239 quomodo
alatur 103 toti corpori fa-
mulatur 103 quomodo
confirmandus ſit 103
debet quieſcere ſuper inte-
ſtina 526
uētriculi texturæ laxitas 527
ab alijs membris differen-
tia 103 humido conſum-
pto mors qualis 13
affectus quæ indicent 7
morbi à iecore originem du
centes 269 diligens cu-
ra habenda 102 cum ce
rebro conſenſus 78 con-
coctio eſt ſignum ſufficien
tis ſomni 471 imbecilli-
tas unde 1410 1451 af-
fectiones ruta ſanatas 288
octo facultates 1 3 præ-
ter naturam affecti pulſus
pag. 63
uentriculo quæ ſint amica 531
ſal conferre 389 amica
medicamenta 125 quæ
proſint 117 quis ſitus cor
poris bonus quiſq; malu
ſit 526 conferentes cib
531 debet minus una im
poni in ſomno 37
uentriculo conſeruādo 141
uentriculum confirmat ui-
num 464 confirmat cr
cus 388 detergit lac 49
expugat beneficium 47
uerbena ad caput facit 11
uerbum duplex 100
uere qui purgandi ſint 27
ueritatis amator debet eſſ
medicus 28
uermes uermium cineribus
ducuntur 115 fugant
amaris 140 ad illos qu
faciat 208 qualem eff
ciant dolorem 43 ex
prodeuntes 79 eſſe mor
borum cauſas & non mor
bos 30 qui inueniuntur i
capite cerui dum uiuit a
quæ utiles ſint 27
uermibus quomodo aqua d
da 146
uermiculares pulſus 5
uertigo à ſolo ægro præcipi
tur

pitur
uerum 290
1007
Veſalij libri de corporis humani fabrica 271
ueſica laborantes quales habeant urinas 318
ueſicæ affectus quæ indicant 7 quæ proſint 119 cum cerebro conſenſus 78
ueſpertina hora grauiores morbi 132
ueſpertinis uita 156
uibratus 51
uibratus cum arteria dura 59
uictus tenuis tollit flatus 265 ratione qui morbi curentur 520 ratio duplex 194 ratio præſtantiſsimorum medicorum munus 98
uictum humidum febricitantibus ferre 203
uigilia quibus curanda 268
uigiliæ ſomno curantur 98 cum frigidis humoribus quæ conueniat cura 268 auxilia 521
uigiliarum cauſa 87.267
uigiliarum exteriores partes calefacere 317 affligere ſanos & ægros 267
uigilijs arcendis 1433 conciliandis 1434
uiger morbi 24
uigoris ſymptomata 27 extrema portio 25 quomodo facultates exerceant ſuas operationes 103
uinca prouincæ uis ſanguinem ſiſtendi 613
uinum quibus umſceri poſsit 1616 in quibus aquæ præſtet 1399 extinctionis auri 1587 quod deterius & cur 1404 abſq; aqua nullis conuenire 1416 fœtib. aduerſari 1424 an humidũ eius uis 1416 quando uentriculo conferat 1451 infantiæ quantum noceat 1423 cur noceat ibid. à quo corrumpatur 1405 flauum 392 corroborat ſpiritus 464 facit ad cõctionem 159 album ad coctionem facit 392 potens nigrum ab ceſſuũ cauſa 293 flauum 120
uini uſus uitæ nociuus aqua,

qualis 1547 fex duplex 1536 ad ætherem propor= tio 1574 aqua ſeu æther 1575 natura in corpus 1531 potentis uſus 1562
uino an utendum cum cyna 1624 ne dilato homines magis inebrientur 392
uiolæ purpureæ 124 odor 1539 cur in alijs 1542 albæ folia 126
uipera rubra, breuis & rotunda 403
uiperarum uerarum dentes pag. 631
uiperas coquendi modus 631
uires quæ indicent 43 debilitantur euacuationibus 524 imbecilles oſtendit undoſus pulſus 60 quantum in morbis poſsint 86 ualidæ quid poſsint 1461 indicant 198
uirium roboris cauſæ 86 imbecillitas 228
uiri magni non facile pereunt 86
uiridaria cogitanda dormire cupienti 522
uiridis faciei color
uirgo quale ſit ſignum
uirgo morbi
uiſceribus quæ proſint
uita diuturna naturalis q... bus conſtet
uitæ tempus à Deo ſtatu... 1365 longitudo ubi 154... longitudini quæ neceſſ... pag.
uitam producant
uitalis aqua
facultas eſt penes quam... lam mors & uita atten... tur 11 facultas quæ co... prehendat 3 facultatis... ſa nos edere & bibere ... facultas in corde
uitis capreolorum uſus
quando reperta
uitioſi ſucci curatio
uitellina bilis
uitiligo ſymptoma
uitiligo
uitrum an exhalare per... tat 1582 ob poros n... frangi
uitali lactantis caro
pinguedine quæ ſint ... rand...

randa 279
uinaciſsimæ quæ ſint 3
ulcus uetuſtum in tibia conſolidatum qualis pulſus cõſecutus ſit 62 ex lapidis mictu 28
ulceri cum fractura 1502
ulcera difficilia ſanatu 624
ſinuoſa quomodo curanda pag. 114
cũ uitio totius corporis 624
chironica quomodo curanda 263
ulcerum ſinuoſorum cura 269 ſanationem quæ impediant 623
cura exiccatio 99
ulceribus omnibus quid utile pag. 1594. 1499
umbilici ueneris uſus 119
radix 571
undoſus pulſus 51
uox naturalis in morbis bonum ſignum 66
uocis exercitatio in quibus conueniat 458
uoluntarius motus unde 6
uomitus ante acceſsionem utilitas 489
cum tepida utilitas et quado 1410 in peſtilente febre 189 in febribus quibus ſit mouendus 231
in quibus affectibus conueniat in quibus non 467
ex aqua tepida 218
uomitui arcendo 1472
prouocando ibid.
uomitum nocere capiti 467
Arietem & taurum ſigna facere 562
unctio facit ad concoctionem pag. 159
undoſus pulſus quo fiat 60
undoſum pulſum ſudores futuros indicare 60
ungues quando incidendi pag. 1504
unguẽtum Alexandrinũ 263
unguenti populei uis 234
unguenta diſcutientia 233
pectoralia 449
ureterarum affectus indicat urina 7
urigo ſentitur in faucib. corũ qui uorant uenenum 230
urina quarum partium affectus indicet 7

*uterum gerentium* 256
*cocta quæ ſit* 70
*bene colorata* 68
*turbulenta quid ſignificet* 512 *multa ſecuriet* 71
*excrementum eſt ſecũdum naturam* 7 *non indicat exactè coctionem* 561
*craſſa quæ* 68
*bona pulſus poteſt eſſe malus* 8 *cruenta* 453
*in quibus caſibus parũ indicet* 74 *rubra uenæ ſectionem plerunq; expoſcit* 220 *cruda* 70
*urinæ retentio* 297
*in febribus putridis quales ſint* 187 *retentioni* 1452
*odor ex reſina larignea cur fiat* 1542 *& pulſus præſagia quid differant* 74
*ſuppreſsio* 94.514
*aquoſæ unde* 511
*fœtor magnus quid ſignificet* 72
*urigini quæ proſint* 119
*color naturalis* 68
*albæ in febribus quid indicent* 318
*infantis uſus* 539
*indicia* 309
*peſti familiares* 7
*circulus* 7
*turbulentia unde* 51
*colores* 68
*indicãtes longũ morbũ* 7
*concoctio* 8
*urinam mouentia* 530
*ciens compoſitio* 57
*urinarum doctrina quomodo ſe habeat* 74
*colores boni & mali* 7
*differentiæ quindecim* 6
*quo tempore iudicium exactum fieri poſsit* 7
*ſignificationes uariæ* 7
*urinas concretas quidam etiam inſpiciunt* 7
*urticæ uis contra frigus* 234
*uſtione quãdo utendum* 45
*uſtiones qualibus ferramentis fieri debeant* 458
*uterus putrefactus excidit* 292 *generationis inſtrumentum* 6
*uteri ſanguis clarus* 66
*affectus* 79 *affectibus proſunt malum olentia* 11
*cum*

*cum pulmonibus conſenſus* 78
*utero quæ accommodata ſint pag.* 118
*uuæ paſſæ arillis carentes in melle conditæ* 104
*quæ eligendæ ſint* 410
*paſſæ optimi cibi & medicamenta* 409
*uuarum paſſarum uſus in medicamentis* 388
*uuas paſſas iecori utiles eſſe pag.* 117
*uulnus in pulmone* 127
*in aliquod pulmonis uaſa quomodo curandum* 132
*uulnera capitis quomodo curanda* 104
*quomodo curentur* 10
*uulneribus internis quid proſit* 119
*uulnerarij med. munus* 274
*uulpis pulmonum uſus* 117
*uultus mutationes repentinæ unde fiant* 93

X

*XEnophontis hiſtoria pag.* 1064
*Xiloaloës* 118
*Xiphoides os* 584

Z

*ZAcharenis medicamentum* 442
*Zadura flatus exercuit* 530
*Zea* 395
*Zeæ farina* 536
*Zenonis medicamentũ* 443
*Zethum quale* 393
*Zibeti uſus* 595
*Zibetum* 124
*Zinziber conditum cum ſaccharo* 431
*Zinziberis facultates* 385
*Zodiaci ſigna quæ bona quæq; mala ſint* 562


F I N I S.

## RELIQVA FACILIORA QVI VIS facile corriget, & ne quid diſsimulemus, numerus erit in aliquibus locis corrigendus, quæ omnia aſcribenda ſunt correctorum negligentiæ, quibus nimium confiſi ſumus.

PAgina 5. lege tamen. 6. ſeparare. 12. impediuntur legendum, &
in eadem pag. media, lege. item in eadem pag. crure pro crine.
14. adſunt. 15. maximæ. 17. fouet. itē cæteræ. 18. quæ pro quòd. 20.
differentiæ pro doctrinæ. 21. hectica item cauis pro canis. 22. me-
dij. 28. declinatione. 29. incendij. 30. tum. 32. tum. 33. quotidiana. 37.
colliquantur pro colloquantur. 38. queat. 40. fuerint. 42. tum. item
quod. item affectus pro effectus. 45. plures pro plurales. in eadem
lege coæquabis. item hic pro his. item mediteris. 47. propior. 48.
quietem. item poſſunt prænunciare. 50. Rythmus. itē alternis pro
alterius. 51. habet, iterum, habet. 52. rythmus. iterum rythmus, in
rythmo, &, habet, &, parum. 54. tum, &, liueſcunt, &, anaſarca. 55. ſtatim
fatim. 56. mouere pro monere. 58. abſceſſu. 59. habet, iterū habet.
60. indicat, &, habetur, &, oſtendit, &, reſiſtunt. 61. habeat. 62. abſol-
tam. 63. pertuſæ arteriæ. 64. habetur, &, poſſunt. 65. mortē. 66. pi-
næ & ſanguis, &, auri. 67. quod. 68. uidentur. 69. mutatur. 71. reſti-
tue, &, item in eadem pag. ſignificat, &, manet, &, familiaris, & ite-
rum, ſignificat, &, oſtendit. 72. declarat, &, ſignificat, &, ut. 73. cōn-
ſituris, &, mingūt, &, iudicantur, &, huiuſmodi. 74. gemmarum
tum. 75. deterrimus, &, inueniatur. 77. colore pro calore. 78. exte-
nuatio, &, pulmonis pro pulmentis. 79. coloratiores & contrahun-
tur. 80. implebat, &, die pro de. 81. decimæ. 89. differt pro dicitur.
90. nunciant. 92. prauos pro paruos. 93. lypothymis, &, ſyncopis.
94. mouetur, &, tum, &, nonum pro nouum, &, quæ pro quam. pro
iudicio. 96. leuiſsimi qui, &, ut pro in. 102. qui. 105. futuras, &, tum
&, conſtitutio pro conſtrinctio. 105. 107. modis, &, fotibus pro fom-
bus. 108. cacochymiæ, &, beſſem. 109. fugientes, &, leuis. 111. inte-
periem. 112. lætitia, &, amore. 115. interimūt, &, neceſſario. 116. ægri
pro ergo, &, infelicis, &, odoratui. 117. abſinthium. 118. abſinthium
&, tū, &, prorſus. 121. regulis. 122. exibit. 123. medicamentis. 124. ſuc-
cedanea, &, arantij. 125. cnicum, &, ficus. 126. galbanum. 129. indica-
tio. 133. prima. 135. dolore, &, diductis, &, ueratri. 137. ſanationi
140. obſtructio. 142. abſceſſerit. 143. inde quæ, &, quam. 144. tū. 148.
excitat, &, uerecundiā. 149. ſpirituū, &, mutationis, &, incēſſs. 150.
ſignificant. 151. tertianā. 156. breuiorē, &, nocte. 158. continuè, item
coutinuè, &, tēpus. 159. iudiciū. 164. criſis, &, impediantur. 165. in-
termittentium. 167. miſſus, &, præſidiorū, &, notā, &, quæ. 168. libe-
ri pro libri. 170. bilis, &, tū, &, redundāt. 173. integrū, &, à pro at. 177.
habe-

habet,&,aũt,&,& pro eſt.178.ſcilicet pro ſed.185.perfletur.187.cō
mune.188.omnino.190.generat.191.olim.108. indicatio,&,inde.
200.Galeno.201.ac morbi.204.aligephoia.205.connumeret.206.
quod,&,iuribus.209.nutrire.210.etiã.211.ſũmo,&,morbi.212.ſqua
leat,&,tũ.213.prunas,ſubigũtur.215. prunas.216. abſinthiarũ. 218.
cruda.222.aëre.224.ne pro negetne.227.affligũtur.228.aũt.231.ſo
let.234.tamẽ.235.ſalitos.238.dolores,&,fœtidus.239.quod.245.cũ.
251.fluxerit.252.eſt pro ex.260.imminẽs.263.ualidius,&,cute.264.
præſcinditur.267.atrophiã,&,crudelitatem.268.illitis pro illius.
269.ut pro aut.274.ſentẽtijs.275.progymnaſmatũ.276. articulis.
280.quã.286.nolebas,&,uolebas.289.uiſu.290.difficultas.292. ar
tificũ,&,ualet.293.uini.309.frequens.310.habet.312.influit.318.cũ.
319.cũ.310.feruientibus.322.fluxionibus.325. inſpiratur. 326.peri-
pneumonia.327.quod pro qua.330.cõditiones.336.expuit.346.in-
tentionibus.346.mediũ pro medicũ.351.magnitudinẽ,&,cerebrũ.
357.in cipiendũ.158.melonũ.362.ablutione.365.coriãdorũ.367.ut.
369.ponãtur.388.crocus.396.polypi.397.proficit.400.mariæ.401.
pinearũ.411.obnoxia,&,garũ.414.his pro hic. 415. effectibus.418.
latior.433.æger.434.perioſtiũ.440.nepitha.446.ferre.453.liquefa-
ctis.455.cõfricetur.459.ius pro uis.460.capitis,&,ſapone pro ſa
pore.461.Stoici.463.hecticorũ.464.tertia,&,tum.465.minui,&,le
cto.466.puluinaria,&,tritici.467.ſtricturã.468.corio.470. redegi
474.reuertar.475.ſcilicet.477.humida.478.ſucceſſu,&,ſolutiuo.
480.exerceatur.484.audit,&,arcu.485.adhibebatur. 486.cubitũ,
&,dabit.489.ſedeat,&,ſuſpectis.491.tamẽ.492.modus.493.aſſato-
rũ.500.cõſenſu.501.uẽtris,&,multa.507.arteria.511.quia. 514.lon
gi.517.curaretur,&,in.518.tranſmittitur. 519.heryſipelatibus. 522.
populeo & calaminthæ optimė olentis.525.debet.528.mortale,&,
exiccãt pro excitãt.530.garũ pro herũ.533.ilia pro illa.538.cache
xiæ.542.obtineat,&,olea.544.inter quæ.546.memini me.547.ex-
ercitatio.551.generãt.556.uẽtriculus.557. medicamenta,&,quia.
565.aceto,&,cõuenientiũ.566.geneſtæ.576.miſceatur. 577. adde,
horas.579.ſaponẽ.582.utilitatis.583.praua,&,uere.584.una,&, co
ſtã pro cruſtã.590.periculũ,&,tentẽtur.591.euictis,&,cibus,&, re
ſtituatur.593.cardamomi. 605. petat,&,mutitates. 606. effectus,
610.procedẽdi,&,qua.619.uexetur.621.oportere.622.fruſtra.624.
indicãt,&,uitia.625.curaui.627.pluma,&,ut fraga,& extracti pro
extãtis. 628.ſucci.630.extractæ.634.ferre.635.recẽtes. 637. cogat.
638.opinor.642.promeruerũt.650.imperator.653.tamẽ. 655.cum.
657.ac pro ad.659.liber.668.ſæui,&,argumentũ.691.incõmodis,
&,meritò,&.obijciat,&,ingenij,&,quæ.692.imminentibus.693.di
ſtẽti.698.defendẽdũ.699.his.703.habetur.704.prius.705.intentũ.
706.præce-

706.præcedat.707.conſtitutiones. 708. hunc et dicebat.713.pr
uatio in. 719. cum.1004.ſcientia.1005.lege profeciſſe pro pr
ciſſe.1007.ſubſtantia pro ſubſtantiua.1008.triangulum.1009.
&,uniuerſalis.1010.ſit.1011.habetur pro habentur.1017. ſpecia
1028.quæ.1029.negans,&,generalis.1030. quatuor.1036.dem
ſtratis.1043.eadem. 1052. eadem.1055.repentinas, &,periculo
&,ab effectu.1058. in intemperie,&, concuſsionis pro conclu
nis.1063.conciliatione pro conciliatio eſt.1064.nil niſi.1065.
matæ.1072.ſuppoſitio.1092.ſpecies.1093. conuictum.1095.di
cticæ.1096.tam pro tũ.1101.plantæ.1102.magnitudine.1103.Spe
ſippus,& iterum Speuſippum.1107.mouet.1113.corporeæ.11
cuitatem pro uanitatem.1118.opinio.1128.corporeæ formæ.11
uiuentis.1134.manet.1135. dic pro die.1136.et pro ut.
1137.ſit.1140.commigrantes.1143.
quum.

# HIERONYMI CARdani Mediolanenſis, ciuiſq; Bononienſis, Medici, Ars Curandi parua.

CORpus noſtrum, Hippocrate teſte in ſexto Epidemiorum (ſec. 7. in tabella parua) ex tribus cōſtat: Membris, Humoribus qui in membris continentur, atq; Spiritibus, qui per utraq; permeant. Porrò membra & ſpiritus ſunt propiora animæ & facultatum ſubiecta, ut ſeptimo de Decretis Hippocratis (cap. 3.) & Platonis legitur. Et ſimiliter ſanitatis ac morbi, ut docet Auicēna prima primi libri ſui ſectione (Dec. 1. ca. 1.) Humores autē ſunt expertes Animæ facultatum, ſanitatis atq; morborum, licet enim dicamus febrem putridam ac bilioſam, nō tamen febris eſt in eis, cum non ſint animati. Tametſi ab anima trifariam agātur per ſpiritum, qui cum per ſe moueatur humores agitat & ſecū du-

cit, & à membrorum ui quę trahit aut expellit: atque hi ambo motus à membris atque ſpiritibus facti à calore naturali in humores infuſo ciuntur. Quoniam omnes motus à facultatibus ob conſenſum & participationem fiunt. Eſt enim tertium genus motus quod abſque illa ui fit, quia ex compreſsione, aut impulſu gignitur, uel uacui aut raritatis neceſsitate, qui motus quamuis etiã in aqua fieret, quia tamen membra ab anima mouentur, inter animales numeratur.

Sunt autem in corpore noſtro tres facultates, ſeu ut Galenus Platonē ſecutus uult, tres animæ loco diſtinctę & principales. Mens in cerebro & quę cum mente iunguntur, Vitalis in corde, & Naturalis in iecore. Atque earum ſingulis tria communia ſunt. Venter ſuperior capitis mēti, naturaliũ inferior nutrici pectoris, medius uitali. Inſtrumenta quoque animalis nerui, naturalis uenæ quietæ, uitalis pulſantes quas arterias uocant (hæ exterius quietis ſubſternuntur, interius autē ubique fermè incumbunt illis, & oſcula habent communia per quæ ſanguis uicil-

ciſsim permeat atq; transfunditur, hunc conſenſum Galenus(6. de uſu par. cap. 17.)uocat anaſtomoſia) & ut omnes hæ facultates per totum corpus ijſdẽ inſtrumentis diffundãtur. Vitalis igitur facultas ſenſum omnem ac motum cõprehendere uidetur, indicio eſt quòd neq; motus neq; ſenſus ſit niſi in habẽtibus cor, aut quod cordi proportione reſpondeat. Et rurſus quę cor habeãt omnia motu ac ſenſu prædita ſint. Sed quia in corde non poterant tot inſtrumenta collocari, præſertim ob pulſus motũ, ideò cerebrum loco inſtrumenti habetur. Et in hoc Ariſtoteles melius Galeno ſentit, ſed quoniã laborãtibus ſenſibus auxilia cerebro non cordi ſunt applicanda, Galenus medicum agens reprehenſione dignus non eſt. Iecur autẽ natura, origine & functione præcedit cor, quod enim illius uice fungitur etiam, in plantis eſt, ob id Galenus in hoc Ariſtoteli præferendus eſt: quanquã nobis magis quam ſibi ipſi concors, duo tãtum affirmet eſſe principia quæ ſuper uniuerſum corpus influãt, cor ſcilicet & iecur(lib. Artis Me

dicæ cap.50.)etenim quid attinet ut cerebrum corpori dominetur ſi inſtrumentum eſt cordis, aut cur decuit cōſtituere cor principiū iecoris, quaſi quis regem minus nobilē eſſe dicat quòd agros non colat? Sunt ergo functiones hę maximè in principalibus membris conſpicuæ, in alijs obſcuriores, in inſtrumētis mediocres. Cor enim maximè mouetur & calidum eſt, inde arteriæ, poſt reliqua membra: at in cerebro non uiget ſenſus neq; motus quòd, ut dixi, ſit quaſi medium per quod hæ uires à corde transfunduntur, non origo. Sunt etiam quibuſdam membris aliæ propriæ uires, ut uentriculo tranſmutandi cibos in chylū: neq; enim ex abundantia caloris qua à iecore ſuperatur, nec ex temperatione cum diuerſa ſit in uarijs hominum uentriculis ſed ex propria ſubſtantia calore cordis ac iecoris temperata id ei contingit. Et præter has omnibus membris ſua ineſt innata facultas naturalis, cum huic renes ualidi ſint ac ſenſu exquiſito prediti: uentriculus autē uel pedes iuſtò imbecilliores. Seu dicas has functiones cum ſub-

ſtan-

ſtantia ipſa connatas eſſe,ſeu ſolā mem
bri compagem ita preparatam,ut aliun-
de exceptas has facultates meliores aut
deteriores reddat, medici haud intereſt
ſcire:ut nec noſtra integras afferrè ratio-
nes dubiarum rerum, ſed quantum ne-
ceſſe eſt ſolum ac breuiſsimè,nec quę ex
tra artem ſunt attingere:uelut, an ex di-
ctis animum eſſe immortalem perfectè
declarari poſsit: nam cum corde affecto
ſenſus maneant, non uidetur mens illi-
us eſſe uis.

Facultatem autem dicimus in tempe-
ramento & copia ſicci, humidi, pinguis
membrorum cum ſpirituum abundan-
tia conſiſtere. Eorundem autem qualita
tem tum etiam ſanguinis calorem natu-
ralē appellamus, cuius potiſsima ſedes
eſt in ſanguine ac ſpiritu,ut facultatis in
ſolidis. Vnde optima cōſtitutio ualidas
habet uires, calorem temperatum: non
ut in infantib. in quibus nimio plus eſt
innati caloris, non tantum uirium pro-
pter liquidius humidum membrorum.
Horum unūquodq; duplex eſt,uniuerſa
le q̊d uel toti ineſt, uel inſtrumēto prin-

cipalis membri, ut coctio uenis quietis: & proprium quod unicuique membro peculiare eſt. Cordis autem functiones ſunt, uiuere, uim mouēdi in ſe ipſo & arterijs conſeruare, & calorē influere: quæ cum pariter perpetuo uigeāt, medicū decet exiſtimare illas ab una facultate proficiſci, quare & inter illas ordinem conſtituere oportet. Vt à uita motus, à motu influxus, ab influxu conſeruatio procedat. Cerebri uerò ſenſuū ſpecies cogere ac uoluntarium motū adminiſtrare. ſecoris quatuor principales, Generare, Nutrire, Augere, Cōſeruare: quę ſeruiūt, quinque, Trahere, Retinere, Concoquere, Separere, Expellere. Generatio tamē proprium in animalib. requirit inſtrumētū, uelut uterū & teſtes ad ꝑfectionem, in plantis à ſola naturali facultate abſoluit. Qd ſi diuinior alicui uis hęc uideat, qd incremento diuinius? & tamē medico ſufficit ut intelligat eatenus, quatenùs illi ad opus exercendū pertinet. Porrò eā quę cōſeruat & quæ ſeparat, Galenus Herophileos ſequutus omiſit. cum tamen de iudicijs agit eam quæ ſeparat admiſit. (4. Aphor

phor.22 )neq; enim ſolum quod conue nit attrahendo fit ſeparatio, nam & ſimul iunctum illi noxium traheretur, nec membrũ donec quod utile eſt trahatur, noxiũ ſuſtinere poſſet. Plus uerò differt quę conſeruat, ab ea quę nutrit, quã quę retinet ab ea quæ concoquit. Siquidem unum opus perficiunt & tamẽ, ut Raſis inquit(11, Cõun. Tr.1. cap. dum utraq; uiget in uentriculo feces duræ ſunt, flatus nullus: ſin concoctrix ualida, quæ retinet uis imbecillis, flatus etiã nullus, ſed feces molles. Hoc rarò contingit: in reliquis coniugationib. ſępe. Eadẽ in urinis pro iecore, & ſudorib. pro tertia coctione Concoctio eñ tribus in locis celebratur ſecundum Galenũ, in uentriculo chyli, in iecore & mæſarei uenis ſanguinis, in membris ſolidæ ſubſtantię: totidẽ igitur ſunt excremẽta ſecũdũ naturã, feces, urina, uapor, qui eſt ſudoris materia. Feces ergo ſuper uentriculũ, inteſtina, mæſarei uenas & iecoris cauã partẽ, ſignificãt: Vrina ſuper iecoris gibba, cauam uenam euiſq; ramos, renes, ureteras, ueſicam: Sudor ſuper contenta in uenis &

membrorum diſpoſitionem. Verũ cum in ſiniſtro cordis ſinu ſpiritus generetur tam inſignem coctionem prętermittere non oportet. Si ergo quis uim quę cõſeruat eandẽ eſſe dicat ei quę nutrit, aut quę ſeparat ei quæ expellit, dicat, & eam quę retinet eãdem eſſe ei quæ trahit, attracta enim dum trahuntur retinentur, at medicus ex hoc non dijudicat, ſed cum unam lædi animaduertit alijs non uitiatis. Quidam ergo cum bene nutriantur augeanturq́ nihilominus à quibuſq; cauſis in morbos incidunt: alij ſani cum ſint, perpetuò tamen macilenti ſunt & parui corpore: Et in quibuſdam concoctio ualida eſt & attractio retentioqúe ac expulſio, ſanguis tamen impurus eſt & feculentus.

Calor igitur innatus cum uideatur functionum eſſe origo, cõtingit tamen functiones ac facultates diuerſorum principiorum diuerſis modis affici, nã pulſus erit bonus & urina mala, ac cõtrario modo id contingit, quoniam licet calor naturalis cõfletur ex calore cordis, iecoris, ac proprio uniuscuiuſq; membri, in inſtru-

ſtrumentis tamen ſuis unus eſt proprius & ex eſſentia alter aduentitius, ut pote in uenis quietis proprius eſt calor iecoris, aduẽtitius cordis, unuſquiſque etiam retinet ſuas facultates. Velut calor iecoris quòd ſit humidus & temperatus ſolus in ſanis nutrit, agglutinat, & in ægris ut Galenus inquit (4. de Præſag. ex pul. cap. 12.) cõcoquit, ſeparat & expellit. Cordis namq; calor non coqueret ſed excoqueret, ipſe tamẽ uitam in membris conſeruat ac calorem iecoris in eis, cum ille nimium remiſſus non ſufficeret. Itaq; in morbis q̃ ex materia pẽdẽt ſeu naturalis ſeu uitalis ſeu ſenſus ſeu motus laborent ad naturalẽ facultatem curatio tota ſpectat: unde illam illiusq; ſigna, ſcilicet excremẽta, inſpicere oportet. Quare in huiuſmodi ſæpe contingit cum bono pulſu, ob urinæ prauitatem tandem ægrum neceſſario interire, quia in his uitalis facultas nõ aliud poteſt ſuo robore, quâm diutius reſiſtere morbo, & facultatẽ naturalem conſeruare, quę duo ſi morbi cauſa magna ſit, aut uires naturales ualde imbecilles, nõ poſſunt niſi paulo plus

differre mortē. Ideò in talibus(ſunt aut
febres plerunq; & magna pars morbo-
rum ſponte uenientiū)neq; conſiliū Ar-
chigēis, cuius meminit Auerrois, de co
de confirmando, nec animi fortitudo p
ſunt, ſed potius quies & cōfirmatio iec
ris & abſtinētia à cibo, ne naturalis facu
tas impediatur, ſi quid prodeſſe poteſt.
At in reliquis morbis quales ſunt, uulne
ra, luxationes, fractura oſsium, ubi medi
ci opus potius quam naturæ auxiliū iu-
uare ſolet, facultatis uitalis robur ferme
ſolum conſyderare oportet, ideò fortes
animo & quibus cor robuſtum eſt eua-
dunt. Quamobrē in his auxilia quæ cor
confirmant utilia ſunt nā reſtauratio quę
neceſſaria eſt in huiuſmodi morbis à
quacunq; facultate naturali fieri poteſt,
quoniam eſt opus quotidianum conco
quere cibum, atque nutrire corpus, at in
concoquendo febrilem materiam aut in
abſceſu contentam opus eſt magnis uiri
bus, ut in pręparanda materia quę corru
pta non eſt, uelut in diſtillatione, medi-
ocribus. Si uerò ꝓpria facultas ſuperior
ſit cauſa morbi, tunc robur aliarum fa-
cul-

cultatum facit ut morbus ſit breuior, facilius feratur, & cum cõualuerit robuſtior ac melioris habitus euadat, nam uires minus ſubruuntur.

In morbis enim facultates licet omnes minuantur, uitalis tamen eſt illa quæ plerunque plus detrimenti recipit (niſi ſit morbus membro proprius) quoniam illa, ut dixi, cæteras tuetur: ergo uix aliæ tolli poſſunt niſi hęc prius decidat. Tres autem cum ſint, Vitalis eſt, penes quam ſolam mors & uita attenditur: nam illa dum manet homo uiuit, illa ſublata dicitur mortuus. Hæc autem ſolum reſiſtit, non curat: Naturalis curat, ſed ut dixi, penes illam uita non attenditur. Animalis uerò nec curat, nec penes illam uita attenditur. Reſiſtere certè omnib. cõmune eſt, quando nõ ſolũ animata ſed inanimata aduerſis quãtũ poſſunt reſiſtũt. Fũctiones etiã à facultatib. ſæpe euariãt: ut debiliores ſint cõtingit, raro tamẽ: ut ſint ualidiores ob cõpoſitionẽ, ut expulſio in uenis ob cauitatẽ in uentriculo, ob uillos etiã ex auxilio caloris à corde influxi. Fũctiones eñ ſi nõ iuuant, nec impediun-

impediunt ſimiles ſunt magnitudine fa-
cultatibus. Sed ut in fecib. ac ſputo etiã
iuuantur ab animali uirtute. Coctio igi
& ſeparatio fiunt à ſola facultate: attra
ctio & expulſio iuuantur fermè ſemper
à uillis membri ſaltem: retentio autẽ me
diæ eſt inter has, liquet etiam ex his quo
modo febriente ad mortem tendẽte, ab-
ſceſſus in crine poteſt bene ſuppurare, &
cõtrario modo etiam cõtingere. nã ut di
xi alia eſt facultas concoctrix totius &
partis: poteſt etiã eſſe diuerſa materia. Ia
tem cur retinere poſsit membrum bene
& malè cõcoquere primum auxilio uil-
lorum aut muſculorũ: ſed hoc rarius eſt,
ut de uillis non etiam frequens in reten-
tione, ſed prӕter id & generaliter cum in
bene conſtitutis, omnes facultates uali-
dæ ſint, ſi parum recedat à temperamen-
to neceſſe eſt aliquas uires manere quæ
illis qualitatibus non debilitantur, alias
minui, iuxta hoc igitur concoctio à cali-
do & humido iuuatur, retentio à frigido
& ſicco, attractio & expulſio à calido &
ſicco: ideò non uariantur hæ niſi ratione
finis: ut cum membrum repletum eſt nõ
tra-

trahit. Separatio fit á calore naturali ut purus eſt. Sed omnis immoderatus exceſſus qualitatum, maximè frigiditatis, dum diſſoluit calorem naturalem diſſoluit & facultates.

Igitur cum mors proueniat extincta facultate quæ in corde eſt, ſequitur ut hi ſint uiuaciſsimi qui humidum habēt dēſum & purum: ut ex infantibus qui denſius, ex iuuenibus & ſenib. qui purius. Mors uerò naturalis continget conſumpto humido in corde, & hæc eſt ſine dolore: quoniam idem eſt quod afficitur & afficit: uel in pulmonib. Ariſtoteles affirmat hanc eſſe ſine dolore, ego cū exiguo eſſe puto tertia cū cōſumptum eſt humidum uentriculi, & hęc eſt cū maiore ſenſu quàm præcedens, non tamē magno. Conſtat patrem meum cum octuagenarius eſſet ex inedia nona die extinctum eſſe. Cum ergo uiginti tribus annis fuiſſet ſine dentibus, haud dubium eſſe debet, ſi uel hoc infortunio caruiſſet, uel cibis mollioribus uſus toto eo tempore fuiſſet, ſicut uentriculi humidum non fuiſſet abſumptum merito humidi cordis

ac facultatis naturalis potuiſſe excedere centeſimum annum. Nam cor ipſum cum quatuor inſtrumentis, duobus ob ſanguinem iecore & uentriculo, duobus ob aërem pulmonibus & cerebro indigeat, iecur uerò & cerebrum ob caloris moderationem & humidi abundantiam, ante cor ſiccari uix queant, tria tãtum eſſe genera mortis naturalis: nam quæ ſiccitate renum aut ueſicæ accidit, intercedente prius morbo fit. Ergo uita diuturna naturalis conſtat in conſeruatione humidi horum trium membrorum.

Excrementa autem propria membrorum generationis ſunt ſemen in utroque ſexu, & menſes in mulieribus. Mucus cerebro, ſputum pectori non exquiſitè naturalia ſunt, nã optime ualentibus non abſunt. Minus etiam hæmorroides iecori. Vomitus autẽ ratione eius quod eum irritat, prorſus pręter naturã eſt, ſed actio ipſa naturalis, uelut & ſternutatio. Singultus autem utroque modo pręter naturã eſt. Cordi & pulmonibus ac cerebro aër eſt excrementum: nam & cerebrum

brum reſpirat iuxta Galenum (lib. de uſu Reſpir. cap. 5.) ineſt & concauitatibus aër: quarum maximè ſunt uentriculus & uterus. Spiritus autem abundat in Corde, arterijs, cerebro & neruis. Sunt etiam excrementa quę in corpore manent, ut bilis utraque, alia ſimilia excrementis, ut pituita & humor crudus. Quædam ſunt omnio præter naturam, ut pus. Et hoc quandoque ob adiectam qualitatem naturale uocamus, ut pus album. Velut ratione diuerſa nō naturale quod naturale eſt ob alienam qualitatem, ut urinam nigram. Humida ergo quæ in noſtro corpore continentur maximè in uenis & arterijs (omitto enim nunc quæ in membris diſperſa ſunt ac quaſi iam animata) ſex ſunt, ſanguis, pituita, bilis flaua & nigra, ſerum & aër. Atra autem bilis inter naturalem & præter naturam quaſi media eſt. In uenis quietis infra cor ex illis ſex ſolus aër deeſt ſupra autem deeſt & aqua. In arterijs conſpicua ſunt ſanguis clarior atque purior aër ac ſpiritus. Spuma autem quæ cōſpicitur non eſt ex bile, ut in ſanguine

uena

uenarum quietarum. Quanto uerò ho
mo minus abundat humoribus & max
mè à ſanguine alienis, tanto minus ob
noxius etiam eſt morbis. Sed natura co
acta eſt humores facere, quia erãt excr
mẽta ſanguinis: & ſanguinem, quia ex
eo conficiuntur ſpiritus. Ideo arteriarum
ſanguis principaliter fuit à natura inten
tus, reliqua propter illum nobilioris fi
nis ratione.

Contra naturam pugnat anima Mun
di, ſeu illius uis, quæ nos multis modis
affligit, nã reluctantes ex altis locis præ
cipites agit: & dum languemus, noxiam
materiam impellit cõtra membra regia
ac ſpiritus, urgetq́; illa. Sed dũ ualemus,
coërcita nutricis animæ ui latet (niſi qua
tum ad deſcenſum ſpectat) in ipſo corpo
re, adiuuat & ad cohibendum calor ge
nerantis, ut ad accendendum, putrefaci
endum ac conturbandum auxiliat aëris
nos continentis uis. Ergo his cauſis hu
mores corrumpuntur, halitus caput &
cor petunt, & membrorum compago ſo
luitur, homoq́; ad interitũ properat, nam
proniores ſunt ad corruptionem humo
res

tes quia,ut dixi non uiuunt. Et ex humoribus ergo quicunque à natura ſanguinis magis abſunt,nam in his minus eſt caloris innati. Deteriores etiam ex his ſunt lenti & craſsi etiam,quia frigidi,cum utrique motum prohibendo refrigerēt. His peiores qui corruptionis ſemina contraxerunt, inde iam corrupti: peſsimi omnium putridi. Sanguis uerò purus naturali animæ fauet cordis calore ac motu impellētib. cætere uires tametſi nobiliores ac numeroſiores ſint(ut ex operib. æſtimare licet) naturalibus,in ipſis tamē ſuſtentant. Singularum etiam noxam diuerſis modis percipimus: Cerebri per ſe & in ipſis: Cordis per ſe ſed non in ipſis, naturalium membrorum neutro modo, ſed tantum in excrementis. Porrò ſyderum conſtitutio metam omnibus certaminibus imponit.

Quæ igitur à medico conſyderantur præter naturā quinque ſunt: Morbus qui eſt iactura facultatis qua conuenientem operationem producere nequit: iacturæ nomine etiam impedimentum comprehenditur, & conuenientis defectum. Ga-

lenus autem in libro de Symptomatum differentijs (cap. 1.) ut ſanitatem proximã cauſam appellauit integræ operationis iuxta ætatis rationem, ita morbum lęſionis. Hunc igitur medicus amouere intẽdit contrariũ naturali diſpoſitioni & impedientem operationes. Quòd uerò natura poſterius eſt etiã ſi ab illo non pendeat, ut uitiligo, Symptoma uocat: Vnde omnes operationũ læſiones ſymptomata ſunt. Ea ꝙ amoueri debẽt indicãt. Cauſa quæ morbũ efficit, hanc amouere oportet. Siquidẽ medici intẽtio eſt cauſam amouere, q̃a ea ſublata morbus aufertur, ut Galenus ait (li. de optima ſecta ad Thra. cap. 25.) Hęc tria ſe ad uires habẽt ut tõſor, nouacula, atq; tonſura ad pilos. Quarta eſt ſignũ ꝙ re à ſymptomate nõ differt, ſed cũ tribus priorib. ſemꝑ cõuenit: ut in ephemera exercitatio, calor, mador. Indicant hęc de morbo, ſymptomatib. cauſis ac ſucceſsib. Quinta eſt operatio. Eſt aũt id q̊ fine Medicus adipiſcit, hęc aũt niſi generaliter, ita tamẽ ut ex his ꝓpria haberi poſsint. Verũ in q̊buſdã p̄ſtantiorib. auxilijs etiã ad ſingula deueniam

niam. Ergo cũ Medicus operando quatuor faciat, conſeruare non mutando, curare multum mutando, cuſtodire occultè mutando, quantum ſcilicet ſolum eſt quo labi corpus paratum eſt ætatis aut naturæ uitio, aut ſenſim mutando corpora conualeſcentia reducere, aut fixis diuturnisqúe morbis (quos Galenus quaſi ſub ęgrorum nomine cõprehendit) prouidere, fient iuxta hoc (quãuis ueræ duæ tantum ſint corporum noſtrorũ affectus differentię ſanitas, & morbus) tres diſpoſitiões ſanitas morbus ac media, ſub qua etiã duo genera continentur, pręceps & habitu confirmata: atq; hæ uno nomine infidæ ſanitatis ſignificari poſſunt. Sed non qui morbis diuturnis conclamatis, ut carcinomate, detinentur, quibus cuſtodia ut labentibus debetur. Sub his etiam diuerſa genera continentur, quæ omnia pręteroꝛ: ut etiam tria prima ex illis, namque cum ſtodire ac reducere curandi ſpecies leuiores ſint aut ex conſeruatione, curaqúe miſtæ, ipſa uerò conſeruatio facilis quæ fit per ſimilia, ut cuſtodia partim ſimilibus, partim contrarijs

reducimus uerò contrarijs tantum ſed ſe-
nibus, curamus æqualibus, ſequitur ut
curandi tradita ratione etiam reliquo-
rum trium ſcientia habeatur. Cum igitur
curatio ægros reſpiciat, de ſolis ægris, at-
que ideò de ſolis morbis dicere ſufficiet.

Morborum igitur doctrinę (quoniam
hi propriẹ corporei ſunt affectus) tria pri-
ma genera ſunt; ſimplices, compoſiti ac
coniuncti, qui ambo ex ſimplicibus con-
ſtant. Simpliciū tria genera: nam partes
noſtri corporis duplices ſunt, ſimiles ut
caro, inſtrumenta. Homogeneis tempe-
ries, inſtrumentis cōpoſitio, utriſq; com-
munis continuitatis unio. Compoſitio-
nis igitur uitia magnitudo, numerus, ſi-
tus, forma. Formæ ſpecies, figura, mea-
tus concauitas, ſuperficies. Compoſito-
rum morborū differentię quatuor, gene-
re ut abſceſſus, ſpecie ut febris, cauſa iu-
xta nomen ut tertiana notha, uel à nomi-
ne aliena ut tertiana extenſa quæ à pitu-
ita maiorè ex parte pendet. Coniuncto-
rum ſex differentiæ: Numero ut duplex
tertiana: Materia ut fluxus cum febre: ut
unus alterius cauſa ſit ut lateralis mor-
bus

bus febris: uel cum ſe fouent ut Hæccita cum putrida: uel cum contrarij ſunt inter ſe ut febris & hydrops: uel cum iuncti ſunt naturali diſpoſitioni ut Enixarũ morbi. Species igitur primę ab eſſentia ſumptæ uiginti. A magnitudine duplex differẽtia, longi qui ultra quadrageſimum diem extenduntur, breues qui intra quartum decimum finiuntur. Medij qui quartum decimum, non autem quadrageſimum ſuperant. Vehementes, parui, medij. Decem ſeptem modis morbi magni fiunt (li. 6. de conſt. Art. Med. cap. 16. Eſſentia, cauſa, Symptomatib. more, atque ex horum ipſorũ magnitudine, Nobilitate membri, id eſt, quod ſupra iecur iacet: adeò ut abſceſſus talium mortiferi ſint & gibba iecoris præſtantiora ob id canis, ſexto Epidemiorum uel canalibus, ut Tertio Aphoriſmorum (Par. 2. Com. 19.) Defluxiones à cerebro per uenas inferius breui perimunt. (Com. 12.) Conſtat enim quod quæ per aſperam arteriam diuturnæ ſunt, ſenſu quoq; & occulta proprietate aut manifeſta, ut influxu frequentia, repugnantia, ſucceſſu, ut

fluxui coli dolor.quia in eadem parte ſi-
unt.Multitudo affectuũ: Patientis natu
ra,ut ſalſa deſtillatio in tabido: uel com
paratione ad uires, conſtitutioneq́.
Miſta breues uehemẽtes aut quibus gra
uiſsimum aliquod ſymptoma ſuccedit
acuti dicuntur:Medi uerò acuti deciden
tes. Vnde Galenus acutum morbum
non bene exponit, ſolis grauibus ſym-
ptomatibus ipſum definiens. Qui ergo
nec uehementes ſunt nec graui cum ſym
ptomate mites appellantur, ſeu breues
ſint ſeu longi. Mali moris id habent q́d
cum uehementes ſint non tales uiden-
tur,ob id deteriores illis.Qui uerò ad ſa-
lutem tendunt nihilq́; prauitatis occul-
tę admiſtum habent quamuis uehemen
tes,boni moris appellantur. Ab uni-
tate cõtinui intermittentes. A cauſa
cum materia uel ſine illa. A fine du-
plex differentia,ſanabiles & lethales.
Et qui cum iudicio aut ſenſim finiun-
tur. A caſibus diurni, nocturni, ſicci,
cum ſudore. A conſenſu contagio
ſi,qui circa pulmones,oculos,cutim pe
ſtiferiq́. A modo generationis Eu

demij

demij, Epidemij, Sporades, Eudemij duplices loco familiares ut Podagra. Materiali & Hæreditarij qui membris exanguibus adueniunt, cerebro, neruis, artubus, & qui genituram uitiant, ut elephantiaſis & tabes. Epidemij qui communiter uaguntur uitioqúe aëris aut aquarum accidunt. E quibus qui perimunt pleroſque uocantur peſtiferi.

Hi omne genus morbi amplectuntur non ſolas febres ſed ſynanches, coli dolores, reſolutiones & perſæpe morbos ignoti nominis, quique cum ſimiles iam antea notis uideantur, non tamen omnia conſueta habent ſigna, ſed & eorum loco alia inſueta. In his etiam admirabiles quædam tranſmutationes contingere ſolent, fineſqúe ac iudicia non antea uiſa. Sporades morbi ſunt qui unicuique peculiariter accidunt, qui plerunque magis lethales Eudemijs, Epidemijſqúe qui tamen peſtiferi non ſunt. Ab origine principales cum cauſa eſt in mēbro. Et cum non eſt perpetuus erit per conſenſum. Velut

cum in comitiali morbo cerebrum per-
fectè ſaneſcit. Conſenſus autem non ſim
plex fit ob membri recipientis imbecilli
tatem uel calorem, uel ſitum rectum &
decliuem, adiuuãte robore mẽbri tranſ
mittentis. Qui uerò ex his fiunt per con
ſenſum nobilioris mẽbri deteriores ſunt
principalibus. Quidam etiam morbi
ijdẽ ſunt cauſis ſuis, ut Hæctica & Ephe
mera: quidam diuerſi, atq; horum alij cũ
materia, alij ſine. Præter has aliæ dif-
ferentię ſunt ab Hippocrate poſitæ in li-
bro de morbis, tum alibi. Sed his atq; il-
lis omnibus communia ſunt tempora.
Hæc igitur quatuor ſunt in ſanabilib.
tum generalia tum exacerbationum. Ini
tium, Incremẽtum, uigor, & declinatio.
In morituris autem tantum tria, quia in
declinatione ſymptomatum nemo mo-
ritur: morbi uerò & cauſæ comparatio-
ne rariſsimè. Trifariã em̃ accipiũtur tem-
pora coctionis ratione in his qui ex ma-
teria pendent: cum enim ſenſilis coctio
nõ apparet initium uocamus. Incremen
tum cum non abſoluta: Vigor cum abſo
luitur: Declinatio cum eſt abſoluta. Eius
duo

duo ſunt genera, unum in quo uel pars uel tota materia expellitur, quod ſecuriſsimũ eſt: aliud in quo nihil, quod quidam pro extrema uigoris portione accipiunt. Exacerbationum autem tempora tam uniuerſalia quã propria, cum quatuor tantum ſint, uniuerſalibus continuarum aſsimilantur. Eiſdem etiam continuis in hoc ſimilia ſunt quod criſi propria non finiuntur. In quibus autem exacerbationes finiuntur plerunq; in intermittentes degenerant, ſublata continua ob id in exacerbationum proprio uigore urina concocta non eſt. Et in quibus ab initio urina non eſt concocta ſub acceſsionis uigore febris eſt è continuarũ genere. In continuis uerò cum exacerbationibus materia tota ob id concoqui uidetur, quoniam continua materia quæ ſuccenſa eſt in illam transmutata ut bilẽ flauam aut atrã à natura ſuperatur: quare plerũq; exacerbationes tertianæ ſunt aut quartanę. Intermittentiũ pariter duo temporũ genera & uniuerſaliũ numero totidem: in unaquaq; autem acceſione ſex: inter initium & incrementum inæ-

qualitate & poſt declinationem interuallo additis, nam omnis intermittens etiam continuæ iuncta in ſuum deſinit interuallum. Ratio tamen differentiæ temporum non eadem eſt: ſed initium dum contrahitur, Inæqualitas dũ pars expanditur, Incrementum cum nihil contrahitur, Vigor cum expanſa eſt tota, Declinatio cum concocta diſſoluitur, ut cum diſſoluta eſt interuallum. Tẽpora tamen hęc ut in abſceſsibus uniuerſalia miſcentur. Cum enim in illis pars materię iam diſſoluta ſit, pars nondum concoqui cæperit, fit ut declinatio cum initio coniungatur. Sunt autem in abſceſsibus initii duæ partes omnio diuerſæ, altera dum adhuc materia fluit, altera dum nondum incipit concoqui, atque ita euariant hæ ut altera alterum magno interuallo præcedat. Vt uerè in illis ſint quinque tempora. Si igitur febris continua quæ exacerbationes habeat abſceſſum comitetur, erunt materiæ comparatione quatuor genera temporum uniuerſalia, febris continuæ abſceſſus, & exacerbationum tam uniuerſalia quã propria. Vuluer-

uerſalia autem fermè ſemper conueniũt, nam ſi febris cum abſceſſu non declinet, non ab illo pendet: ſi aũt ante illũ aut ſui talis uis deficit, aut materia tenuis ac frigida eſt. Si exacerbationes ante febrẽ declinent, pars tenuior materię q̃ exacerbationes parit concoctas ab ipſo exacerbationis fine urinas facit. Eſſentię uerò morbi totidem, quot materiæ comparatione: ſed hæc etiã morbis conueniũt q̃ materia carent, aut habent ſed non ſuccẽſam, uelut in deſtillationib. & ubi ſuccenſa ſit non ſolũ ob coctionẽ diſtinguntur, ſed locum, multitudinẽ, motũ, qualitatem materiæ & incẽdij uariantur. In cõtinentib. em̃ febribus declinatio penè initio ſuccedit, ut in Peragmaſtica, ob quãtitatis materiæ diminutionẽ, nã cũ pars materię tenuior ab initio accẽditur, declinatio eſſẽtię morbi cõtingit ante coctionẽ. Iuxta ſymptomata Initiũ dicit̃ cũ minima ſunt. Incrementũ cũ mediocria: Vigor cũ ad ſummũ ꝑuenerint: Declinatio cum pepertuo minuuntur. Si autem ab initio maxima ſint, tunc prima tria tempora in idem conueniunt, ſtatim ſucceden

dente declinatione. Id ſit uel quia mate-
ria à natura, ut in febre cum fluxu, uel à
medico, ut per uenæ ſectionem minui-
tur, uel quia confertim mouetur & ſym-
ptomata quæ ſequuntur ob illius mo-
tum non multitudinem contingunt: mo-
tus autem ceſſat. Et uigor ſymptoma-
tum non criticorum ante morbi uigo-
rem ſemper finitur, quia tũc materia mi-
tior eſt.

His igitur modis dicuntur morbi au-
geri aut minui. Sed in declinatione eſſen-
tiæ morbi ſæpe moriuntur ægri, quia il-
la cõtingit ob defectum caloris natura-
lis, aut moleſtiæ ob ſenſus diminutionẽ:
at in alijs declinationibus ſeu generali-
bus ſeu proprijs non poteſt mori æger.
Qui uerò in declinationem acceſsionis
mori exiſtimantur, ob morbum ex ma-
teria præparata, de quo dicam, moriun-
tur. Et in non accenſis præparatio co-
ctionis loco tempora diſtinguit.

Cauſæ autem morborum quædam ex
ternæ, ut ira, curſus, ſol: quędam internę,
quarum quædam manent, quædam nõ,
ut ulcus ex lapidis mictu. Earum quæ
ma-

manēt aliæ ſunt ex ipſis, aliæ in ipſis. Earum quæ in ipſis coniuncta, ut bilis ardens in tertiana, præparata quæ ſemina incendi iam concepit. Quę etiā manent aliam ſubeunt diuiſione, alię enim ſunt primę quas amouere ſemper neceſſe eſt: atq; hæ duplices, aliæ enim quaſi ex ipſis, ut obſtructio in tertiana, alię ut in ipſis ut humor paratus ad corruptionem. Plures ergo poſſunt eſſe cauſarum ordines. Et quādoq; Cauſa Morbus & Symptomata ſunt idem diuerſorum comparatione. Vt dolor ex abſceſſu qui coctionem uitiat. Et obſtructio licet ſit morbus plerunq; tamen inter morborum cauſas potius quàm morbos numeratur. Cauſę autem morborum humores maxime exiſtimātur, quia eis neq; morbus nec ſymptoma ineſſe poteſt, quoniam corporis animati non ſunt partes, ſunt autem pręter naturalis, bilis nigræ quæ aſſata eſt, duo genera: unum ex flaua bile, aliud ex fece ſanguinis, tum ipſa fex quę naturalis eſt & nigra. Pituitæ autem ſubſtantię aquea, mucus uitrea, tamē naturalis: à ſaporè dulcis, acida, ſalſa, naturalis inſipida

da & media ſubſtantia. Omnes autem al bæ aut liuidę perſpicuæ, præter has etiã crudus humor & gipſeus qui terreo admiſtus eſt, hæc duo genera opaca. Bilis autem non naturalis pallida, rubra, æruginoſa, uitellina, cærulea & quæ in uentriculo generatur praſsica, quamuis etiã nonnunquam & uitellina tamē naturalis flaua. Vt pręter ſaporum differētiam ſimplices humores adnumerato ſanguine ſint decē & ſeptem, ex quibus morbi generari ſolent. Cōpoſitorum aūt innumerę ſpecies, ut mirum non ſit tot eſſe genera febrium, totq́ modos. Cum tot ſint cauſæ admodum inter ſe differentes. Sūt inter cauſas quæ ex his uermes & lapides, ſtercus & urina non morbi ut aliqui exiſtimant, neque enim in ſubiecto animato ſunt, neq́ partiū animatarum affectus, ſed cauſæ. Vnde etiam à ſuo Galeno diſcrepant. Spiritus autem & mēbra non poſſunt eſſe cauſę morbi, niſi morbi in ipſis ſint: quia cum ſint animati ſtatim ex offenſa operationum paritur morbus. Cauſæ autem Epidemiorum morborum originem contrahunt ante ſex

men-

menſes, & in tribus proximis perficiuntur. Endemiorum uerò in ætatum mutationibus. Sed Sporades ex cibis multo ante, ex laſsitudinibus autem & frigore plerunque intra quartum diem initium duxerunt.

Cauſæ autem morborum ſanabiliũ inſanabiliumq́ sic habẽtur. Si morbus ex ſola intẽperie quæ eadẽ ſit ipſi morbo gignatur, ut hectica antequam uires collabantur uix contingere poteſt, ut lethalis eſſe poſsit: nã cum aliq̃t dieb. ſuperuictuꝰ ſit nutriri neceſſe eſt, ꝙ ſi his nutriatur q̃ morbũ retundant, poſtridie quã antea, & perẽdie quã poſtridię melius ſe habebit, quare ſeruabitur, ob id Galeno (10. Artis Cur. ca. ult.) quanquã forte ſolo ductus experimento, nullũ genus hæcticæ eſſe uiſum eſt ꝙ ſanari nõ poſſet. Sed extremũ frigidæ balneo in ſenij habitũ trãſire. Cur aũt nõ ſine balneo finiatur, cauſa eſt, quoniã cibi ac potus cõcoctio conſumptione minor eſt, aut tam humidum cõtumacemq́ cibum offerre oportebit ut confici non poſsit: aut ſaltẽ labore febrẽ augeret. Itaq́ balneo ratio uictus iuuan-

uanda eſt,tamē etiā ut celerius curet: In-
tēperies aūt calida periculoſior eſt pau-
lò quā frigida,& tanto etiam facilius ſa-
natur.Sicca uerò multo deterior humi-
da & fermè inſanabilis. Et ſæpè contin-
git ut in eadem membri parte intempe-
ries contrariæ uigeant,& nonnunquam
due frigidæ cum calida (3. De ſimplic.
Med.cap.16.)

Si uero intemperies ob materiā ſit uel
ſimplicem uel accēſam uel putridam: ue-
luti fimus q̃ nec ardet nec putreſcit mo-
leſtus tamen eſt.Qui uerò ardet urit, ſed
nec fœtet nec uermes gignit: qui putre-
ſcit non urit,fœtet tamen & uermes ge-
nerat:primus eſt humor ſimpliciter no-
xius,ſecundus materia incēſæ febris, ter-
tius peſtilentis: ſi igitur coctio aut præ-
paratio anticipet,ſeruatur ęger: quando-
que etiam his non abſolutis expellitur
ualidis uiribus,præſertim per abſceſſū,
ſeruaturq; æger, aliter aucto morbo pe-
rit. Solus autem morbus eſt qui offen-
dit,& perimit: quia ſolus operationes læ-
dit: quoniā ipſe aduerſatur ſanitati quæ
eſt cauſa operationum. Cauſa ergo &
ſym-

ſymptoma nunquam lædunt ægrũ multoq́ꝫ minus perimũt:uerum cauſæ ut materia p̄parata & ſymptomata alios progignũt morbos à principali ex quibus moritur æger: Hocq́ꝫ maximè accidit cũ materia eſt contrariæ temperiei morbo uelut in quotidiano,morbus eſt calidus & ſiccus pariens ſitim & extenuans corpus,materia autem pręparata imò etiam cõiuncta generat ἀσιτίαν,& hydropem, non tamen dicendum mortuum eſſe ægrum,ut dicere ſolent ex prauitate materiæ uel multitudine, ſed ex alio morbo: tales igitur ſemper laborãt duobus morbis ideoq́ꝫ & multũ affligunt̃ & difficulter curant̃.Morb⁹ aũt interficit uel ſemet ipſum augẽdo, uel deteriorem reddẽdo, uel corrũpendo membrũ uitę neceſſariũ, uel extinguẽdo calorem,uel pabulũ eius deſtruendo.In ſanabilibus enim morbis ſi æger rectè regatur tota materia morbi ab initio parata eſt:licet Galenus uideatur uelle quod per circuitus generetur. Nam febres cum quauis inedia ſuum explent in intermittentibus circuitum: & in proceſſu morbi coctionis ſigna non

ſemper augerentur, ſed ueſtigia cruditatis humoris noue geniti apparerẽt: nec in lethalibus ab initio oppreſsionis ſigna contingerent. Ex aliꝭs uerò ſeruata uictus ratione nemo interiret. Cum ergo in ſanguine febricitantium quatuor ſint partes, materia coniuncta, & præparata, tum obnoxia & ſyncera: coniuncta & præparata ad morbum generandum reliquaſq; partes etiam eo medio corrumpendas faciunt: purus ſanguis cum ſpiritu & ui membrorum motus auxilio reſiſtunt, obnoxia moratur hanc actionem. Si igitur coctio uel expulſio incrementum uel corruptionẽ membri uel prauitatem præuenerint, cũ omnibus auxiliꝭs etiã medici æger ſeruatur, ſi præuenitur interit. Vitiatur aũt obnoxia materia in ardentibus ob loci calorem quia eſt in uenis magnis, uel prope cor aut iecur, in paruis uerò ſeu ſit continua, ſeu intermittens ob loci anguſtiam, qua partes incorruptę à corruptis corrumpuntur ob propinquitatem, impediturqúe materiæ motus ac refrigeratio ab aëre ob frequentes obſtructiones. Quod uerò in

in toto contingit aut in membro aliquo interno, idem exterius ſi accidat (peruerſa ſcilicet coctione ut membrum corrumpatur) uocatur ſphacelos, nec ſanatur, niſi corrupta abſciſa parte, quod cū in interioribus facere non liceat neceſſario mortem affert. Vt ergo in his qui ſanari poſſent coctio corruptionem præueniat calor naturalis, ſeu ſponte ſeu medici cū auxilio etiam motu ſanguinem refrigerat, & membra ſpiritus recreat, fumum & tenuē materiæ partem propellit extra: unde tantus labor in pulſibus. Aliqui autem ſunt morbi in quibus etiam medici auxilio id facere cum non poſsit lethales ſunt. Id autem ſic demonſtratur, nam ſi inedia id tentes, abſumptis uiribus tabeſcendo deficiet æger. Si cibis reſtaurare coneris, quia in his potior eſt intemperies natiuo calore, plus quantitate & qualitate acceſsionis fiet corruptæ materiæ, quàm uiribus. Quare exceſſus & proportio morbi cauſæ ſymptomatumq; ad uires augebuntur obitumq; maturabunt. Ex calido nanq; & ſicco morbo cibus corrūpitur, ex frigido

& humido crudus humor generatur. Ci-
bi enim aſſumptio in morbis qui ex in-
cendio generãtur, ut febribus & abſceſ-
ſibus hoc unum habet certum incõmo-
dum, impedimẽtum actionis caloris na-
turalis: ideoq́; coctionis, ſeparationis at-
que iudicij. Solum igitur prodeſt cũ mor-
bus non ex materia pẽdet, aut ſi cum ea
eſt, eouſq; remittitur, atq; tamdiu ut ſub-
lata intemperie mediocriter ſaltem con-
coquatur, cuius iudicium habetur ex
coctione excrementorum, quiete & ui-
rium incremento. Aliter id æſtimare præ-
ſtantis eſt iudicij atq; melius. Si uerò ue-
næ ſectione cum ea nec præparatam nec
minus multo coniunctam detrahat ma-
teriam, niſi quatenus ut in fiſtula aqua ra-
ritatis metu aſcendit, ſed ſolum bonum
ſanguinem tum obnoxium non ſolum
ea cauſa prodeſſe non poterit, ſed potius
nocebit, ob quod ſorſitan Eraſiſtratus a-
deo uenæ ſectioni aduerſabatur: ſed & ſi
liceret uenæ ſectione præparatam con-
iũctamq́; materiam detrahere ſiquidem
iuxta proportionem aut æqualiter nihi-
lominus proportio eadem maneret aut

etiam

etiam maior. Sint uires quatuor, morbus ſex, detraxeriſq; ex utroque dimidium relinquentur tria & duo. Sicq; proportio eadem manebit. Si autem duo ex utriſq; remanebunt quatuor & duo, quę proportionem inuicem duplã obtinent. Præterea ex hoc auxilio cogeris etiam magis ægrũ nutrire: maioreq; malo afficere. Quæ detrimenta in purgationibus maiora ſunt: acceduntq; alia de quibus dicebat Hippocrates (4. de uictu in Acutis tex. 22.) quoniam partes membrorum ſanæ colloquantur pariuntq; tormina, & cibi faſtidium ſuccedit, præparataque ac obnoxia materia ſubuertitur, unde coctio impeditur, atq; hęc omnia etiam quod medicamentum ſit optimum ac temperatũ, nam ab alijs multò maiora damna euenient. Conſtat igitur tales ægros nullis poſſe curari nec ſeruari preſidijs. In his tamen q̃ ſeruari poſſent quãdoq; talia ſunt neceſſaria, nã ſectio uenæ in febribus incenſis & abſceſsibus ſubtrahit fomitẽ materiæ morbi augendæ paratum, obnoxiam detrahendo. Similiter de medicamentis, nam cum con-

iuncta materia niſi concocta ſit expelli non queat, accenſa reſoluitur in cineres quibus pars immiſcetur in quam naturalis calor egit: ergo reſoluto externo calore quod ſublato fomite fieri neceſſe eſt expellitur à natura, uel ſi torpeat, medicamenti auxilio. Hac ergo ratione liquet cur nec præparata ante coctionē expelli nequeat, ſcilicet quoniã naturali animæ non paret. Nihilominus plerũq; accidit ut antequã coniuncta expellatur ipſa in coniunctam uerſa tota abſumatur, cuius indicio eſt quod in cõtinuis facta criſi eſſe deſinit: & tamen in criſi nõ expellitur, quia nondum à natura ſuperata eſt.

In cõpoſitione quoq; accidunt uitia inſanabilia, quoniã dum curantur mortẽ afferunt. Velut lapis in ueſica fecis, & in renibus durus & magnus: & carnea obſtructio quæ potiſsimũ ex ulcere in meatu uitę neceſſario iam conſolidato orit, & cõtorſio inteſtini feces duras cõtinentis atq; alia huiuſmodi: quę ſi non cures mortem noxa ſua afferunt, & tamẽ curari nequeũt abſq; tanta cõtinuitatis ſeparatione, quin unum ex prędictis periculis

lis incurrat æger. Memini me uidiſſe tres quibus cor ſolum in dextro latere pulſabat, quorum unus eadem die quod uehemētius pulſaret, alius poſt aliquot dies mortui ſunt: tertius erat infans & ceciderat, ſuperuixit tamen. Conſtat ſanè priores affectu peſsimo in ſiniſtra parte orto hoc ſymptoma contraxiſſe, dū cor naturali ui atque inſtinctu quod noxium erat refugere nitebatur. Vnde tam graui malo prope cor contracto neceſſe fuit mortem breui ſubſequi. De infantulo, exiſtimarim uinculum perverſum, à caſu enim ſtatim grauiſsimè ægrotauit. Difficulter igitur expelluntur quæ magna ſunt per anguſta foramina, uel quia retinentur uel ob uirium imbecillitatem, uelut in deſtillationibus inſanabilibus ob exilitatem initij naſi. Quædam etiam translatione ſanantur, ut lachryma perforato oſſe naſi. Generaliter autem aſtricta laxitate periculoſiora ſed magis ſolutilia.

Morbi autem qui ſoluta continuitate proueniunt obſunt, uel ſanguinis

 pro-

profluuio magno inciſo uaſe, uel conuulſione neruo punctim læſo, uel offenſione principalioris operationis & uitæ neceſſariæ, ut in uulneribus pectoris atque pulmonis, uel phlegmone ob dolorem, ut in oſsium fracturis: aut demum interna quadam corruptione ex cõcuſſione oborta, ut in capitis uulneribus: ex quibus mors neceſſario ſequitur, dum uel morbus curam non admittit, uel ſerius quàm oportuit aduocamur.

Symptomatum autẽ tria genera ſunt: (lib de conſtit. Artis Med. cap. 15.) læſio operationis quæ propriè ſymptoma eſt, exiens & qualitas mutata. Quædam rurſus materiam, quædam motum materię, quædam motum naturæ, quæ critica uocantur, alia morbum conſequuntur. Vt ſitis ex febre. Quædam fuere antiquis ignota ut pulſus præcordiorum ultra febrem, qui nunc eſt familiaris: fitq; ob meſarei extenſionem quæ ex denſa repletione contingit, & maximè cum arteriæ eius loci magnæ fuerunt & cordis motus uehemens. Exemplo eſt quod cum carpum hominis boni habitus tota manu

nu apprehendimus uidetur totus pulſare. Pulſus uerò è regione umbilici, extenuationem inter mediorum corporum ſignificat. Etenim ut Galenus ait ſexto de Locis. (cap, 4. in fine) Raras corporum cōſtitutiones uerísſimile eſt rara ſequi accidentia Quandoq; uerò euenit ut quod ſymptoma eſt auctum mutetur in morbum, uel morbi cauſam ut dolor ingens qui ſomnum uel coctionem prohibet. (3. de uictu in Acut, Com, ult.) Sæpius autem mutuis exultanti incrementis decrementiſq;, ſymptomatum magnitudines, & ea quæ affectionis eſt: fitq; id in his phlegmonibus & uulneribus in quibus pus effluit quod iam confectum eſt.

Signa autem ſex generibus continentur. Patognomica morbi eſſentiam declarantia. Aſsidentia quæ cauſam uel locum docent. Moris ſcilicet mitis aut ſæui morbi: & quæ ſymptomata differant atq; hęc præſentis. Quintum genus eſt præteritorum, quæ uel naturæ opus oſtendunt & uocantur coctionis: uel materiæ morbi & uocātur corruptionis uel

neutrius, & appellantur cruditatis. Hæc etiam ad futurũ traduci poſſent. Vt iuſſus pathognomica & aſsidentia, cæteraque tamen præſentis temporis tum futuri ſigna gloriæ ſtudio ad præterita. Vltimũ ſignorũ genus eſt prognoſticorũ, quod in critica & ſucceſſus diuiditur. Succeſſus longitudinis aut breuitatis, ſalutis aũt mortis, lethalium aũt alia mortem alia genus etiam mortis docent. Critica autem quatuor generũ alia oſtendũt an futura ſit criſis: alia an bona uel mala: alia quando: alia quomodo: Vniuerſa uerò ſignorũ ratio, ut in libro artis medicæ colligitur (ca. 8.) ex quatuor ſumitur: Eſſentia ipſa effectus, uel ab operationibus quæ ſunt propriẹ illis, uel ab accidentib. qualia nigredo coruo, uel à caſib. ſeu iuuantibus & nocentib. Quẹrimus autem tria, locũ, affectũ, cauſam, locus ex lẹſa operatione parte q̃ excidit tumore, ac dolore (6. Epi. Par. 2. tex 27) affectus ex ĳſdem quatuor cum qualia fuerint intellexerimus. Præterea ex quinq; alĳs calore, colore, duritie, cauſa, ſi prius ea nota fuerint, tũ cõiecturis ex aliorũ euentib. ſumptis.

Cau

Cauſa uerò adhęrẽs cũ plęrũq; materia ſit ex quatuor. Morbi & excremẽtorum qualitate ac natura, quandoq; etiã ex dolorũ ſi adſint differẽtijs. Qui ẽm grauat à materia frigida fit, qui tendit â flatu, qui mordet à craſſa bile uel uermibus, q pungit à tenui bile uel lapide: ſi nil præter ipſum dolorem percipit, intemperies eſt. Cumq; dolores intra inanitatem diu perſeuerant, nec ullo auxilio ſoluuntur, in abſceſſum aut abſceſſui ſimile terminantur, qui in pręcordiis ob calorem & mollitiem celerius ſuppurare ſolent. Horum autem ſignorum quędam ſolum affectũ ſignificant, ut dolor & ſitis: quædam uires tantum ut ſomnus & fames generaliter, propriè aũt motus: quædã utrunq;, ut pulſus & urina. De tribus his quatuor ſcire oportet differẽtias, illaſq; ſenſu percipere, tum cauſas atq; prædictionem.

Pulſus igitur ui fit arteriarũ à corde infuſa, adiuuat etiam qui intus continetur humor, ac ſpiritus hæcq; eſt facultas, eſt & inſtrumentum & uſus. Quatuor igitur ſunt principia motus. Motus autem duplex, extenſio, atque contractio:

toti-

totidemq́ quietes, inter ipſos mediæ. Differentię uerò generales ſeptem: ab inſtrumento unà mollis ac durus: à contentis unà plenus & uacuus, ab utroque unà calidus ac frigidus: à uiribus unà robuſtus ac languidus: ab uſu tres magnus & paruus, celer & tardus in motibus, creber & rarus in quietibus. Dupliciter autem unumquodq; dicitur in ſignis, ſimpliciter quod naturalem habitum aut acquiſitum ſignificat, & ab ipſis fit, & comparatione naturalis habitus aut acquiſiti, quod præſentem ſtatum nuntiat. Magnitudinis ergo partes ſunt longus & breuis, latus & exilis, altus & humilis, profundus & ἐπιπολαῖος, ſic ut triũ partium magnitudinis, quę ad profunditatem attinet duas habeant differentias. Celeritas quoq; ac crebritas bifariam dicuntur: celeritas quidem in extenſione atq; contractione. Crebritas autem in ſuperiore quiete, ac inferiore, ut in uniuerſum ſint duodecim omnes differentiæ. Igitur ut hæc perpendere poſsis ab arteriæ magnitudine initium duces. Porrò profunditas ut obſcurior eſt & multiplicior

cior, ita etiam ad plurales uſus accommodata, nam ex illius ſcientia diſtentionis primum inde etiam contractioniscognitio habetur, longitudo ſanè omnium magis perſpicua, ut media inter has latitudo. Verum plerunq; æqualis eſt profunditati quod arteriæ corpus ſit rotundum. Profunditate igitur cognita extenſioni morũ digiti pedis coæqualis. Tunc uerò quoties his motus ſub uno pulſus circuitu contineatur meliceris. Difficile ſanè hoc ſed nõ diſsimile his qui horam pulſando barbiton dũ trahunt præmũt pedem. His igitur duobus tanquã principijs dignoſcendi pulſuum differentias ex ſenſu perceptis duo alia ratione cognita adijcere oportet. Vnum ſcilicet q̃d contractiones menſura extenſionibus ſunt ſemper æquales: aut neceſſe eſt pulſus inordinatos euadere, atq; tandem deficere: quod cum rariſsimè contingat ut hi motus æquales magnitudine ſint, fateri oportet alterum quod arteriarũ pulſus undiq; ſunt æquales non magnitudine ſed celeritale, & frequentia axiomate illo Geometrico, quod quæcunq; æqua

lia

lia ſunt uni, inter ſe etiam ſunt ęqualia, a
cōſtat omnes pulſus cordis pulſui æqua
les eſſe, cum eodem momento cum illo
attollãtur & reſidere incipiant, ipſa enim
ſola ui cordis ſi quis rectè ſecū reputet
inſignis reciprocatio fieri poteſt. Verum
cum ſæpe uideatur altera ex parte (cum
homo phlegmonem in illa patitur aut
dolet, aut ſuper eam decubuerit) crebri
or aut uelocior, cauſa eſt quoniam diſte
ſa arteria maior fit unde in ęquali tempo
re uelocior in æquali motu eſſe uidetur,
quod ſi diſtendi nequeat crebrior, quo
niam tardius attollitur, atq; remittitur, i
deoq́; breuiores redduntur mediæ quie
tes. Adde quod tenſa uelocius moueri
uidētur animi iudicio ſenſum mouente,
quoniam in arcuum chordis hoc experi
mur dum redeunt. Inuenies ergo dex
tros circuitus ſiniſtris uelocitate accre
britate ſemper ob id pares, non tamen
magnitudine aut æqualitate, quoniam
arterię diuerſis affectib. ſubijci poſſent.
Præceptum his omnibus addere opor
tet, ut quinque auxilijs ad pulſus digno
ſcendos inſtructus demum accedas. Id
eſt,

eſt, ut manum primo molliter carpo adhibeas, eamque ſuſpenſam teneas: ſicut mediocritatem undequaque ſerues. Mihi uerò uidetur ut digitum ipſum qui proprior eſt manui ægri magis premas. Primum autem leniter medios mediocriter, atque hanc inæqualitatem etiam in eiſdem digitis modò eleuando modò comprimendo experiri oportet, ut ſic & quantitatē & motum arteriæ dignoſcas. Galeno autem ſufficere uiſum eſt ad extenſionis uelocitatem dignoſcendam, ipſum ſimplicem tactum: quaſi eum ictū ex imo præſenſerit, quoniam digitis illam quaſi à latere amplectitur: nam ſi ſumma tantum attigeris uelocitatem à uehementia diſtinguere nequeas. Et mihi ſanè ita uiſum eſt. Sed tutius ac facilius ſi ſenſus acumē ratione quadam adiuueris. Tertius modus eſt ex ictus diuerſitate ſub digitis iuxta ſituum illorum uarietatem. Quartus ut aſſueſcas diſtentionem in reſpiratione deprehendere, atque cum ea etiam contractionem quæ expirando fit. Diſtentio enim uelox cum tarda contractione mal-

leorum

leorum ictui ob pōdus ſimiliseſt,ūt con
tra flentium morem non interruptum
mitatur. Ex idea igitur horum animo c
cepta utranq; motuū differentiam di
cernes, attamen contractionis cognitio
non hoc tantummodo conſilio abſolu
poteſt: ſed ueſicas aëre uel humore ple
nas, ac primum tenſas digito premens
ſenties diſceſſum inde diſceſsiſſe, in mo
libus autem neutrum ſenſu, ſed uſu qu
dam ac ratione. Deinde ad pulſus mag
nos, ualidos tardoſq; tranſibis, demum
ad paruos aut languidos aut celeres, qu
rum contractio difficillimè percipitur
Tertio ex digitorum ut in diſtentione
terno motu. His cognitis quitem ſuper
nam, id eſt, quæ extenſioni ſuccedit ſta
tim deprehendes, intima uerò quoniam
cum ultima parte contractionis & diſte
tionis initio iuncta eſt, quæ percipi non
poſſent quanta ſit ſciri nequit, quando
que cum adeò magna eſt ut pulſus late
re uideatur, rarum pulſum pernuntiar
licebit, hęc tamen etiam per ſe ſola ple
runq; ſuperna longiorem, maxime in de
bilibus ac frigidis. Cumq; pulſus circu
tu

tus breuis eſt his qui cõtractionem non percipiunt creber, uelox eſſe uidetur, tũ magis quod plerunq; crebritas cum uelocitate ſociari ſoleat, & ab eiſdem fermè cauſis irritantur utræq;. Altitudinem autem pulſus ut dignoſcas quandoq; conuerſione Brachij ne à rugoſa cute arteria prematur opus habes. Plenũ pulſum Galenus qualis ſit dignoſci nõ poſſe putat, ille tamen eſt qui rotundam arteriam demonſtrat, depreſſusq; aliunde attollitur, digitosq; implet. Preſſus ſi ſpiritu refertus ſit plus tenſionis oſtendit quàm duritiei, ut inflatus uter ligno comparatus. Si humore ne tẽſionem quidem magnam. Vehemens cum magnam digiti partem & cum impetu feriat ualido ſimilis uidetur. Durus etiamcum pręmenti reſiſtat ei aſsimilatur. Sed ualidus compreſſus ſentitur & imprimit, illi horum altero carent, adeò ut ſi profundè premas conquieſcant. Compreſsis etiam prioribus digitis ſub his qui manui ſunt proximiores haud preſsis, ualidus uehementius pulſat, durus non. Sed præter id tenditur ac colliditur, quorum neutrum facit

D cit

cit ualidus, imò uehemens eſſe ſolet: durus autem nunquam.

Tria præterea pulſibus accidunt: & rythmus, ordo: æqualitas, æqualitas & ordo ad facultatem & uſum maximè pertinent, ſed æqualitas cum hæc in uno pulſu manent, ordo cum in pluribus, unde æquales inordinati, & ordinati inæquales, quanquam raro tamen eſſe poſſent. Inordinati autem qui alterius uicibus redeunt ſeu certo numero tantum euariant, ſeu aliquot ictibus inter ſe inæquales poſt ad idem redeunt per circuitum: ordinati dicuntur. Quod ſi ſolum quidam ictus & certo numero redeunt ex parte per circuitum ordinatus dicetur. Si uerò nullo modo redeant, aut etiam aliquot redeant ſed non certo numero, inordinatus nihil adijciendo appellabitur. Intercurrens autem ictum habet perfectum inter ordinatos interpoſitum, unde à dicrotis ac uibratis quorum ictus imperfecti ſunt diſtinguetur. Inæqualium autem qui ex minore ictu maiorem excipit, abſq; duritie dicrotus, qui cum duritie caprizans, qui ex maiore

re minorem uibratus, ut in arcuum funibus cum redierint. Tremulus huic proximus, ſed contentione caret totumque motum ſeruat. Conuulſiuus & ipſe motum totum ſeruat ſed contentionem habent, qua á tremulo differt. Cum uerò arteriarum partes non ſimul moueri uidentur, ſed altera alteri ſuccedere, ut undæ in flumine ſolent conſtante ictu undoſi, langueſcente uermiculares, ambo rari natura & tardi, aliter enim diuerſitas hæc plurium partium percipi non poſſet. Quod ſi dura ſit arteria ſerrati, ſed ſi admodum parui ac languidi crebrique ſint formicantes dicuntur, ſeu duri ſint ſeu molles. Innuentos in quibus pars remotior à corde debiliores aut minores habent ictus. (In introduc. 1. ad Tyrones) circumnuentes cum utrinque quaſi in arcus formam idem contingit, nam in medio meliores ſunt. Vnus eſt inæquali & inordinato communis myurus ſcilicet, cum uel pulſus ab initio ualidus paulatim uſque ad digiti contactum langueſcit, uel cum ordine continuo plures paulatim

uelut muris cauda in anguſtum & lan
guorem deſinũt, aut etiam omnio defici
unt: indeq́ʒ ad priſtinum ordinem reuer
tuntur. Duo etiam compoſiti pulſus ue
hemens ex celeri & magno, frequens ex
celeri & crebro. Circa autem omnes cõ
munes primas differentias uerſatur zy
thmus ut etiam Herophylus exiſtima
uit. Galenus (p. de Diſt. pul. cap. 9.) uero
circa ſolam proportionem extenſionis
atqʒ contractionis. Eſt autem zythmus
comparatio ad ætatem, temperaturam,
regionem, anni tempus ac reliqua com
munium differentiarum tum etiam in
ter ſe. Velut cum dicimus ex Galeno, ter
tio de cauſis pulſuum (cap. 5.) ſenum cõ
tractionem diſtentione eſſe tardiorem
quinimo minor etiam pulſus eſt tum ra
rior ac tardior, & ea quiete quæ diſten
tioni ſi cedit quàm quæ contractioni.
Qui ergo pulſus hæc retinent Eurythmi
uocantur, qui parum degenerãt ac qua
ſi proximè ætatis aut temperaturæ mo
dum retinent Pararythmi. Qui magis
aberrant Hercrythmi, qui omnio diſsi
miles nullam retinent rationẽ Ecrythmi
dicun

dicuntur. Duodecim igitur generales ſunt pulſuum differentiæ: totidem ad æqualitatem pertinẽtium, quinq; ad ordinem, communis unus, compoſiti duo, à zythmo ſumptæ quatuor, omnes igitur triginta ſex.

Cauſę horum ſunt quæ quæruntur: ipſę enim uel quæ ex illis ſequũtur ſunt præſcitę. Optimum ergo pulſum cuiq; proprium ſcire oportet. Simpliciter uerò ad dignoſcendum, ut dixi, naturalem & acquiſitum habitum. Is ergo eſt qui hæc quinq; habent, ut ſit ualidus, in cæteris omnibus mediocris, æqualis, ordinatus & eurythmus hominis comparatione. Dicebat Galenus ſecundo de præſagio ex pulſibus (cap. II.) Nil perinde facit ad præſagiendum recte de pulſibus ac naturalis pulſus notitia. Ego enim quãtum ex diligentia aſſequi de me ipſo potui, cum nunc quinquageſimũ octauum annum agam, temperamento ſanguineo, nonnihil etiam pituita dominante, non mediocriter frigido corde, circuitum diſtẽtioni habeo duplum ſexquialterum, triplo certe minorem, ut contractio par

um à diſſentione differat, magnum & latiorem quàm in prima iuuenta, ut pararythmus conſiſtentię quam ſenio propior. Videbatur autem & in patre decrepito adeò magnus, ut in iuuenta minorem fuiſſe uerisſimile ſit. Hoc contingit abſumptis ſenio, ut reor, partibus quæ arteriam circumſtabant, tamē cum in iuuenta immodicè humida eſt arteria. Parui igitur fiunt primo pulſus octo modis, ex uſu calore deficiente, ex facultate cum deficit, ut in profluuijs, cum opprimitur, ut in attonito morbo, & ciborum multitudine cū impeditur in his in quibus extrema liueſcuut quamuis conſtantibus uiribus, ab inſtrumento, cum durior eſt arteria ut in hecticis, cum humida eſt adeò ut non poſsit attolli, ut in infantibus & aſcite, quamuis humidior arteria ſi præmatur eò faciat latiores pulſus quò humiliores: Cum comprimitur ut in carnoſis pueris & anaſarca, tum à flatu: Demum cum in longitudine diſtenditur eo enim fit exilior. Ex magnitudinis differētijs hæc prima ſcilicet profunditas deficere ſolet, inde latitudo, demum

mum longitudo, ideoqúe ualde exitiale eſt. Si uero facultas reſtituatur conuerſo ordine redeunt. Et quamuis paruus pulſus poſsit eſſe cum robore uirium, magnus tamen ſine illo eſſe non poteſt. Eadem ratione príma omnium in uſu magnitudo in quid obeſt acquiritur, inde celeritas, poſt crebritas, cumq́ꝫ redeunt contrarium ordinem ſeruant. Crebritas autem ut tertio de cauſis pulſuũ (cap. 16.) peculiaris eſt imbecillitati, ut uelocitas robori: Quę igitur in diſtentione fit, plurimum diſtento pulmone contingit. Vt plerunqꝫ nõ ab ipſo ſolum, ſed etiam ab arteriarum oſculis in ambitu copia aëris attrahatur. Vt ſecundo de cauſis pulſuũ (cap. ult) Fit nanqꝫ diſtentio uelox, ut celeriter naturalis calor reſtauretur: Cõtractio aũt ut arterijs compreſsis halitus ille quem oculis nonnunquam in hyeme in boni habitus gerulis exercitatis deprehendimus, toto corpore ante ſudorẽ aut ſimul effluere extrudatur. Igit̃ unaquęqꝫ harum cũ adfuerit cauſam docet, altera ſi quidẽ naturalẽ calorẽ extingui, ni aër affatim ſubminiſtret, altera ꝑter naturalẽ

abundare. Magnitudo autem utriſque utilis eſt: ſed ſi non ſatiſfaciat, celeritate indigemus. Verum cum illa (quod naturalis calor ob motum fumi copiam reſlet, multoqúe magis præternaturalis, qui ut eijciatur poſtulet, neutraqúe celeritas huic neceſsitati ſatisfaciat, ut nec geſtori curſus ac recurſus ſed ne ullibi quieſcat cogitur) crebritate id uerò maximè uires atterit: & imbecillitatis ſignum eſt cum facultas non tantum nec tam celeriter monere poteſt ut ſatisfaciat, & cauſa cũ nulla interpoſita quiete uires conſumuntur. Frequens igitur febribus proprius eſt, non tamen ſolis, nam & qui curſu nuper fatigati ſunt talem habent: ſed ſi contractionis celeritas diſtentionis celeritate plus aucta ſit, hic proprius ſanè eſt putrido febrium generi, tertio de præſagio ex pulſibus (cap. 7.) adeò ut etiam in acceſsionum initijs hoc diſcrimen & breuitas externę quietis ſemper appareat. In reliqua parte motus & quietis aliquando rarior & tardior. Sunt etiam manifeſtè parui, quibus ſi remiſsio ſuccedat ut Galenus ait, in ipſa acceſsione moriuntur.

tur. Raritas uerò magna ſignificat cordis refrigerationem aut contentorum, ideò mortis magnum periculum etiam in ſanis præſertim ſi ex corde & in febribus: calor enim arterię hæcticarum proprius eſt: contentòrum autem ſolum omnium febrium pręſertim putridarum, at quę in ſolidis qualitas eſt diuturnitate contactus neceſſario augetur, alia nõ. In ephemeris uerò quaſi alternans eſt. Generaliter autem defectus exceſsibus ſunt periculoſiores. Intemperies autem in corde facultates uitiant, ſed euidentius tamen calida ac frigida in cordi uicinis locis: calida & frigida functiones ſolum, humida & ſicca ne illas quidem. Vehemens neceſsitatis indicium eſt languidus pulſus qui uel nõ in ambobus laterib. idem eſt uel non perſeuerat ex oppreſsione fit abſceſſus aut humoris in parte eadẽ uel lucta naturæ cum morbo. Et eius cauſa eo tempore functione non facultate læſa. Plenus ſuffocationis periculũ oſtendit: Vacuus imbecillitatem, durus arteriæ ſiccitatem aut contentionem. Solent enim hæc per ſe quandoq;, quãdoq; per

conſenſum contingere, uelut in mem‑ branarum abſceſsibus. Sic & mollis in‑ fuſo humore, nonnunquam ob affectus naturam, ut in ædemate, aut membri, ut in obſceſſu pulmonum.

Ordinatus per circuitum in magnis defectibus ut in intermiſsione deterior eſt inordinato, adeò ut qui certo nume‑ ro integrum ictum intermittit lethalis ſit, qualitercunque autem ſpatia duo‑ rum intermiſſerit in ſanis repentinam mortem nuntiat. Et omnis inæqua‑ litas pari in re malo ordine deterior eſt. Omnis etiam pulſus inæqualis aut inor‑ dinatus in pluribus modis aut magis ne‑ ceſſarijs uel maiore lapſu, uel perſeue‑ rans deterior eſt contrarijs. In leuibus lapſibus ordinatus in circuitu inordina‑ to, & in toto quam in parte melior eſt. In ſenibus præterea & cacochymis & animo multa uerſantibus, iratis, timen‑ tibus, pulſus inordinati & inæquales ci‑ tra periculum perſæpe ſunt. Inæqua‑ lis autem origo, ut ſecundo de cauſis pulſuum habetur. (cap. 1. ) inæqualis cordis intemperies, motus contrarij, ut ira

ira cum timore, & obſtructio uel compreſsio, hæc à tumoribus, illa à multitudine humorum aut ſanguinis præſertim lentorum atque craſſorum. Intercurrens cum functione neceſsitati non ſatisfaciente ictus alios natura interponere cogitur. Dicrotus quoniam incipiente motum natura in ſuperiore parte latera arteriæ duriora ob ſiccitatem uel tenſionem uel humores craſſos aut carnem, uel frigidiora ob cordis intemperiem uel humores tardiora retrahunt ictum ſuperioris, ut exiguus uideatur. Inde reparatis uiribus & ipſa ſe ſimul extendunt & cum ſuperiore perfectum ictum complent, ut ſecundo de pulſuum cauſis habetur (cap. 6. & 7.) Caprizans arteriam pręter id duram ac tenſam habent.

Vibratus uerò cum arteria ſimiliter dura urgentem habent neceſsitatē, cui facultas ob imbecillitatem nixu quodam ſatisfacere conatur. Tremulus debilem facultatem arteriā mollem gracilem corporis habitum, raroq; inuenitur

tur. Conuulſiuus conuulſionem in‑
diciat ( 2. de præſag. ex pulſ cap. 12.)
Vndoſus contingit cum remorari mo‑
tus uidetur in arteria, atque ideò ſenſim
procedere quaſi facultas non tota è regi‑
one digitorum, ſed aliunde ueniens per‑
meet, palam eſt autem ſi hoc contingat
ut pars poſt partem attollatur, mollem
oportere eſſe admodũ arteriæ tunicam.
Si ergo præter id uehemens ſit, ſudores
promittit, ut ſecundo de præſagio ( cap.
9.) ex pulſibus habentur: ſecus autem im‑
becilles uires oſtendunt: ſæpeq; aſcitem
& leucophlegmatiam aut comitatur aut
prædicit. Vermicularis autem per ſe
planè imbecillium uirium ſignũ eſt, præ‑
teritiq; nuntius, immoderatis omnibus
purgationib. ſuccedere ſolet, & pulmo‑
nis corruptioni quæ ex immodica deflu‑
xione orta eſt. Serrati inflammatio‑
nes oſtendunt in morbo laterali parum
inęquales, multũ in peripneumonia, ſed
minus duri, ut Galenus Quarto de præ‑
ſagio ex pulſibus docet (cap. 3.) Innu‑
entes ſi eleuatis digitis uerſus cubitum
reſiſtnuntur imbecillitatem in arterijs ſo‑
lum

lum eſſe declarant, ideoq́; minus pericu-
li, ſi nõ mutentur afflictam cordis facul-
tatem. Itaq; & minus comprimendo, &
denuo poſtquam manum amoueris ten
tãdo, diſces an hæc uarietas etiam in mul
tis ictibus perſeueret, ut defectu ex hoc
magnitudinem percipias, quòd ſi à ſupe
riore parte ſolum decurtatus ſit initio for
mationis arteriæ quæ ibi ſe immergit, at
que ideò rarò id contingit, accidere ſo-
let. Sicut longior ob gracillitatem: medi-
ocris enim pulſus quatuor digitis ſub-
ijcitur. Circumnuentium autem ea-
dem fermè ratio uidet. Mynueri im-
becillitatẽ ſignificat, atq; maiorem cum
in uno ictu tales fuerint. Pararythmi
ſi ad meliorem ſtatum ſimpliciter incli-
nent boni ſunt: inter ſe uerò ſi ſolum ſint
pararythmi, uelut ſi ſenex æqualem ha-
beant extenſioni cõtractionem, non au-
tem magnitudinem, malũ. Hecrythmi-
deteriores, cum pro miraculo habẽdum
ſit, ſi etiam ſimpliciter melioribus ſimiles
boni ſint. Ecrythmi peſsimi, hæc ta-
men mala minora ſunt ſi naturales ſint
pulſus. Et in longis morbis difficiles ſa-
na-

nationes:in acutis ingentia pericula mi-
nantur Et contingunt quandoq; ſimilia
monſtris in pulſibus,ſicut in alijs rebus,
ut in Daniele Bonzizia Venetorum le-
gato,qui ex habitu acquiſito quòd ei ul-
cus uetuſtum in tibia olim eſſet conſoli-
datum,pulſum contraxit magnum & ue-
locē,adeò ut diceres laboraſſe uehemen-
ti febre,eratq; arteria tenſa, & tamen ua-
lidus ſignificauit ergo magnitudinē di-
ſtentionis pulmonis paucū aëris trahen-
tis ob duritiē,ſicut accidit in humoribus
melancholicis, & ædemate. Ex his autē
ob laborioſam pulmonum extenſionē,
& non obſolutam cordi ſatisfactionem
tandem pereunt. Poſt annos igitur circi-
ter tres pulſus inordinatus & inæqualis
factus eſt, & tunc intra menſes quatuor
obijt: erat aūt annorū quadraginta ſex.
Et licet gracilis habitus eſſet naturaliter
toto tamen triēnio gracilior nulla ex par-
te,ſed potius pinguior factus eſt. Maxi-
mè igit inęqualitates ac lapſus pulſuum
ꝓcedunt à cordis affectib. principaliter
aut ꝑ cōſenſum,aut pulmonis p̄cipue Di-
croti intercurrētes,& generaliter inordi-

na-

nati. Cum uerò adeò ſubtilibus ratio-
nibus hęc cõſyderatio cõſtet, ſenſuumq́;
præcipuo acumine indigeat, aut euidẽs
ſignum aut diuturnum, aut multiplex,
aut aliorum generum ſignis ſociatum eſ
ſe oportet, antequam de futuris ſtatuas,
multò uerò magis antequã pronuncies.
In uniuerſum paruitas, crebritas & à na-
tura morbi aliena qualitas, quę in omnib.
ſignis accipi cõuenit, ſuſpecta eſſe debẽt.
Quoniam uerò medici ſæpe dubitãt, an
æger febriat, quòd uentriculi affectus ea
rum maximè inuaſionibus adeò ſimiles
ſint, ut Galenus in libro de prædictione
ad Poſthumũ (cap. 2.) diu coactus ſit pul
ſum Antonini Imperatoris examinare
antequam pronuntiaret ipſum febre nõ
laborare. Vẽtriculi enim attritio ſi ex cru
ditatibus fiat, lãguidos paruos & tardos
efficit. Si uerò facultas etiam imbecillis
ſit, crebri etiam fiunt & nonnunquã inæ
quales. Sed ſi à mordentibus humorib.
infeſtẽt, ſemper ſunt inęquales, celeres &
crebri. Vnde ſi perſeuerauerint ſpeciem
pertuſa arteria, & ſubſtratę arenulę præ-
bent, ut quarto de cauſis pulſuum ac

de

de præſagio habentur( cap. 23. & 6.) Sed in concoctione ciborum magni, celeres crebriq́ fiunt. Manifeſtum eſt igitur qd multis modis & initijs & incrementis fe brilium acceſsionum ex uentriculi affe ctibus ſimiles fiunt. Verũ diſtinguit pro prium illud putridarum febriũ ſignum iam dictum, quoniam contractionis ce leritas magis aucta eſt quam extẽſionis, et quæ circa uentriculum percipiuntur. In doloribus etiam pulſus quoddam ha bent peculiare diſcrimen ab anhelitu, ſi dolor in partibus ſit reſpirationi pertinẽ tibus, nam cum pulſus quia ſit à uitali fa cultate (modo non exſoluatur) uelox, creber ac magnus etiam ſit, reſpiratio au tem quia pectus doloris noxam ſentit, tametſi celer & crebra ſit, parua tamẽ red ditur.

Reſpiratio enim non ſolum ſignum eſt affectuum cordis & cerebri ſed & ro boris facultatum eorundem, nec nõ cau ſa potens, ac etiam ſalutis & mortis. Vn de efficacius denuntiat: ſed non tam ex actè differẽtiæ illius percipi poſſent. Bre uis & frequens ſi uel paululum perſeue ret

ret morbem inſtare nuntiat. Frequens oſtendit loca reſpirationis obſideri. Parua & crebra dolorem in partibus reſpirationi pertinentibus, paruitati enim crebritas ſatisfacit. Magna & rara in acutis ex delirio ſolum fieri poteſt: ſed non ex omni raritate magnitudine compenſata. Magna non dicitur, quod multum pectus attollat (hoc enim pulſui conuenit, in quo quantum attrahatur percipi non poteſt,) nam id neceſsitatis eſt & liberorum inſtrumentorum indicium, ſed cum aër copioſus inſpiratur, aut exſufflatur. Quandoq; enim inter has partes, ut etiã in pulſu diximus, multum intereſt. Comparatio uerò inter illas etiam rythmus dicitur. Multum etiã facit ad reſpirationem intentio animi, pluſquam in pulſu. Omnis autem læſio etiam minima reſpirationis morbi non materiæ impedientis uitio non ſine magno periculo eſt. Eſt etiã illud conſyderatione dignum, quod Galenus longam magnam eſſe putat, cum utriuſque meminerit Hippocrates, ſed quæ tarda eſt & magna, lõga dicitur. Magna enim celer eſſe poteſt & tarda, bre-

uis, ut in morientibus. Breuis ergo ce-
ler & parua. Septi tranſuerſi hecticæ in-
æqualis uaria, & ut flentis, cuius cauſa
eſt motus impotentia, ut ſexto Aphoriſ-
morum (Com 54.) Et ſi in febribus hoc
accidat, aut primæ narium moueantur
lethiferum eſt, inquit Galenus (4. De lo-
cis. ca. 7.) Sic etſi cum ſono glutiat. Pau-
cis enim tales operationes indigent, ut
contra uox naturalis, quia multis ual-
de bonum ſignum eſt. Obmuteſcere ue-
rò circa morbi finem lethaliſsimum eſt.

Excrementorum uerò ratio una eſt,
ſcilicet ut dixi, quod ſecũdum naturam
ſint in colore, ſubſtantia, odore & figu-
ra. Figura, ut quæ conſiſtere nata ſunt,
ſint leuia: odore ut proprium ſolum re-
tineant: nam ſputi nullus eſt: ſubſtantia
ut ſit mediocris, æqualis, coniuncta. Pu-
rus color albus eſt, ſubfuſcus. Sanguinis
hæmorroidum ſubniger: uteri clarus &
albidus: ſeminis ut puris nitens & gran-
dinoſum: ſtercoris obſcurior aliquanto
cortice mali punici urinæ ut ſtercoris, ſed
ob ſubſtantiam ſplendidior, ſimiliſq; tri-
ticeæ paleæ. Hypoſtaſis ut auræ ſcobis:
Mu-

Muci plumbeus perſpicuus. In omnib.
deterrimi colores, niger, uiridis, & pręter
naturā liuidus, at ſine ſplēdore pręter na
turam ſemper eſt. Niger autem color a-
deò malus eſt, ut non ſolū in excremētis,
ſed partibus & ueſtigijs abominādus ſit.
Semper autem extinctum calorem ſigni
ficat, perſæpe etiam incēdiū: liuidus ex-
tinctioni, fuſcus incendio propior eſt, ui
ridis & ipſe ab utraq; cauſa fit. Pus à ſa-
nie diſtinguitur, q̄d concretū ſit ęquale,
& minus fœtens, fœdiq; coloris: nā ſani-
es ualde fœtet. Pus etiā ꝙ ex ſanguine cō
creto fit, ut in magnis abſceſsib. nō adeò
cādidum eſt, ut quod fit in ulceribus, ex
humido iam à mēbro mutato, hęcq; dif-
ferentia ubiq; conuenit. In ſputis quoq;
& urinis multum intereſt dignoſcere, an
quod miſcetur ſit ſanies, uel pus, aut cor-
rupta pituita: quippe pituita lenta ma-
gis & concreta in aqua agitata non ſolui
tur, crudus humor uix: cumque abun-
dauerit in urinis, diu perſeuerans pitui-
ta eſt, quæ etſi ſignum corrupti mem-
bri non ſit, cauſa tamen fit in molliori-
bus corporibus, uel ſi uriginem pariat.

Sudor autem cum ſit natura urinę ſimi-
lis odore, non fœdus ſed callidus totiq́
corpori communis, ſi fœteat malus: ſi in
ſuperiore tantum corporis parte, deteri-
or: ſi frigidus, peſsimus. Si in facie tãtum,
reſolutionis uirium ſignum eſt. Colligi-
tur paruis uaſis ſtrigilis forma. Si pon-
dus ſcire ſolum cupis, lineis interulis ſta-
tim exemptis explorabis, excipere ſolẽt
ad libram uſq;. Aequales ſemper ſpecie
alui ſeceſſus, malum. Finesq́ue in mera-
ciora deſinentes corruptionẽ ſignificãt
(2. Epidem. ſec. 2. & 3.

Vrinarum differentiæ, ut his pro ex-
emplo utar, principaliter ſunt quinde-
cim. Subſtantia tenuis & craſſa. Craſſam
ueteres eam quæ concreſcit appellant:
ſed nos eam in qua digiti ex aduerſo li-
cet clara ſit non uidetur. Color a-
queus, albus, pallidus hi citra naturalẽ,
ultra ruber, croceus, uiridis, fuſcus, niger,
liuidus dilutior naturali ſed fuſci parti-
ceps, naturalis & quę ab Hippocrate be-
ne colorata dicitur, pallida, palearis, fla-
ua, fulua. Contenta naturalia & prę-
ter naturam: naturalia, perſpicua, nitida,
leuia,

læuia,comi forma,æqualia,aureiq́; colo
ris in imo cum perſeuerant,præſentē aut
proximè futurā & ſtabilem ſanitatē nun
tiant:in alba hypoſtaſi contingit cū ſub
morbi fine mutantur,repentè ægrū mo-
ri,uel quia alijs partibus abſoluta nō eſt,
uel quia non indicat,uel quoniam mor-
bus mutationem poſtulat iuxta tempo-
ra.Semper autem contenta quò ab imo
ſunt remotiora,eò finem morbi magis di
ſtare oſtēdunt. Quæ uerò pręter naturā
ſunt,ad fundum deſcendunt,ut furfures,
ſquamæ omnibus fermè deteriores, ma-
ximè ſi carneis fruſtis aſsimilentur, fari-
na pituitę, quàm multi ſi tenuis ſit pro
hypoſtaſi habent, arenulæ ac huiuſmo-
di.Quoniam uerò omnia hęc quę ad ua
ſis fundum tandem deſcendunt duplici
ter proueniunt, aut propter uim morbi,
aut ſunt ſe exonerantis naturæ ſigna, di-
ſtinguere oportet diligenter, quomodo
proueniant,cum in uno ſalus,in alio in-
gens periculum, aut mors ſint conſtitu-
ta.Certum igitur ex morbi alleuiatione
ſignum habetur,tum ſi poſt coctionem
id accidat,& ſi quæ exeunt cruda ſolum

non praua ſunt: etſi alba ſecuriora, & ſi urina multa, etſi cito ſeparãtur. Etſi aſſuetus ſit talia mingere tutiſsimum eſt. Arenulæ uerò, niſi in affectibus renum aut ueſicæ nihil demonſtrant timendum, ex his autem tribus conditionibus fiunt urinę, quę crudę aut coctæ uocãtur. Nam cum cocta urina ſit, quæ ſubſtantia eſt mediocri colore bono, hypoſtaſi qualis dicta eſt, ſequitur ut uel una harum conditionum deficiente ſit urina cruda. At ſeptem modis palam eſt poſſe deficere, ſcilicet triſariam, una totidem duabus & omnibus ſimul. Verum in biliosis corporibus, ac morbis ſi ſola deſit hypoſtaſis, nec ſit mala, experimentum oſtendit, maxime in gracilibus corporibus, non eſſe crudam ſemper. Fit autem extrema cruditas tribus deficiẽtibus ex toto conditionibus, ut ſi tenuiſsima ſit abſq; contentis omnino, aut quaſi atomis uagãtibus, quæ etiam peſsima eſt, colore autem aquæ. Tot uerò gradibus contingit à ſumma cruditate, uel numero conditionum, uel earum magnitudine recedere. Porrò cum & à mediocritate ſubſtantię, &

coloris ut dictum eſt, biſariam liceat abeſſe, & citra & ultra, manifeſtum quatuor fieri prima genera cruditatis, non magnitudine, ut ſeptem modi, ſed natura diſtincta. Craſſa rubra quæ in febribus ſanguineis & melancholicis apparere ſolet Craſſa alba quæ minus mala: Tenuis rubra quæ periculoſa eſt. Tenuis alba quæ longum morbum nuntiat, aut ipſius primum initium. Et nihil eſt quod adeò illas mutet ut cœnæ abſtinentia, quę ergo ob id coctionē non aſſequũtur, morbos decernunt inſanabiles. Multa urina generaliter ſecurior, pauca etiam præter ſuppreſsionis periculum, ſecurior in humidis morbis atq; corporib. pauca in ſiccis. Turbida q̃ clareſcit finē morbi ſignãt, nã aut corpus purgaт aut colliquatur. Quę uerò turbida manat magnitudinē incendij oſtēdit, perſæpè etiam lethalis eſt ac imminentis mortis inditium. Et morbis peſtilētib. familiares. Et deterior eſt poſt initiũ morbi quã ſi cito appareat. Deterior uerò quę dũ inchoat, maximũ enim incendiũ & pręcipitem morbũ ſignãt. Clara quę concreſcit initiũ coctionis oſtēdit

multa enim pinguedo etiam ſine frigo
re concreſcit. Quæ uerò concreſcit tur
bida cum eſſet mortē futuram breui nun
tiat, naturalem enim calorē ob ignei ue
hementiam euanuiſſe declarant.

Circulus eſt ſumma pars urinę quæ
in continuis febribus ſaltem obducto
brachio liuidus aut fuſcus aut uiridis uel
(Nicolus berardi autoritate) turbidus ap
paret. Et quo ptofundior eſt periculoſi
or eſt: nam caloris innati extinctionem
ſignant. Fætor præſertim magnus
aut peſtilentem morbum aut ulcera in
meatibus declarat. Spuma in ambitu pi
tuitam in cerebro, in medio pectore,
quę diu manet lentam & craſſam, crocea
autem morbum regium, idem declarat
lineum linteum ſi in ea intingatur aut li
teræ ex ea chartæ inſcribi poſsint, iuxta
coloris naturam, ut nigra in lienis mor
bis, quibus in caſibus turbidę urinæ &
confuſę non ſunt adeò periculoſę. Con
fuſam uoco quæ non claratur. Com
paratio ad naturam, morbum, cauſam,
ſymptomata, tempora morbi. Velut il
lud: urinam tenuem crudamq́; qui diu
tius

ſtius minguut ſi cætera ut in conualidu- "
ris indicia fuerint in his abſceſſum ad ſe- "
des infra præcordia expectare oportet: "
ut inquit Hippocrates (2. Prognoſ. tex. "
34.) Vbi Galenus exponens ait: Frigida "
& craſſa & in uniuerſum contumacia ab "
ſceſsibus indicantur infra ſeptum tranſ- "
uerſum ob uirium imbecillitatem: ad car "
nes glandoſas uiribus conſtantibus. Sed "
ſi tenuior fuerit & articuli imbecilles ad "
illos, tenius medi urinam ego in ſanis ie- "
coris uitium inſanabile portendere ani- "
maduerti. Vltimum eſt ſeceſſus: & "
plerunque mutatio niſi ad malum fiat nõ "
ſolum in his ſed in aliis excrementis bo- "
na, unde illud Hippocratis ſecundo Epi "
demiorum (ſec. 3.) ſemper æquales ſpe- "
cie alui ſeceſſus malum. In urinis tamẽ co
lorem & ſubſidentiam manere oportet
ſi non decernant. Sunt & qui concretas
urinas inſpiciunt quoniam longa cõſue
tudine edocti ſunt. Sed neque de his neque
per ignem reductis neque ante primã ho-
ram neque poſt ſextam exactum iudicium
ferrè poſſumus. Parum etiam admo-
dum indicat duodecim in caſibus, ſi non

ex materia pendeat morbus aut materia peſtilens ſit, uel ſi in abſceſſu contineatur, uel in concauitate, aut loco exangui, uel in meſaræo, uel loco aliquo nobiliore, uel in uenarum ſiccitate, uel in acceſſionum initijs, uel in febre ex ulcere, uel ſi renes aut ueſica uitio laborent, uel ſi aliquid ſumpſerit quod impediat. Fermè ſemper enim in his urinæ ſanis ſimiles aut crudæ quarti generis apparent, ex harum etiam genere ſunt quæ materiæ morborum non concordant: ut concocta urina paucis poſt diebus à quotidianę initio. Conſtat autem hæc doctrina non ſecus ac generorum cognitio arte quadam mirabili quæ ſcriptis tradi nequit: nam uidebis urinas perquam ſimiles ſimilibus in morbis atq; corporibus atq; ætatibus, quarum altera certum exitium, altera ſalutem breui decernet. Scripta tamen ad exercitationem hanc tum pulſuum, excitant medicum ac dirigunt præſertim ſi abſoluta fuerint qualia quæ nos de urinis edidimus. Inter urinę aũt & pulſus pręſagia hoc intereſt, quod urina magis de exitu ac materia morbi in di-

dicat pulſus de morbo ipſo atq; ęgrotantis uitali facultate: Pulſus etiam ſi uno ex latere bonus eſt, aut quandoq; bonus ſalutem ſperare decet: ſi aūt una urina mala ſit inter multas interitum expectabis.

Partium uerò quæ educuntur notiſsima eſt ſanguis: ꝑ uenæ ſectionē ex pedibus cū aqua, ex brachijs etiā ſine illa effluere ſolet. In ægris corporib. non perfectè ruber & rarò ſine aqua apparet, plurima aqua ut in aſcite ad febres etiam ac quaſcunq; fluxiones paratos oſtendit. Inſpicere autem oportet colores ſi praui ſint: optimæ enim urinæ ſimilis eſt ſed obiectu ſanguinis uiridior apparet. Sanguis uerò ſuperius rubet, ac ad candorem accedit, ſed ubiq; cum ſplendore, prauus eſt albus uel citrei coloris, deterior aureus, hoc peior uiridis & maculoſus, deterrius niger: corruptionis nanque hæc omnia ſigna ſunt. Procedente enim febre cum candidus euadat, indiciū eſt nō eſſe talē ob pituitā: cū tamen in ſanis etiā inueniat, tranſmutationē ad propriū genus ꝑ ſeparationē declarat. Hęc aūt corruptionem pręcedit. Deterior aūt minus ſplen-

ſplendens, peſsimus qui non concreſcit. Vidi ut lac & ut bætæ ſuccum, hæc ſtatim mortua, reliqui diu conflictati, huiuſmodi colores in ſanguine cõcreto nõ niſi in ſumma ſuperficie inuenire licet. Qui flauus fermè eſt ac multum ſplendet ex arteria cum impetu magno eductus eſt, quare ſi cum tuſsi reijciatur ſpumoſuſq; ſit, ex uenali arteria prodit, ſed ſi uomitu niſi exuberet non magno periculo qui ſine impetu omnio exit aut paruo è brachio uincto aut parum aquæ cõtinet, quoniam è uena non effluxit: aut in iuuenibus defectum ſpiritus declarat. Qui uerò è naribus ſponte fluit, è regione partis affectæ fluere debet. Rubri autem ſtilla ſanguinis haud unquam effluere uiſa eſt in morbo exitiali inquit Galenus (1. Epidem. par. 3. Com. 18) ſolus etiam ſanguinis exitus copioſus ac perſeuerans certiſsimum ſalutis ſignum eſt, quoniam & omne genus humoris educit tenuem craſſumq;, & cuicunq; multitudini ſatisfacit & citra omnem noxam, commune uerò habet cum tranſmutatione, quod etiam ſine coctionis ſignis, imò

imò & cum ualde malis, ut primo Epidemiorum teſtatur Hippocrates (par. 3. tex 14.) ægrum ſeruare perſæpe poteſt, hoc uerò contingit in aſſuetis, & cum materia à natura uincitur quoniam fluit. Vnde cum ſtatus initium fuerit etiam ipſum mittere conuenit, & ad uiſcera ignobiliora reuellere ac deriuare ut in mala criſi. Terminus autem educendi ſanguinem eſt mutatio in calore, uel impetu, uel pulſu. Hæmorroides autem ſectione uenę ſi prouocentur ſunt inferiores, ſi effluant præſeruant à peſsimis quibuſcunq; malis, ſi erumpant etiam liberant quemadmodum & in uirginibus cum primum menſes apparent.

Signorum autem minus generalium, & quæ etiam propria ſunt uni morbo, exempla ſint hæc. Ventrem exploramus non ſolum ob tumores & dolores ſed etiam tenſionem, palpitationem, extenuationem atq; duritiem. (1. Epid. par. 3. com. 19. Quod ſi hypocondria ſurſum trahuntur inæqualiter cum tumore in cutis abſceſſum ſignificant: ſi uacua inflammationem ſepti transuerſi quam de-

lirium ſubſequi ſolet. Si palpitant tur-
bationem uel delirium. Conſenſum
quoque obſeruare oportet, uelut pecto-
ris cum genitalibus membris geniiq;
uentriculi cum, cerebro, corde, colo, ie-
core, plantis pedum. Vteri cum cerebro,
corde, pulmonibus uentriculo, collo, co-
xendicibus, renibus, mammis: cerebri
cum uentriculo, ſenſibusq́ue præſertim
oculis auribuſq́ue ac uiciſsim: horum o-
mnium cum cerebro, & uentriculo, &
oculorum inter ſe ſimiliter auriũ: iecoris
cum liene & uentriculo: ueſica & neruo-
ſa omnia cum cerebro: Renum cum to-
tius corporis: Et exuperantiæ, ut natium
extẽuatio pro toto corpore, ut inquit A-
uicenna: Cũ uerò apparuerit urina ſigni-
ficans, febrem continuam & pulſus ui-
detur quietus, febris eſt peſtilẽs, aut ex
ualde craſſo humore: cõtraria ratione e-
phemera. Aſsidua etiã excrementorũ de-
prauatorũ effuſio ſignificat corruptio-
nẽ iecoris aut pulmẽtis. Et ſi ſolum plu-
ra ſint periculoſa tamẽ. Quæ uerò cruda
effluũt ſine utilitate uires debilitãt & ma-
lũ ſignũ ſunt. Vermes etiã nudi, magni,
pauci

ci, coleratiores, uiui per initia ex ore prodeũtes, uel in fine cum debilibus uiribus peſsimi: ſi uerò conſtantibus per inferiora cum excrementis & præcipuè ex medicamento, bonum, naturalis enim facultatis robur indicat, & materiam eſſe benignam: Inquies maior quam pro morbi ratione fit ob acres in corde halitus. Conſyderare etiam oportet morbos admirabiles, & differentiam etiam ſimilium: uelut hyſtericus & cum comitiali & cum ſyncope conuenit: duplex enim eſt, ut Galenus ait (De locis cap. 5.) unus in quo ſenſus & motus, ſpiratio ac pulſus intercidunt, extremaq́ frigent: Alius in quo ſenſus manet, ſed contrahunt brachia & crura cum difficili ſpiratione, & animi defectu. Generale igitur ſignum eſt, menſes aut ſemen, ut in uiduis, retineri, aut quod rarius contingit humidã materiam eò defluxiſſe: ſicut & reſpirationem lędi, linqui animo, nullumque ueſtigium affectus relinqui: certa tamen non ſunt. Certa autem non generalia ſunt, ſi uterus ad latus, uel ſupra contractus ſit, & ſigula inflatur:

&

& ſi materia per uuluam effluente ſolu-
tur affectio. Ergo certa eſſe declarãt affe-
ctiones, ſed non omnibus conueniunt,
generalia quia omnibus conueniunt ſi
deſint non eſſe affectiones declarãt. Pro-
pria ſecuriſsima ſunt quæ & adeſſe in af-
fectionibus neceſſarium eſt, & cum a-
gunt ipſas eſſe declarant, cuiuſmodi eſt
in ſecundo hoc genere: ſi ſenſus maneat
& ab affectu liberata meminit præterito-
rum cum id comitiali morbo, cui maxi-
mè ſimilis eſt, minimè cõueniat, conſtat
hyſtericam eſſe affectionem, liquet autẽ
quod ex certo atq; generali ſigno pro-
prium cõflatur. Sunt & morbi admirabi-
les non genere, cuiuſmodi fuit is qui Da-
nieli Bonricio contigit, qui cum duo-
rum morborum effigiem præberet, neu-
triusſigna ac uices implebeat, fuit autem
huiuſmodi: De octaua Ianuarij anni M.
D.LIX. ſpuit ſanguinis ueſtigium pituitæ
admiſtum, ſequenti die ſanguinem miſi-
mus, perſeuerauit tamen ſputum cruen-
tum, indieſq; augebatur: Difficultasque
ſpirandi intendebatur adeò ut aliquas
noctes peruigil duceret, nonnunquam
dormi-

dormiebat, ut ea quę decima diei ſucceſſit. Interim uerò cum hæc eſſent ſigna affecti pulmonis, ſanguis & merus & copioſus è naribus perpetuo fluxit, nec tuſſis ulla infeſtabat, ſed excitata ſolū cum excreatione emittebatur: adeò ut defluxionem à capite eſſe exiſtimaremus Duodecima menſis pręter ſputum cruentū, pituitam etiam multam ſeorſum expuit nigram non profundè & ſine ſanguinis ueſtigio. Dubitabamus an è capite & illa deſcendiſſet lucernęq́ fumo tincta eſſet. Ea die tuſsis leuis inuaſit, ſpirādi difficultas maior, auctumq́ eſt ſputum, & magis cruentum euaſit. Recordabamur Pythionis qui ſputa uaria & ſubrubra expuit ex defluxione coaceruata, ut Galenus exiſtimat: ſed res aliter ceſsit, nocte enim quæ decimę ſeptimæ diei ſucceſsit totus refrigeratus eſt, ſudauit anhelitus & uox intercepta. Aſſumpto antidoto diamoſcho, incaluit, dormiuit, ſpirandi difficultas imminuta, atq; ita per totam decimam nonam diem melius ſe habere uiſus eſt, adeò ut benè ſperare cœperit, cum ab initio morbi animum deſpon-

diſſet ſemper ſequenti nocte uigiliæ, ſpi-
randi difficultas & præter copioſum cru-
entum ſputum, nigram rurſus pituitam
emiſit. Duobus ſequentibus diebus om-
nia grauiora facta, non tamen ita ut de-
ſperata ſalus uideretur: die uigeſima ſe-
cunda quæ fuit finis quartædecimę mor-
bi, circa meridiem defunctus eſt, nec an-
tea refrigeratus eſt. Pulſus ut ante mor-
bum ſecundæ pulſationis tempus ad di-
midium contrahebat, ita tamen ut dua-
rum pulſationum circuitu naturalem
quantitatem retineret. Verum poſt deci-
mam ſeptimam diē hoc magis frequen-
tauit: nonnunquam etiam prope mortē,
ſed paruo tempore perſeuerans ad na-
turalem ſtatum redibat. Vrinæ ſemper
uſq; ad undecimam morbi benè colora-
tę, & cum contentis mediocribus. An fe-
briret difficile fuit perpendere, niſi poſt
eam diem ob acquiſitum pulſus, ut alias
dixi habitum. In ſputis nullum pus aut
ſanies, ſed ſola pituita pura, aut nigra,
aut cruenta apparuit. Mirabile igitur fuit ſi
à capite cruor emanabat, cur perierit? ſi à
pulmone, cur ſine tuſsi? cur nulla ſanies?

cur ni-

nigra pituita abſq; cruore? ſi ab utriſq;, quæ nã cauſa tam potens in duob. locis adeò diſtantib. uenas ſimul apperire potuerit? cur etiã nec pus nec ſanies apparuerit? cur cũ iacuiſſet decimaſeptima die ut mortuus, mortẽ ad uigeſimã ſecundã diſtulerit? uolui diſſecare corpus, meminerã em̃ duos alios ſimili morbo interijſſe, ſed cõſanguinei noluerũt. Puella nuper annũ ingreſſa decimũ, cępit laborare cruris dolore, q̃ uidebat̃ ex inferiore parte ad ſuperiorẽ aſcẽdere, poſt uenter duruit, atq; intumuit, ut in hydrope ſub tertij mẽſis initio ſublata duritie, ac magnitudine, cũ bene appeteret ac dormiret, ſtaretq; ratio, nec pulſus multũ à naturali ſtatu uariaret, cœpit aſsiduè dũ uigilaret attollere uentrẽ fermè palmi maioris magnitudine, cũ ſtrepitu quaſi ſingultiẽtis in fletu: audiebatur autem in uẽtriculi regione ſonitus quaſi utris aqua pleni agitati, memoriamq; amiſit, ut nec matrem agnoſceret. Dicebat tamen ſe ſentire rem pugni magnitudine quę ex uentre aſcendebat: & cũ fameſceret, ad gulã fermè uidebatur peruenire, & ita eã uexare, ut niſi protinus cibum dediſſent,

eam eſſet ſtrangulatura: Mirabamur au-
tem quomodo tanti motus aſsiduitatē
tamdiu perferre poſſet. Quidam ad pal-
pitationem ſub peritoneo, quæ ſi perſe-
ueret, dicebat Auicēna (2.3.ca.18.) quod
comitialem aut melancholiam nunciat,
referebāt. Nos exiſtimamus eſſe fletum
ſiccum, quia cū difficultate ſpirandi non
laboret, eundem patitur affectum quem
qui flent uehementius pueri uerberati.
Indicio eſt quod ipſa interim dolere ſem-
per ſe teſtatur, quamuis interdum dum
laborat, rideat. Sunt & tranſmutationes
etiam mirabiles, ut cum colica in arthri-
tim & reſolutionem, quod ſæpe fit, trāſ-
mutatur. Cuius rei cauſam dum de reſo-
lutione loquitur, multis uerbis aſsigna-
re conatur. Veriſsimile autem eſt, ob do-
lorem debilitatis membris exanguibus,
iecoreq́ concalefacto, cuius inditium
eſt ſitis, trahi materiam per uenas, atque
inde propelli ad loca infirmiora, humo-
riq́ familiaria.

Prognoſtica igitur ſigna ſanitatis aut
mortis, tum uigoris morbi, quem pręno-
uiſſę non ſolum ad medici gloriam mul-

tum pertinet, ſed etiam ad ægri ſalutem, eſt neceſſarium in morbis qui ex materia pendent (1. De criſi. cap. 16.) qui plurimi ſunt, ac maxime celebres, ex naturalis facultatis opere ſumenda ſunt. Nã ſi fruſtratur peruerti turúe ab alieno calore, lethalis eſt: ſin autẽ impeditur aut abrumpitur, diuturnus ſemper, nonnunquam etiam difficilis eſt morbus. Vt uerò hæc dignoſcas, tria animaduertenda proponit Galenus, primo Epidemiorũ, uires, morbum, ſucceſſum, hæc autem ex octo generibus quibus ſexdecim ſubijciuntur ſpecies, Hippocrates cognoſcere docuit (par. 3. cõ. 1.) Febre acuta, cerebri ſymptomatibus, mala ſpiratione, uigilijs, delirio, conuulſione uentriculi, ſitim & ἀσιτίαν, linguam. Quę excernuntur urinam principaliter, ſanguinem, ſudorem, deiectiones, uomitum, nonnunquam ſputa, hypocondria, extremitates, & dolores. In horum ſingulis tria conſyderat, ſucceſſum, comparationem, dies: Archigenes pulſum illis octo generibus addidit. Vires ex præteritis ſi puerpera ſit, ſi mem-orum nobile, præcipuè cerebrum natu-

ra aut caſu læſum ſit:ob id magni uiri nõ facilè pereunt. Et quibus oſſa circa cor deficiunt, plerunque quaſi repente moriuntur & morbis quibuſdam familiaribus per interualla laborantes: deterius ſi perpetuo, ut ueſicæ lapide. Si ex eorum proſapia ſit qui parum uiuant. Si multa uenere uſus ſit. Vt cõtrà paucis uti cibis, & impigrum eſſe ad labores, ut ſexto Epidemiorum habetur (par.4.tex.22.) Vti etiam pauco potu & plurimo ſomno, ſignum eſt & cauſa roboris uirium. Mandere etiam diligenter, cibisq́ craſsiorib. ueſci, inter cauſas roboris uirium recenſeri debent. Præſentibus ſenes, infantes, debili hi cerebro, utero gerentes, tabidi, mala temperies, cacochymia, corporis grauitas, ſanguinis paucitas imbecillitatis. Ex ſequentibus quod inediã cõmodè ferat, & ex ea benè dormiat, ex cibis enim uires manere incertum ſignum per ſepè etiam damnoſum. Quantum uerò uires poſsint exẽplo Herotypi tertio Epidemiorum intellige, is enim cum crudis urinis ac multis peſsimis ſignis, non tamen lethalibus, euaſit hoc autem &ſe-

rò, & ſeruata uictus ratione, & facta tranſmutatione, aut copioſo ſanguinis effluxu. Ex morbis, inter febres accutam delegit memor ſui (4. Aphorum. 43.) Febres quæcunque non intermittentes, tertia die maiores fiunt, magis periculoſæ: quocunque autem modo intermiſerint periculum abeſſe ſignificatur: excluſit ergo intermittentes & lentas. Harum autem peſtiferæ toto genere lethales ſunt, quæ cum abſceſſu plerunque, niſi abſceſſus ſit in locis ubi uenæ ſectione ſolui poſsit. Tertium genus, ſi non ex cruditatibus & bile, una materia conflata efficiat, tametſi à bile uehemens, à cruditatibus diuturnum, rarò mortiferum eſt. At ſi ex bile ſimul, ac crudis humoribus conſtet, ſic ut una materia ſit, peſsimum genus erit: ut Galenus teſtatur. (1. Epidem par. 3. Com. 19. & 23.) Tria enim mala bilis facit, ſitim, ἀσιτίαν, & uigilias. Crudus autem humor impedit coctionem, ut neceſſe ſit iudicium fieri ob uehementiam ſymptomatum bilis & ante coctionem ob crudum

crudum humorem, taleq́ꝫ lethiferum eſt, aut ſi paululum materiæ diſiunctæ ſint, aut uires ualidæ cum recidiua. Ex ſucceſſibus ſi uincentis naturæ ſigna appareant, ſalutare eſt, hæc autem quatuor, concoctio, ordo facilitas, & remiſsio. Concoctio in urina etſi tenuis ſit ſubſtantia, atq́ꝫ ſine contentis, ſaltem ſit boni coloris, pauci enim ubi talis perſeuerauerit pereunt, ut primo Epidemiorum habetur (par 3. com. 27.) nam & bilem excerni, & quod maius eſt aqueæ ſubſtantiæ commiſceri, efficaci coctione declarat. Ordo, ut diebus decretorijs inſignes fiāt mutationes, & aliquibus præcedētibus indicijs, nam quandoq́ꝫ praua, & multipliciter excreta, alioqui ſic tamen bonū ſunt ſignum. Si enim ſequatur alleuiatio aut concoctio, magni roboris eſt argumētum, ut ibidē colligitur (tex. 22) Tum ſi ſenſim deriuet uelut ad lienē, & ex liene ad ſiniſtrum inguē, inde ad ſiniſtram tibiam, ut de Horophonte narrat Hippocrates (par. 4. tex. 41. Sic ſexto Epidemiorum (tex. 70.) loci alterius, loci excipien-
" tes, aut dolore, aut grauitate, aut alio
" quo-

quopiam liberant,aut alijs communica- "
tiones etſi intus ferãtur,aut nõ pro mor- "
bi ratione, uelut ſi in digitum quemad- "
modum Temem Nepti ſecundo Epide- "
miorum,malum. Sicut & ſi ex inferiori- "
bus ad ſuperiora( minus tamen ſi orian- "
tur)peſsimum. Vnde ſecundo progno- "
ſticorum. Dolores qui cum febre affli- "
gunt circa lũbos & infernas ſedes, ſi præ "
cordia attigerint infera relinquentes lo- "
ca,admodum exitiales ſunt.Exemplum "
habes in Lariſſe caluo,qui in quarta die "
obijt.Facilitas ut quamuis ſæua ſint ſym
ptomata, ipſe bene perferat, & parum à
conſueto ſtatu dimoueatur.Remiſsio ue
rò ad morbum ipſum pertinet contra ſi
aſsiduè urgeat lethaliaq; ſigna adſint,
breui periturum decernit:ut primo Epi-
demiorum habetur(par.3.com.18)Signa
ergo lethalia ſunt, Delirium furibundũ,
uel ſi feſtucas uellat,obmuteſcere,uel cõ
uelli in fine morbi : nam in initio ex ma-
teria uel morſu accidere poteſt. Dicitur
autem conuulſio à tremore,quoniã qui-
eſcente membro,ceſſat tremor: Hæc fa-
miliaris eſt infantibus,& ob id minus pe

riculoſa. Duplex eius genus quod abſq;
motu fit, quale cum hypocõdria tendun-
tur, & intro contrahuntur, ob ſepti tranſ-
uerſi conuulſionem, ut Galenus docet
tertio Epidemiorum (par. 2. com. 1.) Ge-
neraliter quæ cum motu eſt lethalior eſ-
ſe ſolet, morientibus & infantibus fami-
liaris. Sic & non uidere, aut lucẽ non per-
ferre, quod accidit uel læſa oculi ſubſtan-
tia, uel ſpiritibus deſtituta. Et quæcunq;
primo prognoſticorum habẽtur. (Tex.
10) Decretoria etiam ſigna, quæ non de-
cernunt cum ſignis lethalibus etiam leni-
bus, atq; eò magis ſi materia adhuc cru-
da eſt, & quantò maiore nixu fiũt, ut mor-
bus regius quocunq; tempore ante co-
ctionem accidat, quanquã in acutis ple-
runq; ante ſeptimum diem, aut cum ex-
cretiones, exacerbatio grauior excipit,
uelut de ea quæ in mendacium foro de-
cũbebat Hippocrates narrat, mortẽ nun-
tiat: Per ſe uerò ſemper longitudinẽ mor-
bi ſignificant. Deteriora aũt ſigna ſunt,
cum à ſomno accidunt, leuiora, cum ſur-
gentibus & excernentibus, praua cum
cibnm aſſumentibus, niſi in uentriculo
af-

fectis. Quintum ex contrarijs conſtat omnium præſtantiſsimũ: Eius octo exempla ponã primũ ſi in acuta febre extrema frigẽt, pſertim ſi cum ſudore etiã liueãt: nã, ut ait Galenus tertio Epidemiorum, (par. 2. com. 5.) innati caloris extinctionẽ aut in uiſcerib. inflammationẽ declarat. Qđ ſi non ardens ſit febris, concretũ in uiſcerib. ſanguinẽ. In dolorib. tamen mediæ partis uehemẽtib. refrigerãt extrema & pulſus fiũt parui, & frequẽtes, et in pectoris externis reſpiratio etiã frequẽs, & parua, & tamẽ æger pſæpe facile liberat. Hic illud ſexti Epidemiorũ. (par. 1. tex. 30.) contentionis corporis, & artuum duritiæ ac confractiones, & ipſe diſſolutus, malum. Id eſt cum rigidi ac ſupini contractis cruribus, atque diuulſis iacent. Si urina abſque iudicio quæ continenter effluere ſolet ſupprimatur. Ut ſecundo in tertium Epidemiorum de Anginoſa quæ apud Bitonem decumbebat. Eiuſmodi eſt ſopor cum bilioſis ſymptomatibus, aut enim cerebri refrigerationem, aut extinctam facultatem indicat. Quod etiam in uentriculo oſtẽdit arida lingua, uel delirium abſq; ſiti, ut tertio Epi-

Epidemiorũ habetur (par. 1. tex & com. 7. et. 11.) contraria ratione in miti febre, ſi- tis aſsidua uehemens, cum non ex dolo- re magno, nec ſuperflua euacuatione, nec ſalſa pituita circa os uentriculi facta fuerit, humorem uehemẽter corruptum aut ſiccum, ut uenenum nuntiat, & obid interitum. Sed & non appetere cibũ pro cedente morbo, atq; eò deuenire ut mo- ri malit æger quàm quicquã ſumere, quod faciũt hi quorum iecoris facultas perijt, ut Galenus ait, (Ibidem Com. 13.) lethale eſt. Sunt autem huius ſymptomatis tres ſpecies, ut ibidem docet (par. 2. com. 3.) cum ſolum conſuetos cibos deguſtant, quod minus malum eſt, aut paruos, fit- qúe ob humorũ corruptionem in parti- bus uentriculi abundantium: uel ἀποσιτία cum appetunt quidem cibos, ſed ap- poſitos auerſantur, quod ingens malum eſt: uel ἀσιτία cũ prorſus non appetunt. Porrò hæc omnia deteriora ſunt quò magis naturæ aduerſantur, ut in pueris in qbus facultas hæc robuſtior eſſe ſolet & uſus magis neceſſarius. Et ſi in febri- um, aut fluxuum declinatione magis e-

tiam

tiam, ut inqt Hippocrates ſic & hydrops ex febre. Sunt & Signa inſtantis mortis, ut ſi citra anginam non poteſt deuorare, ſi ſpirat frigidũ naribus & ore. Facies quoque in acutis, in qua color uiridis, aut niger, frōs arida tenſa & dura, tēpora diſtincta aures frigidæ, & contractæ, & pulpę earum inuerſæ, oculi concaui, nares acutę. Repentinæ enim uultus mutationes fiunt ex corde, uel cerebro uehemēter affecto, ut in timoribus & lypothomijs: lentæ ex iecoris aut uētriculi uitio. Bona ergo nō niſi in fine morbi bonum ſignũ. Rechmon etiam, & ſudor cum quo uires collabuntur intra paucas horas occidunt. Accidit laxam habentibus cutem ſudor, & conuulſio ſiccam & tenſam. Sunt etiam ſigna dubia ut ſyncopijs & externi abſceſſus: unde Hippocrates ſexto Epidemiorum: (par. 2. Tex. 10.) Ab- "
ſceſſus ueluti bubones ſignum quidem "
ſunt germina habentium tum aliorum "
tum pręcipuè uiſcerum, maligni autem "
ſunt hi. Palam eſt enim perſępe talia etiā "
ſine periculo accidere, nonnunquam ſta "
tim perimunt, præcipuè ſyncopis, laſsitu

do

do quoq; perſeuerãs poſt ſectã uenã u
de malum ſignũ eſt. Et ſigrauiter mor
lethale: oportet aũt ſpecialiter caput ob
ſeruare ſi collabitur. In morbis etiam ua
gantib. ſigna lethalia ſunt fallacia, ut etiã
dixit Galenus (li. 6. de cibis boni & mali
ſucci c. 1.) et ego obſeruaui anno MDLVIII.
ideò taliũ cura eſt una. Peſtilẽtes autẽ cõ
trario modo pſæpe cũ ſalutis ſignis peri
munt. Lõgorũ quoq; morborũ ſigna ea
dẽ ferme his, ſed q̃dam magis ꝑpria eis,
ut in tumidis cruribus nigredo pondus
durities, hæc em̃ inſanabiles morbos de
clarãt. In longis p̃terea morbis horrenda
macies medicũ à curatione abſterrere de
bet, longos aũt morbos deprehendimus
ex tarditate ſignorũ q̃ ſuperueniunt, cru
ditate, cauſis tamen his quæ illis aſſociãt
(2. Epi. ſec, 1.) calidi ex his tabe, frigidi hy
drope occidũt. Quidã etiã morbi ſolo tẽ
poris decurſu lethales euadunt: ut urinæ
ſuppreſsio poſt nouũ diẽ corde refrigera
to. Fecũ retentio ex hernia poſt quintũ
cũ reſolutis uirib. id fiat. Alij circuitũ p̃ſti
tuũt ut phrẽitis, quã neq; ante quintũ diẽ
interficit, neq; uigeſimũ excedit, ob id ſe
bres

bres cũ duob. circuitib. terminent̃, altero
quẽ ſi incoctę exceſſerint occidũt, altero
quẽ modo exceſſerint acutę eſſe deſinũt
acutas ꝑducere primo exacto termino,
lõgas aut ꝑductas breuiare p̃ſtat, nã ut
inq̃t Gal. diuti9 ſi ꝑſeuerẽt ſcirrhũ in liẽe
primũ inde in iecore gignũt. Generaliter
aũt in acutis certiora ſunt ſigna à cerebri
facultate ad mortẽ, in diuturnis à nãli ad
ſalutẽ, uitalis in utriſq; mediũ locũ poſſi
det. Et cũ hęc omnia noueris ſcias ſi ali-
q̃d reluctet̃ indiciũ in acutis ęgros quan
doq; p̃ter ſpẽ ſeruari: ut Pythionẽ, & q in
Dealcis horto decumbebat aut interire:
unde dixit Hippocr. Acutorũ morborũ
nõ omnio ſunt certę ꝑnũtiatiões ſalutis
aut mortis, ſępe em̃ ex ſyderũ mutatiõib.
aut cõtinẽtis aẽris, aut ſub indicio morbi
uel ob repẽtinã uaporũ effuſionẽ mobi-
les reddi uidẽt̃ atq; in diuerſa inclinare.
Galen9 tñ de acutis inq̃t ſexto Epidemi-
orũ: urinæ ſoli credẽdũ eſt, cui ſi acceſſe-
rint reliqua ſigna diuinatio firmiſsima e-
rit, perpetuoq; ueridica. Hippocrates er
go de his loquit̃ morbis in q̃b. urinę ſunt
inconſtantes, aut alia ſigna illis non con
cor-

cordant. Ab initio uerò ſi ſigna lethalia
uel quandocunq; apparuerint, & ſine
magna excretione conquieſcat, etiā uali-
dis cum uiribus, mortem tamen aliquan-
do expectare oportet. Præter hæc ſcire
neceſſariū eſt, magnos morbos dupli-
ter dici uel ob ingens periculū atq; hi ca-
lidi plerunq;, uel ob curationis difficulta-
tem, atq; hi frigidi, & ob id qui utrāq; ha-
bent cōditionem merito maximi ab Hip-
pocrate appellantur ut Attonitus. Inci-
dunt autem in morbos quidam ex cau-
ſa præcedente, alij ex dolore aliquo diu-
turno, atq; in ijſdem membris ſolet mor-
bus firmari, ut inquit Hippocr. (4. Apho-
riſmorū 32 & 33.) ſicut & ſuperueniente
deſinere: alij ex utroq; ut Philiſta ex capi-
tis dolore cum ueterno & liberali potu
in lethal; Quibuſdā per ſe inchoat quo-
rum deterior eſt conditio: peſsima eorū
quibus ex dolore atq; ſine externa cauſa
ut leuiſsimis quibus nullo præcedente
affectu ex externa cauſa excitantur. De-
ſpondere etiam animum in quocunque
morbi genere lethale ualde eſt. Verū per-
ſeuerare hæc ſigna in admodum horren-
da

da ſint eſt neceſſarium. Vnum quoque ſignum potẽs dicit Galenus (primo De criſi cap. 13.) pluribus debilibus eſt præponendum. Quęcunq; repentè accidũt, aut à cauſis fiunt quæ repentè agunt, ut in peſtilentibus uel repentè genitis, ut quæ ab obſtructione aut longo tempore affectu citra ſenſum adaucto, ut corruptione iecoris aut pulmonis: aut congeſta materia paulatim, ut in febribus magnis & abſceſsibus, qui deteriores ſunt à febre.

Cura autem generalis prohibet futura, præſentia remouet, amiſſa reſtaurat. Communis indicatio eſt, ut à contrario quod æqualiter à mediocritate recedat, quantum cauſa uel affectus id fiat. Sed in morbo per ſe uelut in febre refrigerãdo & humectando, in cauſa plerunque quaſi ex obliquo. Neq; enim bilem refrigerare & humectare ſolemus, ſed præparare, concoquere atq; purgare. Nonnunquã tamen è directo oppugnamus cauſam, ut in ardente cum frigida aqua curamus, ſicut & morbum ex obliquo, cum difflamus uapores. At ſymptoma

ſemper contrario per ſe pellitur. Dolor acopis, Vigilia, ſomno. Hæc autem uictus ratio quæ & ſi præſtantiſsimorum medicorum munus ſit, quia tamen id agendo nihil agere uidemur, minima hæc medicinæ pars à uulgo exiſtimatur. Alia uerò quæ quod nocet aufert clyſteribus, medicamentis, uenæ ſectione, medicinæ pars uidetur magis quàm prior, ſed nulla adeò quam quę ſecat, urit, reponit, nebulas oculorum deprimit, lapides ē ueſica extrahit, ramices tollit, eſtq; id opus chirurgorum, qui maximè uiuendi normam ſeruant, ob quæ pars hæc medicinę chirurgiq; ipſi antiquiſsimi ſunt. Quod uideretur quæ hominum opera fiunt illorũ eſt opera poſſe tolli, exemplo eorũ qui captiuos uinciunt, nam & ſoluere poſſunt. Hacq; ſola in parte plus medici, quam naturæ auxilium prodeſſe uidemus. Victus ratio, aër, animi cogitationes, ſomnus, exercitatio, excremẽtorũ eductio, res ſunt non naturales. Temperatura, humores, membra, ſpiritus, facultates, functiones naturales ſunt. Sectio uenæ, cucurbitulę, hirudines,

tudines ſecare, urere, balnea, emplaſtra, fotus, eſcharotica, balani, clyſteria, medicamēta p̄ per naturā. Cibus hora ægetis uel ſi breuior ſit ea quæ à morbi uigore maximè diſtat, exhiberi debet, tūc enim minus natura diſtrahitur, & cibus quaſi per otium concoquitur. Sin minus, abſtinere, ſi ferūt uires. Anima enim nutrix, ut Auerroes inquit (2. de Anima Com. 5.) ſemper operatur. In cura etiam uniuſcuiuſq; membri totū corpus uacuū habere oportet. Vnde Hippocr. (li. de ulcerib.) Purgatio uulnerib capitis, articulorū, & uētris tamē cōſutis, & in quib. corruptionis periculū imminet, utilis eſt. (13. Artis cur. ca. 22.) Vlcerib. quoq; exedentib. ſerpētib. & inueteratis. Ita poſt corp., caput, ꝓpter oculos. Sectio etiā uenę fluxiones cohibet, & uulnera ob id ſiccat: Vlcerū aūt cura eſt exſicatio. Cauēdū eſt etiam ne res ipſę uirib. aduerſēt, uelut q hydropē aut uētriculi pituitā decoctis curāt, ſed pulueres exhibere oportet aut ſof fas. Quęcūq; aūt ſunt p̄ter naturā ea ſtatim educere oportet, ut lapides, aquā, uermes. Excremēta p̄terea nō ad cōtrarium

diuertenda,ut ſi feces retineantur, urinā ducere non conuenit. Feces tamen retenta urina ſtatim ſemel aut bis ualido medicamẽto debemus,interim diſſecantium & attenuantiũ non obliti. Et quæ maiorib. morbis proſunt,minores morbos curant,ut ſurditatis auxilia, tinnitũ: Attoniti reſolutionem, earum comitialem,comitialis in cubum & uertiginem: In morbis qui ex materia pendent,noxā morbi minuere oportet: & ne materiæ præparandæ impedimentũ eueniat prouidere. Cumq; duo auxilia uires perferre nequeunt, ut inediam & uenæ ſectionem hanc omittemus ob alterius neceſsitatem, ut in capitis uulnere,ſtrangulatione,cibiq; faſtidio. Si uerò habitus non fert inediam,uel morbus urget, aut adeſt copia calidioris ſanguinis,ptiſanam dabimus. Quod ſi ætas animúsue ſectioni uenæ repugnant, cucurbitulis,ſi ſanguis ſit tenuis aut cutis laxa utemur, uel hirudinibus aut aſsidua frictione,quæ uicem ſectionis uenæ ſupplet,libro de uenæ ſectione contra Eraſiſtratum (cap.9.)Eſt autem diuturna fri-

ctio, ut Celſus docet (lib. 3. cap. 23.) cum non minus quàm ducenties fricatur homo. Vel ſi febris non adſit, ut Quarto de ſanitate tuenda, purgante medicamento. Propria autē capiti quæ in ore continentur, aut auribus infunduntur, aut per nares trahuntur. Quæ uerò in uentriculo educuntur per ἐμετικὰ ſi cruda ſint, aut leuia, aut fluctuantia, aut pylorus impeditus. Craſſa autem & in inteſtinis contenta, meſaræo, iecoris cauis, uel etiamſi multa in gibbis καθαρτικοῖς. Sin autem pauca in gibbis contineātur uenisúe magnis, tum aſciticis οὐρητικοῖς, nā unico motu indigent, & proprio & ob ſitum. Ea quæ in craſsis ſunt inteſtinis, per ἐγκλύσματα. Conſenſum quoq; animaduertere oportet, ut cum pedum plantas inungimus pro frigida uentriculi intemperie. Securius tamen intemperiē medicamentis mutamus, quia facilius, unguentis autē exquiſitius purgamus, quia tutius. In uniuerſum occaſionis meminiſſe conuenit.

Sunt & magis propria præcepta ut n ciſionis uenæ, quam Auicenna appel

lat in lepore naſi, in morbis capitis (4.p.
ca.20.& 1.4.trac.4.cap.10)Scire ẽm quę-
dam præcipua in talibus utile, ut in cau
ſis pulchrum. Velut quomodo uẽtriculi
cerebri tantam admittant cauitatẽ, præ-
ſertim nulla ſuccincti membrana cũ tã
molli corpore? curq́; in nuper occiſis a-
quea ſubſtantia ſubflaua maiore ex par-
te oppleti ſint? & natura torcular ſupra
cerebrũ in duriore membrana finxerit, i-
mò quatuor ſed in uno perſpicuè quaſi
in lacum flumina arteria ac uenæ ſangui
nem effundere perſpiciuntur? utile autẽ
cur pulmo uenę ſectione non iuuet. Sed
& illa ſcire, ut ſi contingat percuſſũ eſſe
hominem aut decidiſſe intelligamus quę
modis ſine uulnere etiã ac cõtuſiõe poſ-
ſit mori: & quã diligẽter cauendũ ne ca-
put concutiatᵉ Ventriculi igitur ex Ga
leni ſententia(1.ad Glauc.ca.14.in initio)
p̃ter cętera diligẽs cura habẽda eſt in om
nibus morbis, primũ ꝙ cordi per arteriã
ramos q ipſum ingrediunť truncũq; &
ramos alios quib. ſup inſiſtit copulatur,
cerebro etiã per neruos ſexti paris q̃ om
niũ maximi ſunt: Secundũ ꝙ omnib.oc
curit

currit medicamentis ſolus, nec illa quicquã ꝑficiunt niſi ab ipſo conficiãtur. Vnde accidit quibuſdã iã proſtratis uiribus medicamẽta nihil mouere. Tertiũ quod ſoli ipſi octo ſunt facultates etiã ex Galeni ſententia, quatuor illę toti corpori cõmunes, è quib. etiã concoctrix uelut & ipſe uẽtriculus toti corpori famulat̃, nam & uẽtriculus eidẽ ſubminiſtrat alimẽtũ: tres alię eiuſdẽ generis ſũt cũ cõmunib. ſed nõ eiſdẽ ꝑficiuntur inſtrumentis. Cõtractis em̃ uillis lõgitudinis attrahit, obliquis ietinet, latitudinis expellit. Octaua eſt ei ſoli omnio peculiaris uis appetẽdi. Quartũ ꝙ ſolus ipſe interiore tunica ex cibo in dies aſſumpto nutrit̃, ut Galenus ait (3. de Naturalib. fac. ca. 13.) His igit̃ octo rationib. uentriculus ab aliјs mẽbris differt: Exercitio ergo aut frictiõe matutina cõfirmandus erit, tũ meridiana quiete, ſomnoq́ꝫ nocturno. Cibus ſolidior poſt famem, parcuſq́ꝫ potus exhibẽdus. Pinguior habitus, aut mollis pluma fouent coctionem: adeò uerò fouere præcordia utile eſt, ut multi hoc ſolo ꝑſidio ac quiete poſt cibum freti, quamuis mala uict9 ratiõe uterentur, nõ ęgrotarint.

Nec fieri poteſt ut etſi humores corruptos in partibus illis congeſſerint, tales in febres incidant, inquit Galenus primo de Febrium differentijs (cap. 3. & 8. Artis cur. cap. 5.) Quæcunque etiam exterius malagmatis loco apponuntur, odorata & feruentiſsima eſſe debent, ſi quidem à tepidis, ut idem ait, exoluitur. palam etiam quod & aſtringentia & intemperiei cõtraria. Cibi uerò, caro ſuilla, uentriculi & iecora gallorum iuuenum, petroſi piſces, ouillus caſeus. Detergunt illum ſuauiſsimę uuæ paſſæ arillis carentes, in melle conditæ: corroborat diacitoniten cum pipere. Ineſt autem uentriculo & utero quippiã ut animalia quædam ſeorſum uideantur, adeò grata proſequuntur, aduerſa refugiunt, ob quæ gratior cibus licet deterior facilius ac melius concoquitur parum meliore, nã hunc exagitat, illum amplectendo conſtringit. Cæterorum quoque mẽbrorum ratio habenda eſt, uelut in uulneribus capitis non ſolum ſiccantibus ut in reliquis, ſed peculiari cauſa calefacientibus etiam opus eſt, quod ſit membrum

rarum,

rarum, exangue, principale, ſpiritu ple-
num, quod omnibus ſenſibus ſuffraga-
tur. Vnde qui oui albumen, acetum ole-
umq́ꝫ roſaceum imponunt, uehementer
ægros lædunt, multo magis qui os ferro
terebrant, tactu enim os refrigeratur, i-
gneſcit attritu, cerebrum concuſſum of-
fenditur, membranam quoqꝫ detegunt,
uincula uellicant & frangunt, nonnun-
quam etiam ſaturas lacerant. Præſtat igi
tur gũmi Elemi eos curare. Eſt enim cali
dum, ſiccum, odoratum, ſaniemq́ꝫ è pro
fundo trahit. Calido etiam loco ægrum
ſeruare, nec grauibus molib. integere (ſi-
quidem omnium morborum cura præ-
cipuè quos uiolentia peperit) per ea fit
quæ ſanis conſueta, ſimilia ac naturæ cõ
gruentia, conuenit. Commune eti-
am tamen his tum aliijs omnibus quo-
rum conſtrinctio id admittit præparata
materia ualidiſsimis ſtatim medicamen-
tis corpus purgare: nam uentriculus prę
terquã quod prauitate alium offenditur
repleri malis humoribus uelut etiam ex
moleſta inedia ſolet. Purgandi pridie
ieiunent, humectẽt uerò corpus, eadem

die potu mulſæ ut Celſus docet. (Paulus li. 7. c. 4. & Celſus li. 2. ca. 11.) Curare aũt nõ licet recte morbum, ut inquit Auicenna, niſi cognoueris eum: cũ uerò non cognoſcis, à uino & multum nutrientibus, crudis, ſiccis, difficilis coctiõis, laboreq; abſtine, aluum mollem habeto, ſomnoſque indulgeat. Sed in acceſsione nequaquam, nec cibũ ſumat, ſed profus quietus ſit. Scire autem conuenit de morbo an ſit ſimplex, compoſitus, coniunctus? De cauſa an alia ab eo ſit? Et ſi alia, an ſimilis an contraria? an eodem loco genita an aliunde tranſmiſſa? nam ſimplex ſimplici curatione indiget, compoſitus compoſita, coniunctus multiplici. Si ſine cauſa alia eſt, ſoli morbo adhibenda ſunt remedia. Vbi plura ſint? & primum & maximè his in quibus de uita periclitamur eſt inſiſtendum. In reliquis à cauſa quæ curationem impedit eſt inchoandum. Morbi autem cauſæ principaliter occurrendum, poſt morbo ſæuiori & ſymptomatibus quę morbum excitare poſſent. Membra etiam

quibus

tiam quibus motus euacuari poſsint, & quibus non,& unde illis prodeſſe, ſcire oportet, nam caput κατωτερικοῖς non purgatur ſed quæ ad illud ferùntur, auertuntur, ipſum uerò ἀποφλεγματισμοῖς & ἐρρίνοις purgatur tum fontibus:at uerò ſuffita & in aures indita, & emplaſtra magis utilia ſunt. Sed neque κατωτερικοῖς pulmones, uerum his quæ expectorant, nec uterus, ſed quæ menſes & ſemen ducunt, nec ueſica expurgantur. Quæ etiam influunt deriuare ex primo ut per urinam quæ ad aluum, aut ſi cedat retrahere, aliter ſinere, ne fruſtra conuellamus partem. Si uerò exeat quæ noxius eſt commodè ſed non quantum oportet adiuuare, ſi incommodè, auertere, ſi alius, peccantem educere. Si autem decubuerit, declinare, uelut quæ in iecur per urinas. Intro ut ex cerebro in lienem, ex eo in coxendicem eiuſdem lateris. Simili affectu ſimile curare: ut dolore podagræ excitato renum dolorem ſoluere, inquit Hippocrates. (6. Epide. par. 2. Tex. 7. 8. 9. Et.

2, Epi-

2. Epidem. ſec. 3.) Porrò curatio perfecta, tuta, celer & ſine dolore eſſe debet. Vt tuta ſit neceſſe eſt quod ęgrũ, ſanes nec facile morbus reuertatur, aut ſaltem ægrum non lædas, inquit Galenus. (14. Artis cur. cap. 13.) nam quę cum diuturno magno dolore eſt, ſi non omnino necessaria ſit, infamis eſt & odioſa, neceſſaria autem etiam ſi ſit ad paucos ſpectat tum uerò omnia extenuanda. Modi autem maximos cuurandi morbos, generaq; præſtantiſsimorũ auxiliorum ſunt decem & nouem. Primus eſt per cibos potuſúe medicatos: cuiuſmodi in Indica lue lignum ſanctum, uuæ paſſæ, teſtudinum Africanorum caro, quæ etiam omnio cachohymiæ auxiliatur. Sed recentibus & externis & infra caput ſcobs ligni ex aqua ad dimidium: uictus tenuis & ſiccans, inueteratis intimis & in capite, puluis corticis ex uino flauo & aromatibus, thure præſertim, reliqua ut opus natura uitiant ita uini ſaporem corrumpunt. Amara enim acribus & ſalſis miteſcunt, aqua ad ſemiſſem uinum ad boſſem excoquitur. Vino pro ſerapio

pio addũtur agaricus, colutea, cyclamẽ, elleborus niger, collocynthus, uel ſerapia ex polypodio uel fumaria uel ſucci recentes. Omnium enim magnorũ morborũ cura per medicatos cibos fieri debet, nam natura neceſsitate coacta aſſumit medicamenti uim, ut equi fame domiti ſulphur hordeo miſtum, ita medicamentorum tædium fugienter commodum ſentiunt. Secundum eſt aſsidua euacuatio quacũq; uia fiat, ea eñ morbi uehementes & circulares, ut aſcites, ſolũ curantur, cumq; rarius quam pro morbi magnitudine euacuare cogimur, morbus eſt inſanabilis. Eſt huius genus etiam euacuatio familiaris licet lenis per ſudorem, urinam, uomitum, hęmorroidas nam hæ ex caua iecoris uena craſsiore in quibuſdam propagantur, exercitatione, balneis, medicamentis. Tertium alexipharmaca, ut theriaca ſeu mithridatum, Lẽnia terra, Armenum Lutum, Pazar, Smaragdus, oricis cornu, margaritę, atq; hæc duo innocẽtiſsima, uelut quod cõſtat ficu, nuce, ruta ſale, reliqua frequẽti uſu uitam breuiant. Theriaca dignoſci-

ſcitur quod medicamenti purgantis o-
pus ſiſtit. Gallo etiã qui opium biberit,
aut à uipera demorſus ſit auxiliatur. Por
rò in omnibus hauſtis uenenis iuuat ſta-
tim lixiuiũ, lac oleumuè copioſum hau-
rire ſæpius ac euomere. Rabidis autem
peculiariter Alyſſum, cynorhodi radix,
ignis, cancri, qui etiã tabidis et carcino-
matibus proſunt. Quartum Anti-
dota magna ex uenenis. Quintum
deſtillatæ aquę & olea quæ etiam me-
talla diſſoluunt, Sextum thermarum
potus. Septimum balnea humida, ſic-
ca, fotus, arena, inſolatio. Octauum
arterijs illita ſeu aduerſus uenena, ut ole
um noſtrum è uenenis & alexi pharma-
cis: uel quę purgant ſcabiem, lepram, lu-
em Indicã ex hydrarayrio uel ſtibio, aut
ſulphure, Ad os enim materiã retrudũt
quãquã & per aluum & urinas & ſudo-
res inſenſilemq́; reſpirationẽ etiam eua-
cuatio fiat. Eadem quoq; in ijſdem
ſuffita maiore periculo efficacius pro-
deſſe ſolent, & expertus ſum etiã caſto-
reum cum melanthio, thure & aceto idẽ
poſſe. Suffita etiã aromata uel male olen
tia

tia multũ poſſunt præſertim in affectib. uteri. Decimũ emplaſtra ad mutãdã intẽperie ex anachardis, ſtercore colũbino, ſolano, plantagine, aizoo, aut euellendũ infixa aut cõcoquendũ uel ſedandũ dolores. Vidi ſedatũ cõtumacẽ capitis dolorẽ ex cerato uẽtriculo impoſito. Eſcarotica ut ranũculi maioris rotũda radix in ſciæ dolore, eiuſdẽ folia ſupra carpos in diuturnis febribus cãtharides Eius fermè generis ſunt fontes in cruribus iuxta humeros in occipite. Decimũ tertiũ ferrum. Inde ignis (nam ignis omnem etiam calidam & ſiccam finit intemperiem ſeruatq́; naturalem calorem modò membri ſubſtantiam non corrũpas) præciſis aut corruptis iam partibus. Et ſi in ulcere os putreſcat, igne potius quã ſcalpro tollatur, quod facilius & ſine labore excidat, licet ſerius: nec quicquã ex incorrupto. Tãgere autem quod corruptum eſt ubi ſanæ parti cõmittitur oportet. Et ſi ſponte aduenerit morbus è regione etiã iecoris inurere cõceſſum eſt. Ita comitiales alioqui deploratos præciſis & exuſtis quę ſunt poſt aures arterijs curabi-

rabimus,ut Auicenna docet.(1.3.Trac.
cap.11.)ſecare autem magna membra pe
riculoſum,& medicamenta quæ exurũt
in materia cruda applicare. Mutatio
quoq; regionum, cũ quod uictus etiam
ratio uariari ſolet:Et in huiuſmodi gene
re eſt Maris nauigatio nõ ſolum ob mu
tationem,ſed turbationem, nec ſolũ aũt
qualitate contrarius ſed ſubſtãtia eſt eli
gendus. Tenuis enim ab ortu & occaſu
ſolis cito mutatur,& hic plerunq; ſubli
mis ſiccus & perflatus corpora bene co
lorata reddit & mobilia uelut & inge
nia,idem de aquis Venereorum quo
quе & maximè circa pubertatem tum a
liarum fluxionum & actionum. Et ſi
militer qualitatum animæ letita multos
mœrore oppreſſos, ſanauit, ut Demetri
regis filium amoræ nouercæ Stratoni
ces laborantem, Eraſiſtrati conſilio. Ira
quoq;,ut ait Hippocrates, calorem natu
ralem excitat.In hoc genere ſunt pręcan
tationes.Sed quæ miracula uidentur ſu
pra artem ſunt.Puella illa quæ adeò gra
uiter ægrotabat epota ſmaragdo & ori
cis cornu ſcobe,dum poſt quaſdam pre
ces

ces exuruntur plumei globi ac nodi in grabatulo inuenti repẽte à tot malis plenè liberata eſt, non ſine omnium qui uiderunt admiratione. Decimooctauo loco Amuleta qualia ſunt quę ſuſpẽdun tur in quibuſdam cauſis maxima cum utilitate. Vltimum ex aſtris petitur, uelut in quartana ſanguinem ex uena ſiniſtræ manus hora coitus lunę mittimus, ſinimuſq; fluere, donec ſponte deſinat (hoc enim generale præceptum eſt in omnibus anguſtis uenis profuitq; id multis ad ſanitatem, tertio,) Anatomicarum aggreſsionum inquit Galenus (cap. 5.) ut liberentur, idq; uidimus. Vnde & alijs in morbis aſtrorum obſeruatione curare licebit, ut per ſimilia ac diſsimilia in his quæ proprietate agunt ſeu ſuſpendantur, ſeu per os exhibeantur. *Michael ſanonarola.*

Horum pauca quædam exempla ſubijciam. Quidam podagram ſic curabat: leuiter cibatos ne deficerent, in balneum ducebat exerto capite. Fotus erat ſerũ exactiſsimè expurgatum in quo abrotanum, abſinthium, diamemęlon, pulegium, roſæ, roſmarinus, fœni ſemen, ruta,

H ſam-

ſampſuſcus, fenugrecum, incocta erant.
Sudabāt ad lipothomiā uſq;. Cucurbitu-
las in cubitis iuxta carpos & talis prope
locum affectum affigebat, ſanguinemq;
quoadusq; poterat educens, inde Diachi-
len cum reſinæ modico ſuperponebat,
articulos autem affectos oleo cum ſale
perunxit. Alleo decocto perpetuò ante
cibum utunt. Galenus tutius cenſet ui-
tandam cruditatē, ebrietatem & otium
(6. Aphorum com. 28.) In membris
corruptis abſcindimus q̄d corruptū eſt,
etiam ſi oſſa ſint. Vlcera ſinuoſa quę non
expurgantur ſcindimus, tum ſuppurati-
ones, uel ſi pus in pectore contineat, q̄d
ſi album effluat cum ſpe ſalutis. Aſciti-
cos per initia cum medicamenta nō pro-
ſunt. Et coli dolore aut renum lapide de-
ploratos, modica cum ſpe. Semper enim
internæ ſectiones ualidas uires etiam ſi
habeant magno cū periculo fiunt. Ex
mirabilibus curationibus eſt, cum ſplen
durus non diuiſa cute diuiditur, ſecuri è
regione eius ſuper linteum poſita: inde
claua ferrea ſecuris ſex aut ſeptem ictib.
percutitur, ſanantur autem ex hoc aliqui.

Anti-

Antipathia uermes uermium aut uipera rum cineribus educuntur. Ad inqui etem puluis facilis & expertus: Smarag- dus, hyacinthus, margaritæ, coralius, lu tum rubrum orientale, in pollinem reda cta additur ſcobs eboris deraſa. Cum uerò in huiuſmodi morbis præſtet plus medicus quàm natura, in quibuſdam to tum ut in luxatione opus medici cũ na- tura ſatiſfacere non poteſt, initium ſume re debet. Curatio quoq; longorum morborum annua eſſe debet aut ſaltem ſemeſtris & ab initio, ut Alexãder docet (li. 11 in Antidoto Coralij & Heraclidis.) Quomodocunq; autem perſanati tales in annua cuſtodia uictus eſſe debent.

Si uerò morbi non curantur, alij in de- teriores tranſeunt ut tinnitus in ſurdita- tem cauſę & morbi ratione, horum enim altero uel utroq; inuicem morbi cõmu- tantur, uel confirmantur, ut claudicatio: uel interimnut ut febres, alijq; morbi ui- olenti: uel quorum natura certum ſibi cir cuitum definit. Violenti autem morbi uel in quibus particula aliqua uitę neceſ- ſaria uel neceſſariæ coniuncta non uul-

gari laborat affectu (quanquam mitioribus rariores ſint atq; in his ſpectata ſit egregij medici uirtus) ut ait Hippocrates (lib. de uet Med.) tametſi ſanabiles ſint, male curati interficiunt. Et quicunq; ferme peſtiferi grauioreſq; Epidemij aut Endemij, ubi quis ut dictũ eſt proprium ignorauerit auxiliũ. Quod ſi ex his abſque eo uirium auxilio euaſerit, aut ex leuioribus quibuſcunq; prius ob malam curam ad extremum deductus diſcrimẽ parum ſuperuiuet ſi ad conſueta munia redeat, aut miſerè ſi omnimodis cum rationibus. Ergo ut medico rectè prædicere inter reliqua glorioſum exiſtit, ita ergo utiliſsimum ſcitè curari contrà infœlicitatis eſt medici, egro uerò periculoſum ut parui morbi cauſa magna ſit.

Propriorum autem auxiliorum exempla ſint hæc. Capiti ambra, pæonia, uerbena: exterius ſerpillum, ſpondylium ex Galeni ſententia (11. Artis cur. cap. 18.) Quæ uerò proſunt capiti, etiam oculis, auribus, oderatui, dentibus, linguæ ac neruis proſunt. Ex ſuffitis ſuccinum qd roſmarinum redolet comitialem morbum

bum infantium ſoluit, & aërem peſtife-rum emendat. Oculis ſimates cum teſtis fronti admotæ emplaſtri loco: cohibẽt enim fluxiones. Vt etiam album oui, acetum, ſanguis draconis, fœnugræcumq́ propriè. Intus auium fella & piſcium rapacium, tartarum, oſsis ſæpiæ medulla, ſquamma æris in pollinem redacta, roſa fœniculus, eufragia, chelidonia, ruta. Auribus, oleum amygdalinum amarũ, quæ humectant atq; incidũt, adeps temali anguille, ſuccus cepæ rubeæ, electerium. quod etiam ἔρινον eſt. Dentibus tithymali radicis decoctũ ex aceto, cerui cornu nõdum pelle exutum ſiccatum, ſanguis draconis. Neruis hypericon fœniq́ue dum ſiccatur fotus. Linguę lactucæ ſuccus. Aphitis cinis radicum buglo ſi, mellis melq; ipſum, alumen, roſa. Aſperæ arteriæ glicirizę ſuccus, carpeſi-um, ſi id eſt noſtrum cubebe. Pulmonibus uulpis pulmo. Cordi crocus & moſchus. Iecori apium, eupatorium, praſsium, cichorea, lupi iecur, Cochleæ piſtacia, uuæ paſſæ. Ventriculo abſcinthium, omnia præterea odorata

quæ aſtringunt, cuiuſmodi xiloaloes, nux myriſtica cortexque eius, ſanthali, roſæ garyophylli, myrtus, tum ipſi, tum cæteris principalioribus membris conferunt, ideo & macedonicum abſinthium eligere oportet, idque etiam iecori confert. Spleni cappares & illius flatibus uiticis ſemen. Renibus lac ouillum. Vtero galanga, omniaque illius genera, lauri baccæ & indita daneda, parthenium quoque & arthemiſia ac origanum, ex compoſitis autem trifera magna. Viſceribus omnibus tamen febribus chamemalō exterius præcipue concoquit enim reſoluit nec attrahit ſed moderate aſtringit, cōcoquit egregiè oleum anethinum, ut Galenus teſtatur. (6. de ſimpl. Med. cap. proprio) Articulis balſaminę ſemen.

Seu quæ morbis peculiariter conueniunt: cerebri affectibus nō proſus calidis inula ſub cineribus cocta: eodemq́ modo tuſsis etiam inueteratę remedium eſt. Atiginæ hirundinis nidus & ſtercus canis oſsibus nutriti. Hęmoptoi & orthopnœę hippuris ſuccus. Philoeari ſtolo

chia longa. Vteri ſtrangulationi caſtoreum. Vulneribus internis ac ramicibus pilloſella maior. Ruptis gentiana, ſymphitum, erithrodanum, garyophylatæ radix, eupatorium, caules rubri, ſpica inda, mumia, uelut & ea ex quibus conſtat, nam ex optimo ſanguine humano recenti & ſanguine draconis fit ceratum illud quo ramices curantur. Veſicæ lapidi Iudaicus lapis fœmina (lib. de Renũ Affec. ca. 8) Vmbilicus ueneris qui in maceriis naſcitur radice oliuæ fructui ſimili, folio rotundo exili, ex acetario comeſtus, quæ etiam urinam cit admodũ, ideò aſciticis utilis. Vrinæ urigini halicacabum, papauer aut lapathi foliorum limuniorumq; ac reſinæ aqua deſtillata. Articulorũ phlegmoni exterius radicũ arundinis ſuccus. Auicẽna cõfirmat, ſedat eryſipelata, trahit ex profundo, dolores lenit. Coxendicum diuturno dolori lepidium ſeu piperitis, & aſſa cum odoratis. Seminis ac menſiũ ꝓfluuio ſuccus aizoi tenib. appoſitus trahit mẽſes, elleborus inditus & caſtoreum. Filicis autem radix & thlaſpi ſemẽ in potu. Menſes dum

educis caue ne deficiente ſanguine cit-
as, ob id phaſellorũ rubrorum ius & quę
cunq; lac generant irritantibus iuncta.
Zibethum inditum ſemen & auget uo-
luptatē in coitu. Hemorroidibus & flu-
xibus uerbaſci flores, his intus, illis ex-
tra. Radicis eiuſdem ſuccus Quarta-
nę ac peſti. Eidem chelidonię decoctum
ex aceto: Venenis centaurium mi-
nus & alexipharmaca. Quæ omnia fer-
mè concoquunt & digerunt & ſunt ma-
gni uſus ad mēbra principaliora. Ve-
lut ignobilioribus galiopſis radix utul-
ceribus prauis & pulmonis neruorum-
que affectibus ac ſtrumis, quibus & ai-
zoum acris ſaporis & ariſtolochia longa
non ſolum exterius ſed ex uino etiā ſum
pta. Sic althea omnibus auxiliatur, lima-
ces quoq; multiplicis ſunt uſus: menſes
enim ciunt, uentriculi dolores ſedant.
Quæ incidunt acria ut radicula, cæpæ,
gingiber, piper. Attenuant nec irri-
tant. Vinum flauum, auſterum, acetum,
piper, mel, nitrũ, crocus, thus. Si quis
obijciat quæ adeò ualida ſunt minus tu-
ta eſſe: meminerit ut Galenus ait (11. Ar-
tis

tis Cur.ca.11) Adeò difficile eſſe aliquod inuenire auxilium, quod citra ullam noxam magnificè proſit. Amuleta uerò ut in comitialibus per conſenſum corrigia ex corio frontis aſini, fronti patientis circondata uel pæoniæ radix, quæ etiam in podagra ualet à pleniluuio, & plantaginis radix ſeneſcente Luna in capitis doloribus, & hæmorroſagiæ iaſpis, ac uentriculo. Cui tum cordi corallius flãmeus cõfert & coli doloribus lupi inteſtinum uentri circũdatum. Surditati, urina felis iniecta calida.

Si uerò primis, ſecundis aut tertijs uiribus aut proprijs morbum ſine noxa ſanare uelis, ſimplicium compoſitione indiges: ſimilium in conuenientibus: contrariarum & æqualiter à temperato recedentium in alijs, ponderis habita ratione. Veluti ſi ſiccare opus eſt in tertio ordine nec calefacere, cum pipere ac pyretro iungam ſanguinem draconis, ſantha los, tamarindos: ſi in eius medio berberos, plantaginẽ, rhaphanum, ribẽ: nã hęc in ſecundo ordine frigida & ſicca ſunt. Menſura autem compoſitionis quatuor

regulis conſtat. Prima, Duc numerum ordinis ſingulorum medicamentorum in numerum quantitatis, ſimilia iunge, diſsimilia detrahe, quod fit diuide per aggregatum quantitatum exhibit numerus ordinis compoſiti. Sic miſcendo calidum in ſecundo ordine cum duplo pondere temperati conflabit calidum in beſſe. Secunda, ſi ex pluribus diuerſarum qualitatum & ordinum temperatum efficere uelis, duc quæ ſunt eiuſdem qualitatis in ſuas quantitates & iunge, quod fit diuide per numerum ordinis medicamenti contrarijs, exibit quantitas illius ſub qua ſi iungatur, fiet medicamentum temperatum. Tertia, cum uolueris ex temperato & alio cuiuſcunque ordinis medicamen conficere ordinis remiſsioris, detrahe numerum ordinis eius quod conficere uis ex numero ordinis eius quod habes, & cum reſiduo diuide numerum medicaminis quod conficere uis, quod exit eſt numerus quantitatis medicamenti non temperati in comparatione ad temperatum. Ex his potes propoſitis quibuſcunq;

buſcunque medicamenti conficere anti dotum ſub quocunque ordine remiſsi ore potentiſsimo ex illis. Quarta,in cõpoſitione quæ non fermenteſcit calida calidis iuncta ſemper opus augẽt,ut mel cum pipere Quæ autẽ ſub minore quantitate exhibentur non ſub remiſsiore ordine agunt, ſed uel facilius impediuntur,uel minorem corporis partem uel leuius immutant.

Quod ſi uelis materias morborũ ſubducere, ſi procul ſint aut multæ aut repente ſubducendæ, ualidiſsimis medicamentis utendum eſt:mitiſsimis ſi materia ſit obſequens,aut uires imbecilles, cum uerò procul materia eſt & uires languidæ parum ex medicamento ualidiſſimo exhibere oportet, quæ cum uentriculo & principalibus membris ſint inimica ſupradictis odoratis iungenda ſunt, opus enim eorum augent, & uim longius deducunt, uelut ad articulos & neruos. Aromata dicuntur Garyophylum, Caſsia, nux myriſtica, & eius cortex, crocus, Cardamomum, amomum, gingiber & piper. Sunt

enim

enim plantarum partes guſtu ſuaui, odore non ingrato, ut cibis maxime conueniant, uehementer calida & quæ diu ſeruantur. His proxima ſed in aliquo deficiunt, Agallochum, ambra, moſchus, zibetum, galanga, ſanthalum pallidum, aſſa dulcis ſeu belzoi, thus, ſtyrax, elemi gũmi, pyrethrum, roſmarinus, roſa, Balſamum cuius loco ſampſuco uel uiolæ albæ radice utimur. Vel ſi ſuccidanea generali ratione ſcire uelis proximum ex Dioſcoride medicamentum ſumito eo enim ordine ea ille digeſsit, ut quæ facultatibus idem pollerent, ſibi etiam inuicem cohererent. Inter hęc quædam tenuiſsima quæ tamen antecellit aqua ardẽs, ea enim in ore contenta multum detrahit pituitam. Succus etiam quem cortex aratij leniter cõpreſſus eiaculat. Ex temperatis acetum quod oſſa penetrat. Aſtringentium quæ tertium locum obtinent nobiliſsima margarita: Vltimũ quę humectant ut nympheæ candidus flos, & purpureæ uiolę, iulebũ. Medicamenta etiam tragacantho aqua diluto in paſtillos abſq; igne coguntur: Ignis enim aro-

aromata exurit. In bile ergo ſcamoniũ, rhabarbarum, abſcinthium, mirabolani citrei, omnia hæc præter ſcamoniũ uentriculo robur addunt, quibus ſi addatur aloës & fumaria erunt medicamẽta uentriculo amica quinq;. Sed ex his amiciores herbæ. Pituitam colocynthis, pytiuſa, cuicum, pulegium, cum aceto & ſale. Siccant eam mel, oleum, menta, pineæ, uinum flauum, thus etiam ſuffitum. Bilem nigram elleborus Epithymus, fumaria. Deprehenſos caſtoreum cum ſcammonio: Feces in humidis corporibus uerbena, aloës, terebynthi lacryma: in ſiccis oleum ſicus, uuæ paſſę uentriculo utiles, caſsia nigra orientalis, ea eſt rubro & tenui cortice ſucculenta ac dulcis admodum, Manna uireſcens ſplẽdens mollis, nam pura è fronde ac recẽs eſt. Aqua lactis, ius galli, caulium, betæ, oſtreorum & mala codermorum. Communia hæc quinq;. Præcipuè clyſteria, balani ex ſaccharo candido, alij ſale media forma fungoſæ medullæ ſambuci ex butiro & ſale Aquam ducunt electerium, tithymalus, braſsica marina, chamedrys, teſte Gale-

no;

no.(1. de Naturalibus facult. cap. 13.) Lactucæ agreſtis lac drachmę pondere. Humores craſſos & procul catapotia fetida uocata Pituitā & nigram bilem ſtæchas infuſa (quamuis à Græcis non prodatur) cōfirmat uiſcera omnia capitiq́ꝫ & neruis prodeſt. Nigram & flauam bilē humores crudos & craſſos colutea (ſi ea eſt ſena) & polypodium. Pus educunt quæcunq́ꝫ purgāt & abſceſſus frangūt & quę materia putrida cōſtant. Agaricus ergo, & ſtercus columbinū, ſulphuris oleū, bitumen, ſeſeli, tuſsilago, Diptamus Cretēſis, calbanū, ſaluia, thlaſpi. Sed Agarici drachmæ duæ mulſa macerate cum uncijs quatuor mulſæ dant. Sit albū recens, leue, friabile, dulceq́ꝫ, ſanguinē purgant mercurialis, quę & iecur ſine noxa, lupulus, malua, bugloſum, bibinella, ſaluia: albę uiolę folia, porri capitati ſuccus. Hęc omnia ciunt ſanguinem undequaq́ꝫ. Generale domeſticum, Mercurialis, pulegium, origanum, hypericū, fumaria, borago, uuę paſſæ in gallo, ſene cum aromatibus ius cū ſaccharo rubro ſumitur. Et ex compoſitis uncia una philonij perſici

ad

ad prauas febres. Petroſelinum autem uicem refert aromatis. In leuibus autem & innoxijs medicamentis pręſtat decoctum cum ſubſtantia cruda eorundẽ exhibere, omniũ pſtãtiſsima metallica, imbecilliſsima, flores, folia, animaliũ partes molles, quãquã ſanguis hyrci herbis muralibus & ſtercore columbino uinaciola que p ęſtatem nutriti, lapidẽ renũ potenter frãgat & oleum è florib. ſambuci duriores tamen partes ualidiores ſunt & ſemina, ſucci, radices. Eligere autem oportet ea in quibus præſtantiſsimè notæ ſui generis maximè ſapor & odor. Vt partes particulæq; earum & locus proprius & regio tum colligendi modum atq; uſum conſyderari oportet.

Morborum igitur dignotio & cura tot exemplis conſtat quot ſunt prima genera compoſitorum & coniunctorũ, nã ſimplices morbi rarò inueniũtur. Hęctica igitur pro intẽperie ignea ſimpliciore, quoniam cauſa eadẽ eſt cũ morbo. Vulnus in pulmone (nã difficillima proponã) diuiſionẽ unitatis cũ intẽperie cõtinet. Luxatio recens, malam cõpoſitionem

nem cum unitatis diuiſione: obſtructio ex mala materia prauam cõpoſitionem cum intemperie: oſsiũ uerò fractura omnia ſimul malorum genera amplectitur. Cauſę autem quæ à ſuo morbo differũt tres febris incenſæ, continuæ, intermittentis & putridæ, id eſt, peſtilentis. Nonum exemplũ eſt hemitritæi. Decimum cum duobus ſequentibus eſt coniuncto rum, abſceſſuum uiſcerũ, fluxus cum febre, morbiq; prægnantium atq; infantium. Vltimum ſymptomatum quorum principale eſt dolor, inde uigilia, abominatio cibi. Omnium horum neceſſaria eſt cognitio tum cura: ſed morbi populares quandoq; euariant à definita ſignorum propriorum ratione ob urgentem conſtitutionis uim, ut in angina illa in qua uertebræ colli intro luxabantur, & ob id manus reſoluebãtur (2. Epidem. 2.) Collumela quoq; liqueſcebat durabatq́ue hoc malũ ſine febre ad quadraginta dies & ſanabantur. Hoc anno innumeræ quartanæ quæ ex more inuadebant duobus diebus ſolum mane intermittere uidebantur, cætera continuis ſimiles.

Non

Nonnunquam etiã noui morbi ut mentagra olim (4. Art cur. ca 3.) Iudicatio autem curationis à præſentibus non à præteritis, niſi forſan ut per ea in pręſentium morborum & cauſarum cognitionem deueniamus. Infantium quoq; nec certa prædictio nec cura: & ab eorum exẽplis abſtinuit Hippocrates.

Hecticæ igitur ſanatio fieri debet per frigida & humida, & quoniam morbus hic præcipuè fundatur in aëre, corq; ipſum uentilatione aëris refrigeſcit, procurandum eſt ut aër talis ſit, inde cibus atq; potus, demum etiam externa, ut balnea & unguenta præcipuè è regione cordis, & ubi uenæ pulſantes maximè detegun tur, ut iuxta carpos & malleolos ſoporariaſq; uenas Expedit & ubi ſunt cartilagines & circa iuncturas. Maxima quoq; cura habenda eſt cibi ac potus balnearũque, ut plus humectent quam refrigerẽt. Calor enim hecticæ ſiccitate plus longe à naturali habitu recedit, quàm ipſa calíditate. Ob id igitur humidioribus indiget non adeò frigidis. Frigida etiam natiuum calorem extinguunt: ideoq; nec

periculo nec noxa uacant. Optimum ergo lac aſininum, quod caſei expers eſt & facile concoquitur: frigidum moderatè & humidiſsimum, quia tamen facile corrumpitur ſtatim ab ubere aſſumi debet. Humanum etiam aliquanto præſtantius eſt. Sanaretur facilius à quantitate multa ſed concoqui non poſſet. Exterius eodem modo ſuccus pampinum & capreolorum uitis & oleum uiolaceum, & ſi illi admiſceatur ſuccus plantaginis & lactucæ, balneoq́ frigidę breui poſt prolixiorem in tepida moram ut in libro de aqua diximus, ſic ut poteſtate frigidiora quàm ſenſu ſint optimum erit. Ita multis auxilijs melius nō tantum in hoc morbo ſed in omnibus alijs perficitur, quam unico duntaxat, nō ſolum quod plus poſsint, uerum quod liceat, unumquodque moderatius adhibendo etiam tutius admouere. Porrò cum hic nulla ſit cauſa à morbo ſeiuncta ut dixi, neceſſe tamen eſt adeſſe cōſeruantem: ea eſt motus ut in phiſicis edocuimus, nam motus calorem accendit, præcipuè igneum qualis eſt hecticę, & calor

motum cit, ita mutuo ſe fouent. Ergo & hunc motum uelut in flamma humidis ſopiemus, ut utriuſque cura una ſit. Quod ſi hecticæ iuncta ſit putrida, modo putridã per breue tempus interquieſcere facias eo interuallo frigidę balneo curabis hecticã, tamẽ cibis ad eam delectis, quales ſunt qui facile concoquuntur. Ob affinitatem & difficulter corrumpuntur, ut teſtudines. Vt uerò putridam arceas & inedia exacta & purgatione etiam ualida uteris, nil ueritus hecticæ incrementum: quandoquidem illam breui ſis iam ſanaturus: tam paucorum autem dierum detrimentum quod ex illius ſiccitate prouenit timere non oportet. Et cum putrida nõ curatur, hectica curari debet, quia naturalis calor putridas ſanat, & auxilia ferme communia ſunt. Et quamuis hi morbi periculoſiſsimi ſint Galeni tamen ſententiam de his tum ſimilibus ſequemur (10. Artis cur. ca. 10. & 11.) Quibus (inquit) nulla alia ſalutis ſpes eſt, et q̃ eſt ea dubia eſt, neceſſe eſt illos aduerſum pericula ire. Ideoq́; melius eſt aliq̃d agẽtẽ piclitari, quã omnino

" moribundum ægrum deſerere. Itaq; in
" huiuſmodi caſibus quantumuis leuis er
" ror cũ ſit exitialis cauere oportet ne uel
" minimum delinquamus. Solent autem
omnes tum hi præſertim morbi langu-
entes autumno opprimere eademq; ra-
tione & ueſpertina hora. Diei enim par-
tes anni partibus reſpõdẽt, ut inquit Hip
pocrates (2. Epidem: ſec. 1.) Porrò ueſper
tina hora ægri generaliter quatuor cau-
ſis magis uexantur: imbecillitate ob ſen-
ſuum laborẽ ac uigilias, febris incremẽ-
to ob contractum calorem atq; uapores
ad intima ex frigore ac tenebris aëris ui-
tio dum uapores à ſole eleuati decidunt:
& naturæ defectu, quòd Sol tunc maxi-
mè ab ortu motuque ad nos ſit alienus.
Hæc uerò in pituitoſis deteriora ac me-
lancholicis affectibus, ob id etiam ple-
rumque tunc exacerbantur, ut contraria
matutinis.

Secundum exemplum ſit uulneris ad
modum recentis in pulmonis uaſe ali-
quo q̃ ſanguis per os prodeat: in quo
ſtatim ne phlegmon excitetur occurren
dum. Si autem ex cauſa externa ſit, ut a-
liam

ſiam non habeat cauſam coniunctam. Galenus affirmat omnes qui ſic laborarunt ad eum primæ die uenientes ſanatos. (quinto Artis cur. cap. 13.) aliorum etiam plurimos qui tertia uel quarta die ſed ante phlegmonem. Videamus igitur quæ obſtent huic curationi: motus ſanè perpetuus & maximè, tuſsis ſi accedat, nam ea uulnus dilatat. Si igitur ſtatim aut paulo pòſt antequam ulcus nimis tuſsi dilatetur, aut phlegmone uiſcus occupetur, acceſſerimus, uenæ ſectione, uinculis, cucurbitulis in extremitatibus, ſanguinem tum auertemus tum minuemus. Siquidem ex iecoraria ſubducere expedit nec ſemel ſed quoties oportet, paucarum horarũ interuallo. Aſtringemus autem atq; ſedabimus motum ſimul, ſomnum prouocãdo diaſpermaton compoſitione, quam quia ſingularis eſt ad hoc malum ſubſcribimus. Ameos, aniſi, feniculi, ſingulorum drachmas quatuor: apij, alterci, opij, ſingulorũ drachmas duas, leuigentur & cũ aqua fiant paſtilli. Liquet autẽ quod omnium præterquam opij (quia ſuccus) ſemina

accipere oportet. Sedat hoc etiam dolorem. Id uerò mirum quomodo in pulmonibus accidat, cum membrum ipſum & maximè uaſa ſenſu omnino careant. Manifeſtum autem quod & à cibo prorſus abſtinendum eſt, aut ſi longius ſit ſpatium ptiſanam hordaceam ſolam haurire: aliquoqúe aſtringente fructu uti, qualis eſt cotoneum, pyrum ſilueſtre, ſed hi cocti, aut meſpillum, ſorbum uè aut corna. Quod ſi deſit diaſpermaton Galenus Theriaca, ego etiam philonio Perſico uſus ſum. Ita diei unius ſpatio ſanantur omnes ni quid obſtiterit. Vulnera enim intra diem eſcharam contrahunt, cui caro ſuccreſcit ſi uitio carent. At ſi ex diſtillatione orta fuerit ruptura (quamuis non hic locus ſit huic curæ,) ultra ea quæ duximus extrema etiam fricanda ſunt, & cum pyretro uel pipere: & capiti ſiccans medicamentum applicandum, quale quod ex ſinapi uel thapſia conſtat. Catapocia quoque ſtatim exhibenda, ex colocynthida, aloë, agarico, bdellio, gummi Arabico, ſcammonioqúe. Reliquę etiam materiæ

riæ in pulmonibus contentę cocto melle poſt uenam conſolidatam expurgandæ ſunt. Inde æger aſinino lacte uacuandus ac reſtaurandus eſt. Memento autem fractam arteriam & difficilius conſolidari, quod in pulmonibus ſolum contra morem prætenuis ſit, nec ex pulmone licebit ſanguinem educere per uenæ ſectionē quoniam non aliunde quam ex corde illū excipit. Quod ſi distuleris & dolere, & ſi dolor nullus adſit ex irritatione tuſsis, &, ut ſuperius diximus, natura ſuppetias ferre conante, phlegmon excitatur, unde mors ſubſequitur. Idem contingit ſi ex eroſione ſit ulcus, aut ſi ſanguis corruptus obducendæ cicatrici idoneus non fuerit: aut ulcus deductis labijs nimis amplum, his quatuor caſibus inſanabilis morbus efficitur, cum tamen prorſus inſanabilis non eſt, ſed defluxio ſæpius redit, ſanguinem mittes: adeò ut Lucas Cruceius Ioannem Petrū Mutienſem tricies quater ſecta uena ſanauerit. Tabidos aūt factos Hippocrates curabat lenticulæ decoctæ & ueratu potu: alias uerò ſectiōe & uſti-

oneut apud illum pro deplorato ni ſa-
nies praua ſit non habeatur.

Tertium exemplum luxationis eſt in
qua reſtaurato ſitu, ut in tortis apparet,
omnia ſtatim conquieſcunt. adeò ut ſim-
plici morbo non abſimilis uideat. (Veſ-
ſal. lib. 1. cap. 21.) Ex hoc genere prima cõ-
ſtituat luxatio ſummi humeri qui eſt car-
tilaginea ſcapulæ appendix qua iugulo
iungitur: De qua Hippocrates libro de
Articulis inquit (par. 1. Tex. 26.) Neceſſe
eſt ut locus in ſuperiore parte turgidior
fiat atq; ideò deformis, nullam tamen no-
xam omnio contrahat. Quæcunq; enim
(ait) oſſa alijs coniuncta luxantur nun-
quam eodem loco reponi poſſunt, quia
denuo iungi nequeunt, liquet igitur hũc
morbum in compoſitione inſanabilem
eſſe, & tamen tam leuẽ eſſe noxam, ut o-
peratio non lædatur, læditur tamen pro-
culdubio quia ad graues actiones infir-
mior redditur. Subijcit & eodem libro a-
liud exemplũ his uerbis (par. 4. Tex. 16.)
„ Quibuscunq; oſſa tibiæ luxata ſunt, uul-
„ nere facto, penitus è pedis articulis e-
„ minent, ſiue intro ſiue extra reponenda

non

non ſunt, nam ſi repoſita manſerint, ex "
conuulſione breui, & plerunq; ante ſe- "
ptimam diem moriuntur: & ſi neq; facta "
neque tentata repoſitio fuerit, pleriq; ex "
his euadunt, quanquam turpiter claudi. "
Galenus autem cauſam ibi impedimen-ti ſanationes docet, dicens: Neceſſe eſt in huiuſcemodi luxatione muſculũ ma-gnum decurtari ob alterius contractio-nem quæ ex uulnere neceſſario accidit, quoniam dum intumeſcit breuior fit, tra hit ergo alium muſculum non reluctan-tem, quia oſſe non diſtenditur. Vbi igi-tur os repoſueris, qui non diſtendeba-tur ab oſſe tenditur, unde dolores intole rabiles, conuulſioq; exoritur. In hoc igi-tur morbi genere curatio mortem affert, ſi non curetur, operatio quidem læditur ſed quæ ad uitam producendam impe-dimentum non affert. Verum ſolam de formitatem & incommodum actioni, luxatio uerò ſpinæ, ut ibidem rurſus te-ſtatur Hippocrates (par. 3. Tex. 19.) non ſolum inſanabilis eſt & impedimentum in operatione efficit, ſed etiam uitæ no-cet, non tamen adeò ut confeſtim occi-

» dat, inquit enim. Quibus ex caſu ſpi-
» na inflectitur pauci ſanantur ita ut di-
» rigatur. Paulò poſt cauſam ſubijcit
» dicens: (Tex 45. 46. 47.) Si uertebra lu-
» xata fuerit ſeu intus, ſeu extra, ſeu ad
» latera paruo longitudinis ſpatio, cum
» in ea dorſi medulla contineat̃, neceſſe eſt
» hominem uehementer lædi, & ut ſtupor
» partium inferiorum ſequatur, ſi autem
» longo ſpatio paululum à ſitu declinaue-
» rit, læditur quidem homo, nihilominus
» non moritur, ſed uix curari poterit. Sed
» caue ne ſpinarum quæ ex proceſsibus
» oriuntur colliſionem, pro uertebrarum
» luxatione accipias. Nã uertebrę articu-
» lis inuicem iunguntur, ipſis autem uer-
» tebris proceſſus laterales iuncti ſunt ſu-
» pra & infra tendentes, in quorum apice
» quædam ſunt appendices ſpinarum ſi-
» militudine quæ confractæ cum ipſis e-
» tiam proceſsibus imaginem luxatio-
» nis uertebrarum præbent. Poſt hæc de-
clarat (. tex. 51.) quod ſi gibbus fiat uer-
tebris intus luxatis hoc etiam deterius
eſt: Et ſi luxatio magna ſit omnino in-
ſanabilis, & breui perimit: cauſam do-

cens

cens quod urina & aluus his ſupprima-
tur, nullaqúe induſtria uertebræ ſuo
loco reſtitui queant: nam cucurbitulæ
non ſufficiunt ad trahendum, nullaqúe
machina adhiberi poteſt pectore obſtan
te. Tria igitur in hoc exemplo obſeruare
debes: primũ quod ſpinę luxationes lon
gæ plerunque minus malæ ſunt breuibus:
Secundũ quod morbi huius generis nõ
imbecillitate uiriũ ſed naturæ repugnan
tia ſunt inſanabiles. Vnde conſtat inſa-
nabilium morborum triplex genus eſſe,
uel ob uiriũ imbecillitatem, uel ob natu
ræ repugnantiam, uel utrunque. Tertium
quod inſanabilium morborum quadru-
plex eſt ordo: quidam enim ſunt in qui-
bus ſola deformitas nobis grauis eſt,
quidam in quibus lædetur operatio,
ſed uitæ non nocent, quidam in quibus
operatio uitæ neceſſaria læditur, diu ta-
men cum hoc ſupereſſe poſſunt ægri. Vl
timum genus quod peſsimum eſt, breui
neceſſario perimit, hæcq; omnia in eo-
dem morbi genere perſpicua exẽpla ex
Hippocrate tradidimus (59. & 56.) In quo
etiam illud continetur ex ſexta Apho-
riſmo-

riſmorum. Quibuſcunq; à coxendicum dolore moleſtatis excidit coxa & rurſus incidit, his mucores ſuperueniunt: unde crus tabeſcit & claudicant ſi nō urantur. Eiuſcemodi igitur luxationes diuturnas igne curari conſulit Hippocrates, ut inquit Galenus. Ex hoc genere etiam inſanabilium morborum eſt lapis in ueſica fellis & carnea abſtructio ibi uel alio nobiliore loco. Sed ſanabilium ſi ſit in ueſicæ collo, nam linteis imbutis erodente medicamēto tenuiſsimo curatur. lapis autem ueſicę ſi durus, uel magnus, uel annexus, uel homo admodum imbecillis aut corpus cacochymum, non ſanatur, neq; enim cacochymiam propter dolores & uigilias antea tollere licebit, ſed plerunq; magno artifice indigemus. Si uerò obtortum fuerit inteſtinum, ſtatim maximam olei quãtitatem immitere uel ebibere oportet. Vt uel pondere ipſo & maximè ſi poſt inambulet erumpat. Vermes etiam amaris fugantur aut occiduntur. Coralina etiam præparata ex lacte optima. Ramex autem fit fracto aut laxato omento in ſcrotum: & ſupra ad umbi-

umbilicum & inguen: Reſident cubando: & rupta magis dolent. Et cura ab initio eſt ignis uel cauſticū medicamētum.

Quartum exemplum in fracturis ex Hippocrate aſſumatur (par. 3. à tex 28. ad 42.) inquit enim in libro de fracturis. " Iam uerò quibus oſſa fracta & extra eminentia in ſuam ſedem reſtitui nequeunt, " inſtrumentis è chalybe reponere oportet, qualia ſunt uectes atq; id prima die " uel ſecunda, poſt autem non niſi poſt ſeptimam, ſi neq; febris neq; inflammatio " acceſſerit: medijs enim diebus ſi reponere tentes conuulſionem excitabis, magiſq; facta repoſitione quam ſi reponi " non potuerit. Quamobrem ſi reponenti " conuulſio adueniat, os denuò extra ſedem, ſi id comodè fieri queat, educere cō " ueniet. Quibuſdam uerò oſſa ex uulneribus antiquis deciderunt, quibuſdam autem non, ſed ſolum deſquammata ſunt. " Et quibus receſſerunt, quibuſdam breui, " quibuſdam ſerò, alijs enim in quadraginta alijs multò etiā ante, alijs autē in ſexaginta diebus. Generaliter etiā oſſa parua " & rara celeriter decidunt. Et quibus ſup " pura-

„ purationes bene fiunt ac inde celeres car„ nium reparationes: nam carnis incremē„ tum non leuiter ad hoc auxiliatur. Con„ trarijs autem cauſis tardè quædā etiam „ recidere conuenit, aut quia aliter reponi „ non poſſunt, uel quia carnem pungēdo „ lædunt, uel quia iam nudata ſunt carne, „ quæ enim ſic ſe habent neceſſario exci„ dūt. Sed ubi totus oſsis circulus obſceſ„ ſerit, membrum ipſum proculdubio bre„ uius euadet. Inde poſt pauca ſubijcit (tex „ 50.) Oſsium uerò receſſus ſi honeſtè id „ facere liceat fugere oportet: cum ſi repo„ nas pericula multa immineant, homi„ nemque, propius deducas ad mortem „ quàm ad ſalutem, ſi non reponas, artis „ imperitus exiſtimaris. Ex his patet quænam ſit cauſa mortis in curatione ſcilicet quod ipſa actio grauis ſit: & aliquos eſſe morbos adeò acerbos ut per quācunque exquiſitiſsimam curam lædantur ægri, ac etiam pereant. Atque in his duo hæc ſunt maxima mala, ſcilicet ut perdolorem abſceſſus aut conuulſio irritetur. Illud etiam memoriæ commendandum quod dixit: (6. Aphoriſ. 45). Vlcera quæcunque

cunque annua ſunt aut etiam diuturni-ora os abſcedere eſt neceſſarium & cicatrices cauas fieri. In uulneribus uerò recentibus uehementibus ſi tumor magnus non appareat (inqui) tmalum (2. Epidem. ſec. 3.) Si uerò appareat non ualde conuelluntur nec inſaniunt: laxi autem boni: acuti non ita. Si repente abſcedant ad poſteriora (ſcilicet delata materia) cõuulſiones cum doloribus, ad anteriores inſania, lateris dolores, diſynteriæ rubrę.

Quintum exemplum erit in mala intemperie quę ex obſtructione oriatur, atque hęc ut ſupra dixi in iecore puta calido & ſicco & cõſimilis: aut pituita lẽta & craſſa cõtraria ꝗ. In prima igit̃ cõſtitutione his q̃ incidũt ea q̃ refrigerãt & humectãt admiſcebimus: in ſecũda his q̃ exſiccãt & calefaciuut, nec quæ attenuãt omittemus: indeꝗ aperiũt & educũt iũgemus. Metiri aũt oportet noxã ꝗ irritamẽtorũ mora infert, & utilitatẽ quę ſequit̃, atꝗ id etiam uiciſsim conſyderare debemus. In cibis etiã quanto minus dabis, modo uires ferant, tanto melius erit. Sed etſi materia calida fuerit, ſectio

uenæ multum prodeſt. Si autem frigida tamē etiam intemperies magno cum periculo & ſemper cum iactura fiet. Sed ſi calida intemperies materia uerò lēta pugnantibus indicationibus ſanguinis copiam in ægrotante conſydera. Frigidam uerò intemperiem ex calida materia ortam uere inuenire non licet, cum illa tamen ſæpe, ſed tunc duo morbi coniuncti ſunt. In uniuerſum autem tales fermè omnes ſanantur, niſi antequam obſtructio ſoluatur materia accendatur. Ob id inedia optima eſt, recteq́ facere uidētur qui ut ſtatim noxam ſenſerint ſolo pane cocto contenti ſunt, nec mirum ſi tales uel minima medicorum opera ad ultimam ſenectutem perueniunt, hæc enim eſt cauſa. Ordo autem intentionum curandi eſt: aluum mouere, uenam ſecare, materiā præparare, purgare, membrum confirmare quodcunq́ oportet.

Pro quatuor autem exemplis proximè ſequentibus ſciendum eſt, quod febris eſt calor ſiccus ex corde lædens conctionem, & plerunq́ alia opera naturæ. Tres ſunt eius primæ diuiſiones: penes eſſen-

eſſentiã, ordinem & ſubiectum. Subiecti ratione triplex, in ſpiritibus ephememera, in humoribus, & in membris hæctica. Ordine triplex prima, media & coniuncta ut hæmitriteus. Eſſentia triplex, feruens, incenſa & putrida. Feruens alia in ſpiritibus alia in membris, cõſtituitq́; primam hęcticę ſpeciem: ex humoribus autẽ in ſolo fit ſanguine, quoniam in reliquis non eſt tantus calor ut feruere poſſint niſi accendantur. Manifeſtum eſt igitur hoc totum genus eſſe admodum facilis curationis. Eſt enim ut puer ad uirum comparatus. Incenſa fit in humoribus uel membris: tũcq́; ardet humidum oleo ſimile fitq́; hæctica ſecunda, nã tertia fit iam ardentibus ſolidis. Putrida uerò ſimiliter fit in ſpiritibus, humoribus, membris. Ita cenſet Galenus (3. de præſagio ex pulſibus ca. 4.) Sed ego de membris dubito. Velut enim in phlegmone antequam cor eo poſsit affici homo moritur: ita de peſtilenti hæctica. Sed non eſt contradicendum magno uiro niſi cũ error iacturam ſcientiæ aut operationi affert, hic autem non. Hæc eadem Gale-

nus docuit ſed obſcurè: ut cauſam & di-
ſtinctionem inuenire non adeò facilè eſ-
ſet. Vt uerò genera dignoſcantur & ſpe-
cierum ſigna auxilio ſunt. Signa autem
alia per ſe certiora, alia nobis. Febres præ-
terea quæ in humoribus accenduntur
quandoque cõpoſitę ſunt, uelut duplex
tertiana, plerunque ſimplices. Simplicium
tot genera quot humores. Ex his ſunt
continentes, quod perpetuò eandem ſer-
uent rationẽ æqualitatis aut incrementi
uel diminutiõis uel ſimpliciter cõtinuę,
quarũ quędam exacerbãtur ſingulis die-
bus quędã alternis, quędã τεταρταῖοι. A-
liæ lentæ: cæterę omnes continuæ, acutę
nominantur. Nã intermittentiũ nulla a-
cuta aut lethalis eſſe poteſt. Si autem cõ-
tingat aliquem ſic mori uel alius ei affec-
tus iunctus eſt, uel tu deciperis, cum cõ-
tinuam pro intermittente tractas, uel æ-
ger errorẽ admiſit: uel conſtitutio eſt peſ-
tilens, ut uni acceſſioni putredo ſuper-
uenerit. Galenus autem continuarũ ge-
nus præterquã cõtinentiũ & hemitriteo-
rum adeo leuiter attigit ut uix agnouiſſe
uiſus ſit: nam libros de differentijs feb-
rium

rium & de pulſibus ac utramq; methodum ſi quis euoluat, pauca de cæteris febribus inueniet. Vberior enim tractatio eſt dum in Epidemijs Hippocratem exponere cogitur. Et ſcias quod omnes febres duram faciunt aluum per ſe, & multò magis ſi materia calida & ſicca ſit, quoniam exuruntur feces: & ſi frigida, functio à materia & qualitate ſimul impeditur ac læditur. Ergo ſi mollis ſit, malum.

Quæ feruore conſtãt quod febres ſint hoc ſolo ſigno deprehẽdi poſſunt, quod cauſa careant quæ modo tantum calorem excitare potuerit, ac pulſum magnum, uelocem & frequentem efficere, quales ſunt cibus, uinum, balneum, exercitium, uenus, ira. Hæc enim non ſolum febri ſimile quippiam facere poteſt, ſed uigilias & febrem ipſam, tum abſceſſus in corpore prauis ſuccis abundante. In bene etiam temperato bilem flauam ut triſtitia, atram, timor, melancholiam. Timor quoque & ſubito & multo poſt longè plures maxime ſi diuturnus ſit occidere ſolet. In infanti-

bus autem ſtatim comitialem morbum excidat atque admodum pernitioſum. Triſtitia tabefaciendo ſæpe interficit, generat & flauam bilem ac febres. Febrium ergo feruentium genus à calore aliunde excitato differt, quod cauſam habet longius diſtãtem, & manet pulſus uehementia: cum in alijs ubi cauſa ceſſauerit uel momento poſt incipiat remitti: ab alijs autem febrium generibus ſuauitate caloris, celeritatis, diſtentionis maiore quàm contractionis incremento, & urinis quę ſanis ſimiles prorſus uidentur, aut paulo plus coloratæ. Verum ephemera ijſdem ſignis ab incenſis diſtinguitur, peculiariter autem quod cauſam præcedentẽ habent, licet non annexam. Coniunctum quoque in corpore ſæpius dolorem, bubonem, cruditatem, obſtructionem, uigilias, ex externis iram, triſtitiam, timorẽ & gaudium ingens, uecundiam, purgationem. Caret ſiti, amaritate oris, dolore capitis (ſi non ex inſolatione ſit) & laſſitudinem, quæ ſunt incenſis ac putridis ſigna peculiaria. Poſitus etiã ęger in balneo non horret. Septimum ſignum eſt

quod

quod ſoluitur cum modico madore. Cũ ergo, ut Galenus ait(1, ad Glauc. cap. 2.) hæc ſigna tanquam chorum concinnum (quod in omnibus morbis eſt obſeruandum) effecerint apertè pronuntiare potes eſſe ephemeram & exquiſitam. Ideo ne ueſtigium ullum ſorditiei relinquit. Contingit etiam nõnunquam in ea modicus horror aut frigus cum ex cruditate fuerit: quemadmodum & ante ſanguineam ſimplicem, nam cruditas & horroris & febris cauſa eſt. Sanguinea uerò ad tertiam diem plerunq; durat (cum ephemera die una ob ſubſtantię ſpiritũ tenuitatem ſoluatur) finiturq; ſudore copioſo aut fluxu ſanguinis narium. Sed antea ab ephemera differt caloris & nutationis pulſus maiore à naturali receſſu, & inquies & capitis grauitas. Sed ſi non ſoluantur intra conſtitutum terminum, in incenſam tranſeunt aut hæcticã. Hæcticarum proprium eſt ut calor ab initio ſuauis, proceſſu autẽ tangendi mordax efficiatur, contrario more feruentiũ, at in inceſſis æqualis modus manet & mordax ſemper. Verum & hæctica pri-

ma manet, ephemera, ut dixi, unica die finitur & ad ſummum cum ex obſtructione fuerit intra tertiũ diẽ Et ſi in bubonibus ſpeciẽ cõtinuè effecerit, intermittit tamen aliquando, aut ſaltem non irritatur à cibo, ut hæctica. Et cauſam tunc habet conſpicuã. Hectica uerò cum confirmatur facit pulſum durum. Et omnis pulſus durus neceſſario eſt paruus & debilis, & in febre etiam creber iuſtò plus.

Incendentes cum cœperint urinas efficiunt crudas & celeritatẽ, contractionis, ut dixi, diſtentionis celeritate maiorem, & quietem quæ diſtentionem ſequitur, quam ſuperiorem uocamus breuiorem, ideo ea ex parte ſemꝑ crebriorẽ, & in ciborum coctione manifeſtum uitium. Et quandoq; apparent, inquit Raſis (30. cõtrac. 3. cap. 1.) Vrinę craſſæ & rubrę etiam cum dolore capitis, & tamẽ nõ adeſt, febris, ſed ſignant abundantiam humorũ corruptorũ circa iecur & obſtructiones multas, cum periculo ſucceſſuræ febris. Continuæ aũt diſtinguũtur ab intermittentibus ſeptem præcipuè ſignis, quorũ quatuor à Galeno primo ad Glauconẽ

ponum

ponunt.(ca. 8 ) Qđ nec cum rigore aut horrore aut frigore inuadũt:q̊niã tamen antea dixerat(ca.5.)etiã cõtinuas cũ rigore leui incipere, ſcire oportet continuas admittere frigus ac rigorẽ aut horrorem quatuor in caſibus:primo cũ ſoluunt iuxta illud:febre ardẽte habito rigore ſuperueniente fit ſolutio, & hoc eſt bonũ. Nõnunq̃ in initio mortiferarũ febriũ cõtingit magnus rigor, ut primo Epidemiorum(par.2.com.75.) quoniã iecur cõcutitur & conatur expellere magno nixu, & tamen non poteſt, igitur ſuperatur illius expultrix à morbo & eius cauſa. Atq́ue hęc de initijs. In quibus uerò horror ſæpius repetit materiæ pars expellitur, pars in uenis remanet, aliter continua non eſſet, quoniam ob id continua eſt febris quia in uenis materia ſeruatur, ideoq́ue perpetuò accenditur,taleſq; febres ex genere coniunctarũ ſunt: ut hemitritæi ueri & ſpurij.In quibus ſemel horror ſingulo die,aut alternis dieb. horror & rigor reliq̃s horror tantũ.Nã cũ cõtinua rigor ſolus alternis dieb9 uix cõtingit:ſingulis aũt diebus ſi adueniat duplicẽ ter-

tianam extenſam efficit. At ſi horror ille ſit, hemitritæus Agathini eſt à duplici tertiana multum differens, quamuis Galenus aliter ſentiat (2. de Differentijs Feb. cap. 8.) Differt enim à continua ſimplici ob acceſsionem, à duplici tertiana extenſa, quod rigore careat & uerè continua ſit, neque enim unquam ſoluitur ſudore nec remittitur quartum quę deſinunt: & modo citius aut tardius, quod duplicibus tertianis extenſis contingit, à quotidiana uerò intermittente, quoniam cum horrore inuadit non frigore tãtum nec intermittit: nec tantum in ea uentriculus afficit. Quarto rigor inuadit mortem prædicens iuxta illud Hippocratis: (6. Aphoris. 46.) Si rigor incidat febre nõ deficiente, ægro iam debili, lethale eſt, nam ſi ſequatur euacuatio, ab utroque motu uires proſternuntur: ſi non cum materia & calor igneus ad cor contrahantur, uitalis extinguitur. Eſt etiam ſignum nõ bonum cum ob defectum caloris naturalis hoc ſolum contingere poſsit. Videmus enim graciles ex quacunque cauſa horrere. Secundum ſignum eſt cum acceſsio

ceſsio ſuperat uiginti quatuor horas. Sed hoc communiter uerum eſt: neceſſa rio tamen ut decernat quadragintaocto requiruntur, aut ſaltem triginta ſex, dice cebat Galenus ſexto Epidemiorũ (par. 2.com. 24.) cum acceſsio tertianæ ſupera uerit uiginti quatuor horas extenſa dicitur, cum autem triginta ſex in numero continuarum habenda eſt, hæ enim ex permiſtione multæ pituitę accidũt, at quartana niſi quadraginta octo horas exceſſerit non poteſt pro continua haberi. Tertium ſignum eſt, cum quæ ad in cenſas febres pertinent in pulſibus dicta maiora fuerint. Quartum cum inęquale fuerit incrementum ac quaſi reſiliens, nã intermittentes ad ſtatũ properant: Quintum quod ſitim, amaritatem oris, capitis dolorem & laſsitudinem maximè in cruribus ac ſub renibus patiuntur, & continua hæc: tumet enim in his uena magna ſub ſpina ob feruorem ſanguinis & comprimit. Eſt etiam genus laſsitudinis ob pituitam à cerebro deſcendentem, quod ab ephemera ſoluitur: de quo hic nõ eſt ſermo cum ſit innoxium: ſed de tenden-

te ulceroſa & ut uocant apoſtemoſā, hęc præcipuè continuas comitatur: & acceſſit. Quod diximus etiam de urina adeſt. Sextum ſignum eſt exacerbatio quę omnibus continuis non continentib. neceſſario aduenit, ut Galenus docet (2 de differentijs feb. ca. 2. Vltimũ locum arteria calidior, quanquam in hecticis manifeſtius.

Acutarũ genera quinque: ſimplex quando intra quatuordecim dies terminãtur, q̃ aũt intra ſeptem acutę ualde, quę uero intra quatuor acutiſsimæ: ſpurię q̃ intra uiginti & acutę conuerſæ quę intra quadraginta. Cõmunia omnib. ſymptomata grauia & morbi breuitas. Et quãuis acuta ad quadrageſimũ diẽ extendat̃ non tamen ultra quatuordecim dies perpetuum aſcenſum effatu dignũ natura humana fert. Sic ut ſemper ad ualidiorẽ acceſſionẽ cõparatio fiat. Quę uerò ita augentur eamque magno interuallo ut quartum diẽ excedere non poſsint acutiſsimę dicunt̃. Fiunt omnes acutę febres ex materia calida aut uehementer ſicca in uenis, ob id nulla intermittẽs. Et ſi in magnis ardens dicit̃, quanquam & quę prope uẽtriculum

lum

lũ & cor materiã habẽt acrẽ & feruidam aut ſalſam, ardẽtes etiã nominantur: licet non ꝓpriè, maximè q̃ à ſalſa pituita. Cõmune ſignũ lingua nigra, primo de locis affectis (ca. 5.) & arida, ſexto Epidemiorũ particula quĩnta (com. 14 & 16.) ſed adijcit poſſe mutari linguę colores uel ex humore per uenas, aut ex uẽtriculo aſcendente, aut propter uapores præſertim ex pulmonib. Fiũt & nigrę in quartanis & ex uteri affectib. citrà magnam etiã noxam, ſed aridæ non ſunt. Arida lingua uehementer ſicca dicitur. Qua deterior eſt quæ etiam ſciſſa fuerit, lentæ autem febres ex materia frigida fiunt: etſi in uenis ſit paruis, occultæ ſunt præcipuè in ſenibus, quibus ſunt familiares. Mites autem cum uires morbum longo interuallo ſuperauerint: ſæuæ exiguo, lethales & longæ ob uirium robur, uel intermiſſiones. Tertianam continuam Hippocrates primo Epidemiorum. (par. 2. tex. 25.) appellat uiolentiſsimam, laborioſiſſimam, longiſsimam, ſcilicet in robuſtis uiribus ob remiſsionem aliquã. Cũ uerò & continẽtes ſeuæ ſint & q̃ in ſingulos

dies

dies exacerbantur magis quàm quæ alternis (quippe remiſsio dierum eſt & horarum) mitiſsima erit quæ alternis diebus remittitur, & alterius diei exacerbationem breuiore duodecim horis habẽt, nam quæ quarta die ſolum exacerbatur & plus habeat interualli, periculoſior tamen eſt, ob humoris naturam. Et quæ in diebus paribus exacerbantur magis lethales, quoniam motus is non eſt à facultate, & iudicium differtur, ideò quanto breuiores tanto pernicioſiores. Febres quoq; nocturnæ ſi ſeuæ ſint diurnis ſunt periculoſiores. Et cum ſomnum nocturnæ impediant uel uigilijs hominem cõficiunt atq; inedia, uel uitam ueſpertilionis agere cogunt. Mites autem diurnis ſunt breuiores.

Longitudo autẽ febris ob craſſam lentamúe materiam, aut affectum membri difficilem aut uictus errorem ſub quo medici peccata & anni conſtitutio & regio & curæ continẽtur (3. prognoſ. com. 23.) Et materiam omnium febrium declarant morbi, circuitus acceſsionũ aut exacerbationum & ſymptomata. Cum uerò

rò ſanguis corrõpitur tenuior pars tranſit in bilem flauam, craſsior in atram, dicebat Galenus ſecundo de differentijs febrium (cap.10.) Amphimerina continua fit ob pituitam contentam in uenis paruis, ut quartana continua ex melancholia. Quamuis hæc, ut inquit Auicenna, raro accidat, quoniam quo plus intermittere incẽdium apti ſunt humores, eo minus continuam febrem efficere, propterea quotidiana ſermè ſemper continua eſt. Vbi ergo febris diuturna laborioſa & uiolenta ſit, neceſſe eſt bilem craſſam accendi, non pituitam. Fit autem bilis craſſa ex ſanguine crudo aut melancholiæ aut craſſæ pituitæ immiſto. Cum uerò tantum affuerit materiæ coniunctę ac præparatæ tum obnoxiæ ut morbus ſuperari nequeat exuſtis humoribus fit atra bilis exuſta terribilis ille humor atque exitialis. Vnde ſpiritus extinguuntur. Ob idqúe iuxta mortem mærores inde terrores, non poteſt autem materia præparata neq; in cõtinuis, nec alijs perdurare plus centum diebus & ob id omnis febris quæ ex humoribus pendet ſi letha-

lethalis ſit intra centum & uiginti dies finitur, quantumuis lenta. Idem ſi ſanabilis ſit & rectè regatur. Nam ſicut terminus acutarum quæ continuæ augentur eſt quartus decimus dies, & quomodocunque augeantur uehementer: & ſi non continuæ quadrageſimus, ita ſimpliciter unius materiæ quæ accenditur aut ſuppurat centeſimus uigeſimus. Cū uerò ſemper ubi tota perfectè accenſa fuerit, quod contingit in die iudicij ſequenti decretoria fit criſis. Si centeſima accendatur centeſima uigeſima iudicatur. Ideò ut hūc terminum definiret duo exempla tertio Epidemiorum poſuit Hippocrates (par. 3. tex 27. & 80.) tanquam extremę prolixitatis. Cum autem materia accendatur ex calore febris & & ſemine corruptionis, ut uidemus cum incenſa ex ephemera oritur, ſequitur ut ſemper minus ſpatium ſit inter diem iudicij & iudicium, quā inter initium morbi & inditium, ergo quanto prolixior eſt morbus, tanto maior proportio tēporis ab initio morbi ad inditium ad tēpus ab initio ad iudiciū ut in peracutis ſit æqualitatis

litatis, ut à quarta ad ſeptimam. In lõgiſſimis autem quintupla ut à centeſima ad centeſimã uigeſimam. Hoc autem contingit quoniam quanto magis differtur inditiũ eo melius materia p̄paratur, ideoq́ue facilius abſoluit̃ coctio. Inde ſeparat̃ & expellitur. Sunt eñ preparationis materię quæ cõmunis eſt etiã nõ febricitãtib. quatuor partes, attẽnuare craſſa, lẽta diuidere, obſtructiões aperire, aluum mouere. Qđ optim è fit clyſterib. pingui bus, conueniũt hæc in febribus ante coctionem ac in alijs morbis, reliqua tria pulchrè præſtat ſerapium ex aceto & radicibus petroſilij & fæniculi. Concoctio autem fit ſomno, quiete, uino, balneo, ſtrato molli, tenebris, unctione, frictione propriè pedum, integumentis, inedia. Hæc enim licet non per ſe uehementer, tamen coctionem iuuat. Dies ergo decretorij ſunt ſeptimus, & ante illum impares omnes, inde quartus: decimus inde nonus atq; undecimus poſt uigeſimus & decim9 ſeptimus, poſt uigeſimũ uſq; ad quadrageſimũ eodẽ ordine ꝓrſus, niſi ꝙ imparibus anteprincipales.

nnlla

nulla eſt uis:principales uoco qui ſepte-
nario diſtant à quadrãgeſimo ad centeſi
mum uigeſimum per uiginti proceda-
tur.Indices,ſemper aut decretorij proxi-
mè præcedentes aut medij inter decre-
torium proximè præcedentem, ut unde
cimus quartidecimi. Decretorij igitur
præcipui ſunt decem.
Interualla uerò ex quibus recidiui mor
bi cum ipſis unum cõſtituunt morbum
niſi reuerſiones ex errore ſint, unde
nec cum interuallis licet centeſimam
uigeſimam diem excedere: at cum reci
diui fiant ex interuallo,neceſſe eſt inter-
uallorum cauſam aſſignare in ſanabili-
bus autem facilius eſt,cum enim mate-
ria præparata à coniũcta et à corde lon
gius diſteterit,et præcipuè ſi frigida fue
rit coniuncta calida deſinet ardere con-
iuncta antequam pręparata accẽdatur.
In lethalibus maior eſt difficultas, quo
modo poſſit uinci materia,et tamen in
Pario illo qui centeſima uigeſima die o-
bijt ſæpius febris reliquit eum, ſæpius
redijt,dicit Galenus quod hoc cõtingit
ut in abſceſsibus quicum ad corruptio-
nem

nẽ tendunt pereunte ui membri ceſſat dolor & febris. Sed in his nõ redit poſt modum nec dolor nec febris, in interual lis redit, nec in interuallis extinguitur uis membrorum:nec eſt par ratio materiæ quæ continetur in uenis, quæ ſemper eſt aliena à membris, & abſceſſus in quo etiam partes membri corrumpantur:abſceſſuum & ratio eſt generalis frequenterq; accidit, interuallorum exemplum in lethalibus admodum rarum. Dico ergo quod fit ad unguem, ut in interuallis ſanabilium morborum cum materia præparata eſt craſsior ac multa & praua coniuncta pauca, coniuncta reſoluitur antequam illa accendatur. Et ſicut ſanus paulo ante quã incidat in lethalem morbum, bene ualet, ita & ęger interualli tempore: uterq; tamen eſt addictus neceſsitati mortis, ſed in ſano non eſt neceſſe ut appareant aliqua ſigna mala, quia forſan materia illa nondum eſt præparata, nec concepit ſemina corruptionis:in eo autem qui eſt in interuallo iam concepit, aliter ut dixi ſuperius non eſſet tota una materia, nec poſſent apparere

ſigna totius materię, & lethalia ab initio morbi, licet autem interualla hæc & recidiui morbi caſu fieri uideantur, & ab anima mundi contingant, ſi tamen nihil ſit quod impediat utrũq; ſolet fieri in diebus decretorijs, ſicut obſeruauit Hippocrates. (li. 1 par. 2. tex. 83. & 85.) in Epidemijs. Et raro recidiui morbi differunt ultra primam diem decretoriam ſequentem. Velut ſi interuallũ incipiat in quartadecima, redibit febris in decimaſeptima, ad ſummũ in uigeſima. Et ſi in undecima febris ceſset, decima quarta redit, quibuſdam tamen quinta die iudicatis rediȷt morbus nono: alijs & undecimo uel duodecimo, at poſt quadrageſimã rarò interuallum ad ſecundam diem decretoriam extenditur. Sunt etiam interuallorum duo genera, unum quod, ut dixi, poſt iudicium imperfectum accidit, q̃d ſecurius eſt: aliud quod ſine illo. Vnde de primo genere inquit Hippocrates (2. Epidem. ſec. 3.) Quæ relinquuntur poſt iudicationem reuerſiones facere conſueuerunt lienis tumores ſi nõ in articulos finiũt, ſanguinis è naribus eruptio fit, aut

præcor-

p̄cordiũ dextri diſtẽtio, ſi nõ penetraue-
rint urinę, unde in febrib. recidiuæ. His
eñ manentib. neceſſe eſt eas ſequi. Erũt
ergo cauſæ redit9 morbi quinq;, Pars ma
teriæ p̄paratæ, materia cõiũcta decũbẽs
in mẽbro, materia cõiuncta iam euicta,
intemperies uel imbecillitas membrorũ,
uel obſtructio & mala uictus ratio. So-
la prima facit reditum neceſſario, duæ ul
timæ niſi cum errore: ſed poſterior om-
nio fortuita cauſa eſt. Secunda & tertia
reditum faciunt niſi prohibeantur pur-
gando medicamento,, & locum ubi ma
teria decubuerit fouendo. Cæterum o-
mnis reuerſio, paribus reliquis, deterior
eſt anteriore morbo: & quę iam debilita
tis ſtatim ſuperuenit peſſima eſt, inquit
Auicenna. (2.4.trac.1.cap. 95.) Et in mor-
bo laterali plane ſoluto lethalis eſt. Ex
ſignis autem principalibus inſtantis re-
uerſionis eſt quod uinum non ſapiat,
quod ſi etiam amarum uideatur, certius
eſt. Nã hoc modo etiã amaritatẽ oris de
qua ſupra diximus intelligi uolumus.
(10.3.trac.1. cap.2.) imò hæc deterior eſt
quam ſi quis per ſe amarorẽ ſentiat, uinũ

tamen & cibi ſapiant. Eſt & uigilia & ſi-
tis & laſsitudo.

Febres autẽ trifariã ſoluũtur ſpõte &
repente, uocaturq́ crisis: ſenſim & medi
camento. Exigit criſis ſtimulũ materiæ
& locũ, ideò in omnib. continuis ſinõ im
pediant natura uel materia, ſectione ue-
nę, uel purgatiõe aut mala uict9 ratione
fit criſis, & in die decretoria, niſi materia
admodũ praua ſit. Et quãdoq; fiũt plures
criſes in eodẽ morbo, ut in cherione ter-
tio Epidemiorũ in ſeptima, decima ſepti
ma, & uigeſima (par. 2. tex. 79. & par. 3.
tex. 30.) Et nõnunquã cõtingit ut fiant ſi
mul uelut uomitu & ſudore, primo Epi-
demiorũ. (ſec. 7.) Et criſes quãdoq; ſunt p
fectæ cum tota materia educitur: quan-
doq; imperfectæ uel quia ſolũ pars ma-
teriæ educitur, uel cum materia, ſolum
trãſmutatur: & quandoq; trãſmutatio fit
ſenſim, uelut cum in ſexto Epidemiorũ
in febribus quæ laſsitudinẽ pariunt tuſ-
ſes ſiccæ decumbunt in articulos. Acutę
autem & in calidis regionibus continuę
febres, omnes ferme criſi terminantur ſi
non opera medici impediantur. Vnũ e-
nim

nim proprium omnibus febribus quæ in humoribus fiunt criſis: alterum incenſarum coctio. Indicio eſt quod Hippocrates criſis nunquam meminit niſi in febricitantibus. Signa uerò criſis ſunt, materiæ natura, locus & quod medicus nihil egerit circa ipſum: & indicia tum ex motu materiæ, tum uexatione, tum initio trãſmutationis ſeu præſenti, ut in delirio, ſeu præterito ut ſangnis è naribus in quarta, criſim ſimilem oſtendit futurã in ſeptima. Inditia autem exacerbationũ ſuperuenientium parua cõtractio in pulſu, incrementum paulo pòſt & ratio circuitus. Quæ autem continuæ ante trigeſimum annum criſi non finiuntnr, abſceſſu terminantur: intermittẽdum autẽ & poſt quadrageſimum annum præcipuè autumno quartana: coctio autem quæ in excretionem terminatur urinarum frequenter, alui rarò, communis eſt utriq; generi tertio prognoſticorum. (tex & com. 23. 27. & 28.)

Ex his magnę quęſtionis ac admirãdę ſolutio apparet: ſcilicet cur Hippocrates in primo & tertio Epidemiorum, qui ſo-

li et maximè legitimi eius habentur. nun quam in quadraginta duobus quos cō numerat ægris ſectionis uenæ niſi in Anaxione, nullius uerò de purgatione meminerit. Nam intentum illius fuit in illis duobus libris oſtendere quod dixerat in tertio prognoſticorũ. (tex. 1.) ſcilicet q̄d febres lethales iiſdem circuitibus terminantur quibus ſanabiles. Palam eſt ergo ex nuper dictis quod in his nihil oportebat operari. Accepit ergo ægros alienos in quibus præter rationē uictus nihil adhibebatẽ quę cũ p̄termiſſa eſſent ſtatim admonebat: ut de his q in aſſumptiōe ciborũ deliquerũt. Omiſit & frictiones tanq̄ quæ poſſent ordinē dierũ criticorũ inter uertere. Solũ meminit balani, nō ut auxilij, ſed ut intelligeremus an ſpōte aluus demitteret an eſſet aſtricta? Si ergo hi duo libri primi cenſeri debent, & ad ſolam contēplationē conſcripti. Nã quod de Anaxione meminit ſectionis uenæ, fecit ut doceret quod perperam medici ſui temporis exiſtimabãt, nihil prodeſſe uenę ſectionē in morbis: uel, ut Galenus ait tertio Epidemiorum (par. 3. tex 79.) ut eos coargueret q non ultra quartũ diem

em ſanguinem mittebant. Cum ergo indies dolor augeretur, conſtat illũ ſi ſanguis non fuiſſet miſcus moriturũ, & multo ante trigeſimum quartũ diẽ in quo ſanatus eſt, fuiſſe. Voluit ergo nos docere ꝙ in febribus manet idẽ terminus ſanabiliũ & lethaliũ. In abſceſsibus non ſolũ terminus ſed exitus qualitas auxilijs cedit, manẽte tamẽ ratione dierũ iudicatoriorũ. Velut in quartodecimo ſine ſectione uenæ periturus in trigeſimũ quartum translatus per ordinem tali iudicio correſpondentium ſeruatus eſt. Nã quæ Galenus dicit de uſu pſidioriũ ab Hippocrate, ſed ommiſſã eã narrationẽ ab illo ceu nota: falſum eſt omnio: Siq̃dẽ adijcere illũ decuiſſet qd ex unoquoq; boni uel mali fuiſſet ſubſecutũ, aliter alleuiationes illæ & rurſus incrementa qua ipſe in dierum uim & præcedentia ſigna refert ad auxilia rectè aut perperam adhibita reduci poterant. Hi ergo libri planè ad θεωρητικὴν, pertinent, cũ in alijs horũ auxiliorum haud obliuiſcatur. Ait in ſexto (par. 7.) Anginoſi quibus rigor febrilis ſuperuenit celerrimè moriebãtur, nec quicquã

memorabile his proderat. nõ uentris turbatio, non uenæ ſectio: quibuſdam etiam ſub lingua uenas ſecui, & ſurſum purgaui. Simile eſt illud, quomodo potuerit pulſum ignorare, cum in collo per ſe pateat? & ſi non ignorauit quomodo potuit illum prætermittere? nam agnouiſſe pulſum patet cum mentionem faciat uenarum quæ in temporibus pulſant, in initio libri de locis in homine. (ſec. 3) & in fine libri de alimẽto & in ſecundo Epidemiorum, & ubi agit de furore? omiſit tamen illius tractationẽ tanquam non exactè cognitam, cum aliam haberet exquiſitè cognitam cui etiam cæteris paribus magis fidebat. At dices quomodo ſine pulſu potuit pronuntiare de febricitantibus? maximè quòd à febre eſſent libri? Vt de Hermocrate tertio Epidemiorum (par. 1. tex 8.) cognouit igitur febrẽ Hippocrates ex caloris qualitate, reſpirationiſq; exactiſsima notitia atq; longe maiore quàm ea quam Galenus tradidit, qui illuſtrandæ pulſuum ſcientiæ intentus maximam partẽ alterius nobilioris cognitionis prætermiſit.

Inter-

Intermittentes uerò ex eiſdē omnibus fiunt humoribus preterquam ſanguine, ad genera tamen tria reducūtur iuxta circuituum numerum: oportet autem cauſam omnium eſſe ſimilem & pro natura humoris diuerſam. Fiunt enim in acceſſionibus, Rigor, horror & frigus. Rigor differt à tremore quod quieſcentibus etiam rigor adueniat totumq́ concutiat corpus: tremor autem eſt unius membri ut habetur in libro de tremore & palpitatione (cap. 6.) Fit autem rigor in febribus, ut ibi docet (cap. 5.) tum ſecundo de ſymptomatum cauſis, dum calor truditur uerſus cor inde confertim exit, ac denuo retropellitur, atq; ſic concutit corpus, huiuſmodi autem nihil habet commune cum horrore: alio modo cum materia acuta ſuper muſculos ex uenis ſpargitur: unde punctis illis concutiuntur, & ſimul artus, ex eoq́ oritur tremor, tū frigus ob dolorem. Rigor enim ex utriſque conſtat. Ex bile igitur cum ſit acutiſsima, fit rigor, ex pituita, quoniā adeo acuta & tenuis nō eſt, horror. Frigus autem in quartana, quod naturalis calor e-

 um

eum humorem magis reformidet Sed ſi ex uenis in acceſsionibus materia eijcitur ac ſuper muſculos ſpargatur, cur magis fellis ueſica afficitur in tertiana, & in uomitibus nihil ſanguineum apparet? ſed uomitus aquæ pallidæ aut uiridi ſimilis. Sin autem ex proprijs uaſis defertur humor quomodo in tertiana tantum biles euomi poteſt, ut capacitatem ueſicæ fellis quadruplo ſuperet? Et quonam pacto ex ea ueſica ſuper muſculos omnes bilis deferri poteſt? nec uidetur uomitus ei ſimilis quod in illa continetur. Ergo ut omnibus ſatiſfaciamus, cum tertiana, exempli cauſa, inchoat fellis ueſica plenior iuſtò eſt, & acriore humore quam eſſe debet, uenæ quoque tum eo humore, tamen maxime ſeroſo redundãt. Vbi uerò in fellis ueſica corrumpi cæperit, iecoris uis protrudit quicquid in illo eſt, atque ſimul omne uenoſum genus: nã ubi omnia mouentur quę ſunt unius generis ab uno principio illa moueri neceſſe eſt: uis autẽ expultrix in iecore admodũ ualida, extruditur ergo ex uenis mordax humor cũ aquea parte undique & maximè

ximè in uentriculum & reliquas cauitates, ut nõ ſit ſanguinis ullum ueſtigium. Sed ex fellis ueſica in illius imũ nõ in cauitatem, quia meatus ille non penetrat interiorem tunicam: ideo excitatur uomitus, ſeroſaq́ꝫ excernuntur bili miſta. Quocirca humor ille in proprijs uaſis certo circuitu coaceruatur & redundat in uenis, tuncq́ꝫ rigorem generat. Quod uerò non ex frigore ſed mordacibus uaporibus rigor contingat experimento colligitur, quoniam & à frigidæ balneo quidam horrent aut rigent, quidam nõ. Inditio etiam eſt ex uenis ſolum humorem extrudi in acceſsionib. q̃d in ardentibus febribus ſoluatur rigore febris, ex uenis protruſo extra humore, ſed non id protruditur quod febrẽ facit: neqꝫ enim concalefacto corpore ſudor tantus proueniret: ſed ex paruis uenis is contingit: nec febris fieret ex materia extra uenas contenta, ut nec in uentriculi cauitate: quare & quibuſdam intermittens in continuam tranſit. Interim calor naturalis ad cor contrahitur. Vnde in initio acceſsionum ſitiunt, & eo magis cum

cum uapor etiam bilioſus ſimul cum naturali calore ad cor defertur. Fit ergo tum æſtus magnus atq; reciprocatio, eo q́ue etiam calor magis augetur. Porrò calor naturalis ad principium ſuum fertur, ob id quod cor cum primum per arterias fœdum uaporẽ traxerit, ea enim uia minus impedita & atractio uehementior illico ſiniſtra parte qua arteria magna oritur conſtringit ſe: unde contractio celerior & pulſus humilior ſentitur altera parte ſcilicet dextra. Dilatat ſe & ſanguinem affatim ad ſe trahit quod etiam in alijs membris uidemus cum ex dolore intumeſcunt. Adeoq; ea pars diſtenditur altera præmitur ut quaſi abſceſſum, ſi diutius protrahatur acceſsio, contrahat, atque ita interit. Iecur uerò ſenſum qualẽ plantæ habet, ſed exquiſitum, quod ſit principium.

Cur uerò ſingulæ febres ſuas habeant periodos, cauſa eſt, quod cum ſanguis calidus ſit & humidus promptam habeat utranq; qualitatem ad corruptionem: ideo ſtatim ubi ſemina corruptionis contraxerit ſanguis ex febre quæ iam accen

ſa eſt accenditur, fit ergo febris cõtinua: at pituita, quoniam frigida eſt, diem unã expoſcit antequam accendatur: ideò illius acceſsio quotidie fit. Quoniam uerò materia craſſa eſt, durat illa decem octo horis, reliquis ſex, ut Galenus inquit, magna ueſtigia adhuc febris retinet. Horrorem parit quoniam mediocriter attenuatur. Sedem habet in uenis quæ ſunt inter iecur & uentriculum, ideò nauſeam & faſtidium cibi parit, & ſi malè cedat terminatur in cachexiam. Mihi uerò anno M. D. LV. dum ea laborarem, adeò ſtomachus affligebatur ut exiſtimarem me uenenum aſſumpſiſſe. Et ſi per intengram diem perſeueraſſet id ſymptoma non uidebar poſſe ſuſtinere. Contingit ergo id ex obſtructione circa illud: nam materia non continebatur in concauo cum nauſea non adeſſet, nec febrem feciſſet, appetebam etiam cibum, quia nerui ſexti paris non erant læſi, quod materia eſſet in imo magis & intima, & uis cerebri à quo illi oriuntur ualida. Initium uniuerſale eſt decemocto dierum, terminus à quadrageſima ad ſextageſimam diem (1.4.

trac.

trac.2:cap.46. & 48.) maior illius portio eſt incrementum. Proprium eius eſt inæqualitas, nam ſæpe augetur ac minuitur (atq; adeo ut medici in ea non ſatis experti mundum hominem eſſe exiſtiment) antequam ad uigorem perueniat. Diu frigent pedes, & hora inuadit communiter ueſpertina. Ob has cauſas, licet rariſsimè, ex humore uitreo uel ualde crudo fiunt quintanæ, has enim ſolũ Galenus). 1. Epidem. par. 3. Com.2.) ſe uidiſſe teſtatur: quanquam Hippocrates ponat ſeptimanas & nonanas. Tertiana quia fit ex bile quæ eſt calida & ſicca expoſcit duos dies ut corrumpatur, ideo acceſsio in tertium diem differtur. Et ob tenuitatem durat duodecim tantum horis, ſecundo de criſi. (cap.3.) ſeptemque diebus id eſt, periodis terminatur, rigorem parit ob tenuitatem & acredinem. Proprium eius eſt æſtus & ſitis ingens & amaror propter naturam humoris & propinquitatem iecoris ad fel & magnã concuſsionem. Salſum enim & amaror, ut quarto de ſimplicibus medicamentis. (cap. 21.) habetur, in terrea ſub-

ſubſtantia ambo conſiſtunt: ſed ſalſum in tenuiore calidiore ac ſicciore magiſque elaborata. Ob id ſitis hæc non ex ſalſilagine ſed reſolutione fit, quæ deterior eſt, quamuis facilius extinguatur. Sedem habent in fellis ueſica. Quæ aut ſpuria eſt, ut ſæpe dixi, longiores habet acceſsiones, & quandoque uiſa eſt, ut Galenus ait de adoleſcente, primo ad Glauconem. (cap. 8.) duraſſe ab autumno uſque ad uer. Quartana cum ex melancholia frigida eſt ſicca fiat, tres dies ut ardeat poſcit, quod difficillimè ſuccendatur. (1.4. trac. 2, cap. 61. & 62.) & acceſsio eius eſt horarum uiginti quatuor ob craſsitiem. Et durat per annum, id eſt, centum uiginti acceſsionibus, qui ut dixi maximus eſt febrium quæ in humoribus accenduntur terminus. Dies enim intermittentium acceſsionibus numerari præter Galeni authoritatẽ docet id quod ſecus agenti tertiana tredecim diebus finiretur. Frigus in acceſsione illi proprium eſt, quoniam ob craſsitiem humor non mordet: immiſcent ta men, quanquã quidã rigores breues ob bilem

bilem flauam quæ nondum exquiſitè exuſta eſt. Fit frigus cõtracto calore ad cor ob uapores noxios. Simili cauſa qui conualeſcunt, á cibo refrigerantur, contracto enim calore ad uentriculum deſtituuntur extrema, cumq́ id fiat in quartana abſq́ morſu, fit etiam abſq́ impetu, ideo tale frigus diuturnum eſt. Sunt autem frigoris tum in his tum etiam alijs morbis differentię tres. Eſt enim quod ab ægro ſolum non à tangentibus percipitur, minus malum, peſsimum quod in ſolis tãgentibus, medium quod & ab ipſis & ab ægro ſentitur. Sedem habet quartana in liene, mitiſsimuſq́ eſt morborum qui ab huiuſcemodi humore fieri ſoleant. Ideo à magnis morbis etiam iam factis ſuperueniẽs liberat, teſte Hippocrate. (Sexto Epidem. par. 6. tex. 7.) Dicebãtq́ quod ſi ſanguine narium nõ ſoluatur, aut urinis craſsis in periculum abſceſſus ægrum deducit. Si unum eorum contigerit ſecuros à periculo reddit. Et quartana quæ fit ſucceſsione febrium ex humore illarum exuſto fit: quæ autem inchoat ex naturali melancholia.

Iu uni-

In uniuerſum cum intermittentibus quinq; ſint communia, membrum mittens, & etiam iecur, recipiens uentriculo membrum patiens & agens & eſt cor, inſtrumentum emittendi uenoſum genus & ſedes ſeu principium, ut in tertiana fellis ueſica, in quartana lien, in quotidiana uentriculi uenæ non fit febris intermittens niſi propria affecta ſede, ob nimiam imbecillitatem, ut non trahat humorem, ſeu repletionem, ut trahere non poſsit ſeu ob obſtructionem ut trahere uel remittere nō poſsit. Ob id ergo quartana ſecura eſt, niſi adſit tumor ſplenis. Nam tunc manere neceſſe eſt imbecillitatem in liene, ideò & febrem, ideò tandem oboriri hydropem, quæ eſt finis febrium longarum malè terminatarum. Commune etiam eſt intermittentibus maximè quartanæ ob interualli magnitudinem cum præparata materia à præcedente acceſsione ſemina incendij concipiat, ut aliqua arte interrupta una acceſsione deſinant, quia deeſt fomes. Omnibus etiam commune eſt ut uentriculus malis humoribus repleatur, in quar-

tana crudis, in quotidiana humidis, in tertiana torridis, quibus cura impeditur. Ex his etiam patet omnia conſequentia ſibi inuicem reſpondere in intermittentibus: horas acceſsionis duodecim, decem octo, uiginti quatuor: tempora uniuerſalia ſeptem quadraginta centum uiginti: circuitus unum diē duos tres, ſymptomata rigorem, horrorem, frigus: nam horror medius eſt, ut Galenus uult, inter frigus & rigorem: Membra, ueſica fellis lien, uenæ inter uentriculum & iecur. Sudor uerò qui ſubſequitur intermittentes, fit ob uehementem caloris agitationem dum it reditqúe ad cor (manet enim multo poſt) & ob tenuitatem materiæ quæ maiore ex parte ſeroſa eſt, & quoniam per uenulas ad cutim protruſa eſt. Propter primas duas cauſas maximè fit in bilioſis, propter tertiam in æſtate. Cum uerò in febribus horror non adeſt niſi cum culcitra eleuatur, oſtendit uapores acres, & ideò etiam materiam, ſed uel tenuem uel cutim raram. Intermittentes ergo febres tot cauſis magis terribiles ſunt continuis,
cum

cum tamen nulla continua periculo uitæ careat, ut ſenſit Hippocrates. (1. Epidem: par. 3. tex & com. 3.) nam perfectæ alimenti coctioni nullum tempus relinquit: ut contrà, nulla intermittens ex calida materia lethalis eſſe poteſt, quoniam ab abſceſſu non pendet. Cur uerò intermittentes cum crudis urinis ſecuræ ſint, continuæ cum his quæ concoctis ſimiles ſunt periculoſæ, cauſa eſt: quod in intermittentibus ſunt omnia tempora in una acceſsione, ideò initium urinas crudas tenues ſemper oſtendit, incrementum & uigor (ſeparata à ſanguine materia & urinæ miſta) crudas craſſas. Quo in caſu cum non ex aſſatione proueniunt, nihil ſupra morbum regium demonſtant. Indicium ut ſupra dixi earum eſt linteum.

Cum uerò quotidiana & duę tertianæ, tresq́ue quartanæ eodem modo ſingulis diebus inuadant, diſtinguas eas à proprijs ſignis: Et ſi ſingillatim præſertim quartanæ inuaſerint. Et hæc ſimilitudine periodorum tertianorum

aut quartanorum tam in magnitudine & ſymptomatibus quàm in horis & prę uentu. Fieri enim poteſt ut quotidiana duarum tertianarum ſymptomata præſe rat ob bilis uim quæ ſenſum magis mo uet & circuitum efficit, & tamen erunt ſicut tria grana piperis in hemina aquæ. Cumq́ intermittẽtis acceſsio breuis eſt & declinatio lõga, cutis denſa eſt uel ma teria craſſa, pauca tenui iungitur, uel te nuis profunda eſt. Sed ſi initium lõgum eſt, reliquum acceſsionis breue & mite, declinatio longa eſt, quoniam paulatim materia craſſa pauca ſpargitur: neq́ue e tiam generalia tempora ſibi in longitu dine reſpõdẽt, nam ſanguinea febris fer me tota ſtatus eſt. (3. de criſi ca. 4.) cũ lon giorum morborum ſtatus una uel dua bus acceſsionibus terminetur, ut ante di xerat. Nihilominus ubi uigor morbi nõ faciat longiorem acceſsionem aut exa cerbationem, totius morbi lõgitudo ex illarum quantitate decernitur. Tempo ra autem intermittentium non ſic ex co ctione materię metiri oportet, quoniam, ut dixi, quelibet acceſsio integrum mor bum

bum & maximè ſi excretione finiatur re fert: niſi enim materia concocta eſſet uel prope nec excerni utiliter, nec febris ceſſare poſſet. Erunt ergo tot criſes quot acceſsiones: & urinæ coctæ etiam in ipſo initio aut fermè erunt. Si tamen non finiantur excretione, minus coctæ uidebuntur. Contingit ergo illud quoniam materia quæ accēditur expellitur: ideoq́ nec præparatæ iuncta eam ſtatim accendit, nec ab obnoxia cuius maxima pars in magnis uenis eſt impeditur, & intermittentes in quibus magna fit excretio neceſſario breues ſunt, & plerunq; interuallum habent: continuæ uerò copiam humoris declarant. Diſtinguuntur igitur intermittentium tempora iuxta materię quæ ſuccenditur multitudinem & coctionis perfectionem. Ideò declinatio à principio coctione dignoſcitur, quoniam paucitate materiæ ſimilis illi eſſe poteſt. Tēpora uero generalia cognoſcuntur ut Hippocrates docuit. (2. Epide. ſec.1.) quoniam ſymptomatum & morbi incrementum declarant morbum augeri, ut etiam acceſsionum longitudo, uel

materiæ craſsitiem:ſic & ſi anticipet,uel tenuitatem. Hæc tria igitur ſi conueniãt incrementũ morbi declarant. Si uerò anticipet & longior ſit,minus tamen ſæuiat,tunc materia diminuta eſt. Declinationem autem acceſsionum Hippocrates cognoſcere docuit primo de uictus ratione in acutis.(tex.46.)cum pedes thorace calidiores fuerint:quod etiam in exacerbationib. eſt obſeruandũ. Cum ẽm ſanis iuuenibus proprium ſit æqualiter toto corpore calere, in inclinatione febris extrema magis incaleſcunt, quia exterius calor propellitur. Quod ſi perfectè pe ctus ad temperamentum redit & febris ad interuallum.

Quoniam etiam ſæpe dubitatur an febris ad integram remiſsionem redeat, ſeu in continuis cum materia per criſim expellitur, ſeu non, ſeu in intermittentibus in quibus ueſtigia ſorditiei relinqui ſolent, primo ad Glauconem (cap. 2.) atque ob id in primo caſu etiam peritum medicum febris fallat, in ſecundo autem non adeò latere poteſt, in intermittentibus uerò etiam difficilius deprehẽdatur ob

ob ſorditiem: & quoniam, ut Auicenna inquit (1.4.trac 2.cap.2.) putridas febres ſolet antecedere moleſtia, quam ipſe almelileturu uocat: Quæ eſt laſsitudo cũ dolore capitis & pulſatione ſomniſq; perturbatis, pandiculationibus, oſcitationibus, uenarum & hypochondriorum tenſione ac totius corporis grauitate tum præcipuè capitis, nauſea quoq;, & muci urinęq; abundantia, deiectionibusq; fœtidis, tum impedita ſpiratione pulſuq́ue frequenti ac calore, licet non tanto ut febris dici poſsit, tantum uerò interſit hoc cognoſcere ab ea quæ dicta ſunt de ægri ſecuritate diligenter animaduertere oportet, ꝙ ſimplices omnes febres licet extenſæ q̄ cũ rigore adueniũt intermittũt, dicente Hippocr. (4. Aphor. 63.) Quibus in febribus quotidie rigores fiũt, his ꝗtidie febres ſoluuntur. In cęteris conſyderа ſi omnino remittuntur ſymptomata illa continuis propria: tũ ſi contractio diſtentione uelocior non ſit: tamen illud haud fallax ſignũ quod etiam imperitis in ore eſt, ſi uires reſtaurantur, ipſeq; ęger lętus eſt ac ad operatiões promptus: hoc

 enim

enim oſtēdit febrem intermittere, etiam ſi multa obſtare uideantur. Nā hæc duo ſequi non poſſent, niſi æger alimento reſtauretur. At nunquam niſi in pueris aut ſuperflua inedia extenuatis (ſi non ceſſet cauſa aliqua robur minuēs ut fluxus aut dolor) febre manente plus cibo reſtaurari quam abſumantur, quoniam concoqui is perfectè nequit, uires poterunt. Itaq; ſignum hoc proprium eſt exquiſitè, quia calor naturalis immutatur. Nā etſi in uentriculo id accidat, in iecore emendari aut in membris poterit. Quod ſi iecur imbecille parum alimenti bene tamen concoqui poterit. Ergo non reſtaurari febrium omnium etiam hecticarum ſi non ſanantur proprium ſignum eſt.

Peſtilentes autem febres aut ſpiritus putrefaciunt, ut in Anglico ſudore, qui intra diem perimit: aut humores, quod ſæpius euenit: aut membra quod pernitioſiſsimum eſt, atq; ideò breuiſsimum. Exemplum aut ab intrita in oleo carne quæ in clibanum defertur cape: ſi enim ibi quieſcat, clibanus autem cōcludatur, breui oleum accēdetur, ardebitq; primo

ipſum

ipſum tum poſtea caro: apparebit autem fuligo multa non uermes, non teter odor ulius imò ſi iam ſemi computruiſſet odor ille extingueretur. Ita facta ex incendio ſebre, necꝫ fœtor in excrementis, necꝫ uermes gignuntur, niſi ex excrementis ipſis: præſertim cum ęger pinguibus in uictu utitur, quod ſi ſecus talia appareant peſtilentem morbum nuntiant: uel ſi non iudicent, ut Galenus uult tertio Epidemiorum. (par. 2. com. 4. & 3. cō. 71.) qui etiam breui mortem ſuperuenturam eius docet. Si igitur carnem illā cum oleo in ſole uel alibi collocaueris ubi neque à uento profletur, necꝫ ferueat, primum caro putreſcet, fœtebit, uermeſcꝫ generabit. Inde etiam oleum ipſum corrumpetur. Propter hæc igitur necꝫ biliosos necꝫ iam febre correptos facile peſtis inuadit. Sed necꝫ in uehementibus caloribus aut frigoribus, præſertim ſiccitati iunctis, hic morbus ſæuit, & ſi ſęuienti talis conſtitutio ſuperueniat eam extingu it. Sed ſi cum iam putruerit in clibanum enim deferantur omnia incredibile eſt quam celeriter abſumentur caro atcꝫ o-

leum: quandoq; immenſum & tetrū fumum ſparget. At uerò citra id iam parato ad incendium oleo in fimo omnia ſepeliantur, pariter putreſcent atq; ardebunt. Quatuor igitur iuxta hunc modum differentię erunt, prima incēſarum febrium, ſecunda eorum quorum humores putreſcūnt, non tamen accenduntur, horum cōditio leuior prima ſed periculoſior: tertia eſt cum in his febris accenditur quorum nemo fermè euadit, cum putredo iā corporis habitum uitiauerit ægerq; duplici graui affectu laboret: & putredo tā grauis ſit ut ſemetipſam quaſi genuerit certe accenderit. Quarta cum putredo & febris ſimul inuadunt ut in peſtilentibus conſtitutionibus & contagio: quæ mitior eſt tertia, alijs duabus longè deterior, patet ergo ratio cur omnis peſtilens febris contagioſa ſit, quoniam ex putredine ortum habet, quicquid autem à putrido tāgitur putreſcit, aliarum autem febrium nulla. Quoniam uerò quod afficitur quantitate uel qualitate totum aut pars, aut utroq; afficit, in incenſis neutrò modo totū afficitur: ſpiritus

ritus autem & membra quantitate non qualitate uniuerſim afficiuntur, qualitate aũt non, ſtatimenim interirent: in peſtilenti qualitate non ſolũ ſpiritus & membra ſed etiã humores afficiuntur, non tamen qualitate Sunt enim putredinis uarijs ordines: qđ ſi uniuerſim putredo inuadat humores, neceſſe eſt omnes qui uexati fuerint ſtatim interire. Signa uerò harum febriũ (3. de preſag. ex pul. ca. 4. & ex obſeruatiõib.) ſunt color faciei rubẽs, nigricãs inęqualis & ſplẽdẽs qualis in herpete & eryſypelate, oculi à balneo flãmei aſpectu tactuq; calidi euadũt, excrementorum & urinæ fœtor, ſed anhelitus certius ſignificat. Vnde ſi incenſæ febres è putrido fierent humore ſaltem hoc communi ſignum eſſe deberet: urinæ alijs crudę alijs ſanis ſimiles, alijs turbidę, nonnullis quippiam telæ araneæ ſimile ineſt, aut globus lineus, faſtidium cibi & uomitus, nauſea enim ſi ex conſenſu principalium membrorum fiat (ut plerunque in his) lethalis omnio eſt: ſi crudis ab humoribus niſi euacuentur & nutritioni & uenæ ſectioni aduerſatur. Nec

euacuationi locuseſt, calor corporis mitis, nam incendium non adeſt, ſed putredo. Cæterum inquies magna, & uigiliæ aſsiduæ, bubones iuxta aures uel ſub alis aut inguinibus alijsuè locis anadegmata quoq; fit præcox expulſio aut ob magnam proportionem uirium ad morbi cauſam, aut ob nimiũ naturæ ſenſum aut grauem materiæ noxam quod peſsimum eſt: ut primum breuis ſolutionis ſignum. Dijudicat autem ſtatus, dolorq́; capitis aſsiduus & cordis palpitatio, excrementa nigra liuidauè aut æruginiſimilia, quoniam compendioſior quàm in alijs febribus ad humores hos uia: unde etiam in quibuſcunq; morbis hi colores non tolluntur niſi ſublata particula (.1.4.trac.4.cap. 2.) Sitis uehemens, pulſus languidi, cætera ſanis ſimiles, lingua arida, hypochondria tenſa & dura: his decem ſeptem ſignis præponderat fermè ſi conſtitutio talis ſit ut nemo eo tempore mortuus ſit ex cõſimili morbo. Unde uel omnio proprius erit & incenſa febris aut illis peſtis, ut dixi, aut Epidemius. Horum ſignorum quę à facie, oculis,
nauſea

nauſea, capitis dolore, cordis palpitatio ne ac bubonibus ſumuntur tum urina/ rum fœtore, propriè magis peſtis quæ ex contagio ſolum prouenit, Galenó ut reor & antiquis ignotæ: anadegmata ei quæ aëris uel aquæ uitio contrahitur, cæ tera communia maximè turbidæ urinæ. Videtur autem de ſimplici peſtilenti o= ptimè illud dictum ab Auicenna: Hæc febris tepida eſt exterius, interius urit & plerunq; pernitioſa. Raſis uerò duobus ſignis illam docuit agnoſcere, cum in cõ tinua febre ęger ſæpius uomit, & præſer tim ſi peſtilens morbus uagetur, peſtife= ram febrem eſſe ſcito. Proximũ ſignum eſt fœtor omnium exeuntium. Et quam= uis in peſte omnia principalia membra afficiantur, non tamen æqualiter, ſed a= lia magis caput tentat, alia cor, alia iecur: Vnde etiam curandi ratio initium ſume re debet iuxta peſtis naturam. Vniuer/ ſum tamen eius genus tanto deterius eſt incenſa febre, quãto hæc feruida ex qua nemo perit.

Cauſæ autem omnium febrium gene raliter ſunt ſanguinis feruor, occluſis cu-

tis foraminibus per quę reſpirare ſolent, id contingit cum calefacto corpore homo ſe uento aut frigori exponit, ut docet Galenus.(3.de tuen. ſan.cap.10.& Auic. De Remed. Nocu. Trac. 2.cap.2.)nã halitu corporis ne exeat undequacunq; prohibito, ephemera accenditur, atq; ex ea ſi humores in corpore praui ſint, febris incẽdẽs, aut abſceſſus, aut putrida Et ſcias quod putrida febris quoniam materia eius mobilis eſt & à natura inuicta plerũq; parit abſceſſus internos, & cũ materia abũdauerit nec defuerit robur uiriũ, internos & externos ſimul, quę uerò externos ſolũ generãt perſeueratq; augẽdo ea ſola eſt ex qua multi, ſi diligẽs cura adhibeatˀ, ſeruantˀ. Materia aũt hęc non ſolũ praua diciˀ, ſed etiã, ut Galenus ait, ſi corrupta aut plurima uel min9 calida aut frigida aut acris uel craſſa, ſeroſa aut lenta. Numerauit generales cõditiones materiæ creãdis morbis obnoxiæ. Sed quędã ex his ſi ad calorẽ cõparentˀ nõ procreãt morbos, ut craſsities & lentor, frigiditas uerò etiã ꝓhibet: & multitudo ferẽdi labores potius cauſa eſt, ut in Athletis olim

Lib. Art. Medic. cap. 99.

ꝑſpicuũ fuit. Igiť cauſæ magis obnoxiæ ſunt humores putridi, corrupti,ſeroſi,acres, calidi:ſunt alię quinq; cauſæ his nõ minores morborũ creandorũ, imbecillitas,ut ſenũ & uenere exhauſtorũ,ſi inſueti ſint,ſi particulã aliquã laxã habeant ut pectus,nã ſtatim in eum locũ cõfluũt humores:ſi iã coacti ſint aliquo in loco,ſi cibus ſit in uentriculo,maximė cũ frigus calori qui exercitatione cõtractus eſt ſucceſſerit.Adeo enim potẽs cauſa eſt exercitiũ à cibo ad generãdos morbos,ut Galenus in libro de cibis boni & mali ſucci dicat(ca.3.)Adeò à cibis mot9 unuſquiſque uel imprimis damnatur, ut ex eo omne morborum genus progigni ſoleat: niſi prius aut laboribus pluribus cruditates diſsipentur aut concoquantur. Exercitio uero calor comparatus uti ſaluberrimus eſt ſi moderatus ſit,nec frigori homo poſt ſe exponat,ita ubi frigus ſuccedat deterior eſt omni alio calore,quoniã uires debilitat, & humores intimos diſſoluit. Vnde ob id periculũ Apotherapiam Galenus imperauit(3. de tuen. ſan. cap. 2.) ſunt & aliæ cauſæ creandorum

mor-

morborum communes, ut mala uictus ratio, ſed hęc intermittẽtium magis propria: ut corruptio aëris & aquæ, Epidemiorum & peſtiferorum ſpontaneorum & contagium cæterorum.

Mediæ autem febres inter incenſas & ephemeras, quæ ex abſceſsibus oriũtur, nam in exteriorum ac interiorum non propinquorum membrorum cordi abſceſsibus (cerebro tamen excepto) mediæ fiunt ephemerarum & intermittentium: cerebri & pulmonis continuarum & ephemerarum. Neq; enim urinę ut in incenſis mutantur, & quæ cõtinuæ non ſunt acceſsionem habent, & tamen nullam peculiarem materiam obtinent, ſed iuxta abſceſſuum mutationes uariãtur, & ſymptomata incenſarum cum habeant, ephemeris non ſunt moleſtiores. Quæ uerò in empyemate fiunt mediæ ſunt incẽſarum & hecticarum, & ſub nocte exacerbantur, nec humectantibus ac refrigerantibus curantur. Cęterum cum nullo in humore ſint ex incenſarum genere eſſe non poſſunt, neq; ſymptomatibus quottidianæ cui ſimiliores ſunt tamen

men aſsimiliantur. Quæ autem in cerebro materia febrem accēdit, ut Pythioni tertio Epidemiorū (par. 1. tex & com 1. ad 4.) ex huiuſmodi genere ſunt, ideò citra urinæ coctionem ſeruatus eſt, tātam tamen noxam in principali membro, & quoniā plerunq; in uenis humor eſt qui exprimi ſolet, alia comitatur febris quæ coctione indiget, atq; in alijs membris, ſed longè rarius. Incenſarum autē & putridarum quæ non ſecundum naturam malignæ appellantur, neq; emim eo ſeuitiæ quò peſtiferæ peruenerunt, prauitatem tamen incenſarū ſuperant, aliæ multitudine laborantium, ut quæ Epidemiæ dicuntur, haud tamē lethales: aliæ ſecundum naturam quoniam omnibus hominibus ex generationis ratione eueniant, ut inquit Auerroes. (3. collec. cap. 8.) Variolæ, morbilliq;. Commune eſt autem omnibus medijs generibus ut in deterius extremum non in eodem ęgro ſed per conſtitutiones delabantur. Velut ab ſceſſuum in putridas, emipyematum in hecticas, uariolarum in anadegmata. Vnde imperiti medici illa cū morbillis con-

N fun-

ſundunt, ſæpe etiam in carbõculos, hæc autem peſtifera.

Quoniam uerò cura uictu, medicamentis, & manuũ opere, conſtat: Victus autem ratio duplex, una cum morbus acutus eſt, alia cum diuturnus. Qui acutus eſt dum ſequiunt ſymptomata (modo ſyncopis periculum abſit) nunquam cibum aut ſomnum niſi in dolore admittit. At ſi periculum immineat, hirpe eſt, inquit Galenus: (12. Artis cur. cap. 3.) niſi antea occurrat medicus offam panis uino diluto intinctam dando. At ſi morbus eſt uehementiſsimus nec tamen breui ſolui poteſt, una ſpes, inquit ille (10. Artis cur. cap. 5.) in robore uirium ſupereſt, nam aliter nutriendo morbus ægrũ perimet, aut non nutriendo inedia. Tales autem ſunt abſceſſus cordi proximi uel cerebro iuncti uel iecoris: aut febres quæ ſyncopam inducere ſolent, uel ardentes quæ non remittũt. At ſi morbus aliquanto mitior eſt, nutriendus eſt leuiter horis quibus remittitur. At ſi longior eſt nec urget epicraſi utendum eſt. Meminit huiuſmodi Galenus duodecimo artis

tis curandi illis uerbis(cap.8.) Vt ea quę contra ſtant uacuētur,ſi modò id fieri nequeat,de doloris autem cura agit)per Epicraſim ſanetur,quod ſi nec id fieri poſſit ut medicamenta quæ ſtuporem inducant exhibeantur. Quid autem ſit docuerat iam in nono dicens: Ergo quod corruptum eſt id alienũ à natura eſt (ca. 10.)quod tale eſt id ſe auferẽdum dictat: Si ergo cum uiribus imbecillibus corruptela incidit, utiq; quod affectus remedium eſt,id cum uiriũ cuſtodia pugnat: Si quidem affectus uacuandum eſſe pręcipit,idq; uel uena inciſa uel purgatione: horum autem neutrum ferent imbecillæ uires. Quoniam igitur in omnibus eiuſcemodi repugnantijs incerta ſuccurrẽdi ratio eſt aliâs omnino inſanabilis affectus relinquẽt,aliâs ſpatio & ęgre,idq; ſi nactus fuerit magnũ medicũ,ſanari poterit. Oportet enĩ ubi indicatiões ita ſibi aduerſãt,& paulatim q̊d uitioſũ eſt uacuare,& paulatim inuicẽ ꝙ ſalubre eſt,ꝓ eò reponere,uocãt huiuſmodi uitioſi ſucci curationẽ Grecè Epicraſim. Hoc aũt ferme eſt quod Auicenna dixit tertia primi:

(Doc.2.cap.7.) cumq́; corpus repletum fuerit malis humoribus atq; tenuibus ipſum bene nutrientibus copioſè reficies. Et ſæpè conceditur illi qui prauis abundat ſuccis ut rem bonam largiter comedat. Conſtat ergo, ut ad Galenum redeam, tres illum in dolore ex mordentibus humoribus (ſi modo curari debeant, nam acriores aliquando curati irritantur) conſtituiſſe ordines: uerum generaliter renutrimus ab euacuationib. ut uires reficiamus, & ut malo humori bonus miſceatur. Sæpius ergo purgando, ſæpius etiam nutriemus. At ſæpius purgare conuenit quia uires totius humoris purgationem non ferunt, uel quia non æqualiter pręparatus eſt, uel quoniam totum educēdo, periculum eſt ne uięs lædantur, aut quoniam ut tēperetur humor ob acredinem neceſſe eſt, & donec totus temperetur eandē ob cauſam moram non admittit. Inediam etiam ægri non ferūt ob hecticæ periculum uel paucitatem alimenti in uenis, aut uentriculi imbecillitatem. Ergo ubi morbus fert inducias, nec materia admodum cōtumax eſt,

eſt,nec æger medicamenta horret, rectè adminiſtrata epicraſi difficillimi affectus ſanantur. Reſtat autem ab initio ut ualidiſsimis medicamentis dum robur uirium adeſt, utamur, nutrire autem non ſolum boni alimenti cibis, ſed etiam cauſæ & affectui cõtrarijs, eoq́ꝫ ordine ut quẽadmodum in febribus ab initio melius, uerſus uigorem minus: ita à purgatione ſtatim copioſius, attenuando uerſus ſubſequentis purgationis tempus. Conuenit autem maximè hæc curãdi ratio, his qui ob tenuiſsimos humores exhalãtes in ſyncopis periculum incidũt, ideo Galenus. (12. Methodi cap. 6.) eam diligenter proſecutus eſt.

Vt igitur de ciborum natura dicamus, octo in illis conſyderare decet: Quantitatem, Naturam, Synceritatem, Mutationẽ, Qualitatem, Pinguedinem, Ordinem & præparationem. In quatuor primis non eſt uarietas opinionum, nec pro ratione temporum aut morborum, debent, enim eſſe moderatæ quantitatis, corruptioni non obnoxij, abſq́ꝫ excrementis & facilis coctionis. Verum qua-

litate non ſimpliciter temperati optimi ſunt omnibus aut qui boni ſunt alimenti, ſed his, ut Galenus dicebat libro de cibis boni & mali ſucci (cap. 10.) præſtant: Contrarij, ut dixi, morbo cauſiſque eius. De pinguedine non leuis eſt diſputatio maximè in lentis febribus, cupiũt, enim quidam alere multum nutrientibus. In uniuerſum tamẽ ſi coctio differatur plus alimenti quantitate aut qualitate aſſumit æger: uerũ ſi uiribus cõſtantib. paulo plus, ſi debilitant uires neceſſe eſt multò plus cibi illum aſſumere. Fieri enim non poteſt in morbo ſanabili ut uires aliter minuantur creſcente morbo, nam tunc facultas opprimitur. Quod ſi coctio procedit, ſed uires minuuntur, minus das quam oportet. Sin autem uires conſtant cum coctionis incremento in ea ratione uictus perſeuerare debes, tunc uerò morbus quandoq; augeri uidetur, quandoq; minui. Prima iudicatio eſt à morbo, ſecũda à uiribus, tertia à cauſa, quarta à conſuetudine, unde natura, ętate ac cõſimilibus. Quantũ uerò conſuetudo poſsit indicant horæ edendi, egerendi, meiẽdiq;.

Occa-

Occaſionis aũt, tempora morbi & acceſſionũ. Deterius etiã eſt in qualitate peccare quã in quantitate. Nam Hippocr. illud (2. Aphor. 10.) Non pura corpora quanto magis nutries tantomagis lędes quãtitati & qualitati licet cõmunia ſint, qualitas tamen id habet præter quãtitatẽ, ut etiã accẽdat, uel alio modo noceat, cũ in qualitate multũ nutriẽtis etiã quãtitatis incõmodum includatur. Vnde Galenus octauo Artis curatiuæ hæc habet (cap. 2.) Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis qui neq; medicamentoſam ullam ſenſu perceptibilem uim habeant, ſed nec ipſam quod nutrit plurimum, quando hoc quoq; ſi exuperat uitio nõ caret: principio nãq; nec q̃ in eorũ agit̃ uẽtriculo coctio exacta eſt, nec ſi uẽtriculus ea ſuperet, q̃ in uenis obiter abſoluta eſt. Qđ ſi hic q̃q; haud magnus ſit error, ſaltẽ tertiã (quæ ſingulis partiũ propria eſt) difficile fuerit in omnib. illis ritè perfici. Cõueniet ꝓfecto huic & ut frigidum humidũ quodãmodo nutrimentũ exhibeas, ubi corp9 tũ calidius tũ ſiccius ſolito redditũ eſt, quare cõmodiſsimus

eſt huic ptiſanæ cremor ad unguem coctus, in quo nullum ſit ſuperfluum condimentum, ut pote qui & refrigerare & humectare & ſine ſiti ſeruare hominem poſsit, cum eo quod nec halituoſum nec ſiccum nec humidum detinet excrementum. Cum igitur hæc in ephemeris quæ omnium mitiſsimæ ſunt febrium dixerit, quid de incenſis ſenſerit nemini dubium eſſe debet, in quibus materia corrupta ne augeatur periculum urget. Nihilominus in cura quartanæ continuæ Auicenna inquit (1. 4. trac. 2. cap. 66.) Et licentia in carnibus in hac minor eſt quã in intermittente, ideo caue hoc. Ob id uidetur carnes concedere in ea, nam de intermittentibus haud dubium eſt ut uidebitur (12. Artis cur. cap. 6.) Et in curatione febris cũ ſyncopi minuta: Si autem uires exigant, pullos exhibebis cum aceto & omphacio conditos. Quæ ſentẽtia ſumpta eſt à Galneo (lib. 12. ca. 3.) & fuit etiam Raſis & Alexandri, qui etiam præter cæteros uiſa concoctione in ea quæ ex humoribus fit crudis, exhibet alas gallinarum, & ante coctionem in febre ex ſangui-

ſanguine, oua inter ea quæ refrigerant numerans. Videtur & Auicēna(1.4.trac. 2.ca.55.& 56.)in cura quottidianæ conti nuæ ſentire ſi quis ea uerba: Et preparen tur cibi eorum iuxta tempora & uires ua riando, ut his quæ diximus intelligitur in capite præcedenti, ubi de intermitten te loquēs ait: nec properes exhibere pul los & quæ eis ſunt ſimilia, niſi cum uires ſunt imbecilles. aut morbus iam eſt in de clinatiōe. Brudi autem rationes quibus carnes & oua in acutis tum alijs conti- nuis concedere nititur(lib.1.cap,1.& lib. 2.cap.16.& 17.& lib.3.cap.7.& 9.)omnes in hoc uno peccant quod id non diffe- rant meliorem fieri conditionem ægri proportionemq́ uirium ad mordi cau- ſam augeri, quod neceſſarium eſt ut uti- liter exhibeantur: cum nos ſequētes Hip pocratem & Galenum deteriorem ſem per fieri minuiq́ illam proportionem oſtendamus ratione efficaci, quæ etiam ubi non probat, relinquit libertatem in h s caſibus iure talia, tum uinū exhiben- di. Duas tamen precipuas affert alteram pro uino ex Hippocr. dum inquit(3 deui

 ctu

ctu in acutis tex. 41.) Cũ uerò in huiuſmodi morbis uehemẽtẽ capitis grauitatẽ uel mentis læſionẽ ſuſpicatus fueris à uino penitus eſt abſtinendum aquamq́ tunc dare oportet uel uinũ aquoſum flauũq́ & prorſus odore carẽs, atq; ab ipſius potione aquæ exiguum ſuperbibẽdũ, nam hoc modo uini potẽtia caput mentemq́ minus tentabit. Altera ratio ad cibos pertinet abundè nutriẽtes quos officere ob concoctionis cõtumaciam affirmat uel qualitatem uel quantitatem. De quantitate ſatis conſtat, quod eam adeò minuere licebit ut nocere nequeat. De concoctionis difficultate ſunt oua ex confeſſo quæ multũ nutriunt facileq́ cõcoquuntur. Quin etiã alicam concedit Galenus, & eam in uẽtriculo diu manere affirmat antequam cõcoquatur. De qualitate poteſt multis modis præparari ut alimentũ quod ex eo cibo exhibetur frigidum ſit, & minimè corruptioni obnoxiũ. Quinimo, inquit, uidetur Galenus ob concoctionis difficultatem magis reformidare Petrionæ uictum, quã ob qualitatem: ſiquidem illũ reprehendit ꝙ aſſas carnes

ex

exhiberet. Inde probat uictum Anglorũ ex natura, regione & conſuetudine, q̊dq́ue errori minimè obnoxius ſit, nã idem à principio ad finem morbi ſeruari ſine noxa poteſt. Hunc exponit, ius gallinæ cũ endiuia, bugloſſo, uiolis, hordeo, prunis, uuiſq́ paſsis coctæ (12. Artis cur cap. 5.) Id probo, nam cum in febribus non membra ſed ſpiritus abſumãtur, niſi ſint liquefacientes, non melius quam pulli iure ſpiritus reparari poſſunt mẽbra, ptiſana incocta illi nutriuntur: nã uino non rectè. Quod eñ ad Hippocratẽ attinet, non de capitis dolore ſed ſola ſuſpitione loquitur. Vinũ enim non quia calidum aut humidum aut quia repleat caput, ut Galenus exiſtimat. (1 de tuen. ſan. ca. 11.) noxium eſt aut pueris aut febricitantibus. Sunt uina non calida, & piper lõgè calidius in Amphimerina ab ipſo exhibetur: eſt etiã ſiccũ non humidũ, & ſi humidum eſſet & pueris & febricitantib. ea ratione maximè cõueniret, dicẽte Hippocrate: uict9 humidus febricitãtib. omnib. confert, maximè uerò pueris. Sed nec q̃a caput repleat (quãquam id nõ abs re ſit) quia

quia obligophora non id agunt, maximè ſi quis aquam miſceat ac etiam ſuper bibat, ut docet Hippocrates: ipſe etiam porrum cum ptiſana exhibet, porrũ autem magis quàm uinũ cum ſit acre ualde petit caput. Multi etiam ſunt febricitantes in quibus nec caput afficitur, nec ut afficiatur periculum eſt, ut præſertim morbo laterali laborantes quibus uinũ minus quam alijs competit. Ergo ob id uinum prohibetur pueris & febricitantibus quod aquam omne uinum (quantumuis album, lene & aquæ illi permiſceas) ardentem contineat qua cruda õnia impelluntur, atque ideo in uitæ diſcrimen uocat. Indicio certo eſt quòd acetũ quibuſcunque febrientibus non ſolum innoxiũ eſt ſed etiam ualde utile administraturꝗ; omnino ſine periculo, quoniam longè acrius licet ſit omni uino, & multis etiam calidius, quod nihil penitus quantumcunꝗ; acre ardentis illius aquæ contineat. De carnibus autẽ quas in continua biliosa & pituitoſa exhibet febre, cum non neceſſe ſit in eis ſolida adeò reſtaurari & ad ſpiritus reficiendos,
ius

ius illud ſufficiat, non rectè ſenſit. Quæ etiam ab Auicenna produnt omnia ambigua ſunt. Nec debemus ubi euidentibus rationibus & Hippocratis ac Galeni autoritate generaliter aliquid ſancitum eſt, dubijs quibuſdam illius uerbis moueri, aut in dubium reuocare ſententiam. Solum obſeruare decet, cũ ob ſuccos tenuiſsimos qui facillimè exhalant, ſyncopẽ timemus: tunc enim dabimus alicam, panem, ouorum uitella, teſticulos gallorum, ſuillum cerebrum aſſum, auſteroſq; fructus ac uinum. Alexander autem ubi methodo agendum eſt, non tanti apud nos eſſe debet ut ſine ulla ratione ob illius autoritatẽ de hominum uita periculum facere uelimus: fuit enim empiricus medicus non Hippocraticus. Suſpicor & irrepſiſſe mendum quod oua inter uehementer refrigerantia communeret. Ad Brudi argumẽtum reſpondeo, quod oua & carnes obſunt quia difficulter commutantur ob pingue humidum, tametſi parua quãtitas eorum exhibeat. Sic & modicũ ferri difficilius in puluerem redigitur magno lapide, facile

etiam

etiam ardent hæc, & licet præparentur, natura non mutatur, ſed noxa minuitu. Ergo in continuis febribus, duobus dictis caſibus exceptis, uinum non conuenit niſi concocta materia: caro & oua cũ declinant, maiorq́ pars materiæ educta fuerit. Ptiſana autem hordeacea mediocriter alit, teſte Galeno (1. Aph. com. 4.) Panis aũt coctus in iure pulli uẽtriculo gratiſsimus eſt, plurimũq́ nutrit (1. de Alimẽ. ca. 5.) Qui uerò lotus dicit (lauať aũt ſuperfuſa ſæpius calida donec ſupernatet) minus nutrit minuſq́ue obſtruit. Plus tñ nutrit tota ptiſana: & ptiſana tota ptiſana colata & lacte peponũ, ꝙ refrigerat, citq́ urinas. Angli ergo his uirib. ſed adeò coctis ut carnis cremorẽ referãt abſq́ pane dũ febricitãt nutriũtur, ꝓdeſt aũt debili uentriculo, exiliq́ habitui. (10. Ar. cur. ca 3.. Alica aũt ex Zea (nos ſpeltã uocamus) admixtis mali punici granis, diu manet in uẽtriculo, ſed nõ corrũpit & bilis feruorẽ maximẽ reprimit, ideoq́ biliosiori uentriculo utilis. Sed uidetur Galenus primo de uictu in Acutis his uerbis (Com. 27.) Qď neq; alteri e uipi-

am

am ineſt eorum quæ medici languentibus dare conſueuerunt, uerbi gratia, ouis, gallorum teſticulis, alis, columbis iuuenibus, piſcibus & quæcunq; id genus ſunt, nam & panẽ & chondrũ cõmemorauerat Verũ abunde fallũtur q ſic interpretantur, cũ oppoſitũ uelit. Cõformiter enim loquitur his quæ paulo antè dixerat, ſcilicet Hippocratem è numero potius eorũ eſſe q tenuius nutriũt, quã qui replẽt: eosq; q ęgros repleãt dignos magis eſſe Theſſalo q̃ Hippocrate. Cuius rei manifeſtũ eſt indiciũ, q̊dq; ad prauos medicos hoc referat, cũ ſubijciat: Nullũ aũt horũ alimentorũ diſſecat, nec humectat, atq; id maximè mirũ. Itaq; ex hac autoritate reprehendi deprehendimus eos q ſua ætate talia exhiberẽt febricitantib. nõ cõmemorari q̃ ipſe exhiberet Hippocratici aũt potus uinũ, oxymel, mulſa q̃, ex mellis parte una, aq̃ uerò trib9 aut quatuor cõſtabat. Cõducit & febribus ex pituita & melancholia oxymel cum pipere guſtu iucundum. Erat autem mulſa cocta & cruda in uſu. Et nonnunquam aquam coctam exhibuit ex alijs aũt lar-

giter.

giter, non ut noſtro tempore, ut Gale- nus teſtatur (3. de uictu in acut ca 42.) A- lios potus ſua ætate conſuetos enume- rat Hippocrates in eodem libro, his uer bis. (tex. 43.) De reliquis potibus cu- iuſmodi eſt hordeaceus & qui ex herbis uiridibus, uua paſſa, uinaceis, pyris, cni- co, myrtis, punicis & aliis parantur in morbo ipſo ſcribetur. Nos extincto in ea auro uel incoctis coraliis utimur. iucũ da è tamarindis uel prunnis. Odorata è caſsia, nuce myriſtica, floribus roriſmari ni, coriandro. (Vide 3. De morbis in fi- ne.) Ad cordis affectus è ſemine citrii uel boraginis aut meliſſa. Ad uermes & inte ſtinorum ac uentriculi dolores è ceruina ſcobe. Ex ſaccharo & garyophylis ad multos uſus. Ad ciendam urinam è gly- cyrhiza, & adianto commoda podagri- cis. Aqua optima corrugat palatum, ef- fuſa multum ſtrepit, munda, perſpicua, qualitatis omnis expers, & ſplendidæ te lę in ſuperficie, quę nullum animal pro- creat, citoq; caleſcit ac refrigerat, quæq; cito legumina coquit. Quod ſi ſæpius ac diutius in uaſiș moretur etiam exco-

cta

cta ſorditiem nullam relinquit.

Ordo uerò generaliter talis eſt, ſi humorum bonorum quantitas conueniẽs adſit, pauca & raro exhibebimus. (1. Aphor. Com. 17.) Si defecerint aut corrupti ſint ſæpe, ſed multa uiribus ualidis, pauca imbecillibus, morbi tamen ratione tanto minus, quanto facultas uitalis ualidior fuerit. Inquit enim (De uictu in Acut. Com. 44.) Ob uitalem facultatem ſani edimus & bibimus, aliaq; uitæ munia exequimur. Propter hanc eandem ad ægri ad cibos potuſque procedimus. Cum igitur uitalis facultas ualida fuerit naturalis imbecillis, nec ægros munire expedit nec ferunt: Si utraq; ualida, non expedit, ferunt tamen: Si utraq; imbecillis, expedit, ſed non ferunt. Si uitalis imbecillis, naturalis ualida, nec expedit, nec ferunt. Porrò facultatem, naturalem eſſe imbecillem & morbum magnum ſeu cauſam eſſe, idem fermè eſt cum eius robur in comparatione intelligatũ. Quæ ergo uitalem facultatem exhauriũt, ſunt impedimentum in reſpiratione animi affectus, ſed omnium minus ira, exerci-

tium, uigiliæ. (11.3 trac.1 cap.5) Quæcun que autem ſyncopim curant facultatem eam reſtaurant, ut aër frigidus, purus, aqua frigida odores boni, uinum cum oſſa panis, uitelli ouorũ, ſuccus carnis ex duplici uaſe uel ex toſta cũ ſemicocta inciditur, inde fermè cocta exprimitur: ſomnusq; & letitia. Inter medicamẽta, Gēmę ſericum, garyophyli, been album, enulla & margaritæ, ſampſuchus Buglo-
„ ſam uerò (inquit) (trac.2.ca 4.) ſecurè ex-
„ hibeas & non uerearis ex ea noxam, ute-
„ req; cum omni quod in potu tribuis &
„ in cibo das. Etiam conſueuit dari in potu, & aqua eius deſtillata. Naturalem autem facultatem exonerando leuamus, & cũ his quæ iecur confirmant. Pro temporum autem morbi uarietate in generalibus (modo materia illius tota maneat) copioſius ab initio (ſi cruditas non adſit) ad uigorem uſq; perpetuò ſubtrahendo, ut primo Aphoriſmorum docet Hippocrates. (à 6. ad 10. Aphor.) nec ipſe in abſceſsibus niſi poſt duos dies à iudicio, nec Auenzoar in febribus niſi poſt quinque cibum adaugent. (1. de uictu

in

in Acut. tex.25.tertio Theiſir trac 1. cap. 13.) In acceſsionibus autem & exacerbationibus tempora, morem, & cauſas obſeruare oportet. A ſumo enim uigore initium ſuccedentis acceſsionis medio interualli, ſi id tempus ſufficiat, iuxta eius breuitatem & morbi magnitudinem, cibus parum nutriens paucusq; ac tanto dilutior dandus eſt, nam ſani cõſuetum cibum in nouem horis, quarum medijs uehementiſsima fit actio, conficere ſolent. Si non ſufficit & uires ferant, à cibo prorſus eſt abſtinendum donec morbus miteſcat. Si nõ ferant, adſit autem phlegmon in iecore aut uentriculo aut febris ex obſtructione, uel plenitudine, nec in initio nec ante dare oportet. In alijs conſyderandum ſi non extrema uehementer perfrigerẽtur, ante acceſsionem dare licet. Si perfrigerentur etiam expedit. Et ſi morbus iam proceſſerit & febris ex calore ac ſiccitate ortum habeat, corpus quoque ſqualidum, imbecille, ſenſibile acriq; humore refertum fuerit, aut uentriculus, etiam neceſſarium, ut decimo Artis Curatiuæ

habetur(cap.3.&4 )Sed ſi non ipſo uigore citra caloris magnitudinem ſqualens ſit,in ipſo ſummo uigore & ante humectante alimento madefacere oportet.At ſi cum caloris magnitudine ſqualiat,tantiſper differendum donec illius magna pars euanuerit, ita docet ibi tamen in undecimo(cap.6. cap.ult.) De ſomno autẽ longe aliter ſe habet,in initio enim nunquam, in uigore perſæpe conuenit. Ciborum uerò ordo eſt, ut quæ optimè nutriunt,uelut pullorum alę pręponantur. Et ſi uentriculus ſit imbecillior liquefactæ.Si corruptio timetur,abſtinendũ.Galenus autem quæ aluum ſubducebant, ut olera,præponebat, exiſtimans pylorum fore in imo uentriculi,cum à dextra parte ſit & minore palmo fundo elatior quare cum talia,parum nutriant,uẽtriculum eneruant.Itaq; cum nec ante bonos cibos nec poſt quæ aluum mouent conueniant.relinquetur ut talium nullus ſit uſus,niſi cum ſola exhibentur.

Præparationis autem generalis quinque ſunt ſpecies,Aſſa,Toſta,Elixa.Frixa,lurulenta.Aſſa & toſta adipe irrigari debent,

debent, plurimũ nutriunt quoniam plus habent pinguis humidi, & ob id etiã difficilius manduntur, & ob utrancꝫ cauſam difficilius reliquis cõcoquuntur, & ex his magis aſſata in ueru, ſicciora enim ſunt, unde toſta ſuper prunnas plus eis etiam nutriunt. Vtracꝫ tamen horum minime putredini obnoxia, & paucorum ſunt excrementorum. Quincꝫ igitur ex conditionibus quę febrientibus debent, tribus atcꝫ pręcipuis toſta & aſſata elixis ſunt deteriora. Cum etiam præter id calidiora ſint ac ſicciora. Sanis ergo, ut dicebat Eraſiſtratus ualidæ tum ciborũ tum potuum facultates tempeſtiuè quidem aſſumptæ maximum iuuamentum afferunt. Vtilia erũt ergo aſſa & toſta elixisque longè præſtantiora, tum quod ex eis minor quantitas ſufficit ad uires reparandas. Comminui autem gladijs in tenuiſsimas partes, & diligenter mandi debent. Vtrum uerò colliquatæ carnes elixæ febrientibus magis conueniant? uehementer febrientibus & robuſtis minus nocent, toſtę conualeſcentibus ſunt utiliores, lurulenta quæ in lebete pluri a-

qua quàm iure coquuntur, plus & meslius elixis nutriunt. Nec in ore aut uentriculo difficulter ſubiguntur. Subiguntur è carnibus facillimè omnium pullorùm & perdicum alæ eædemq́ optimæ ſunt. Cæterum ſpeciatim ſi quis præparationum modos expendat, pauci admodum febrientibus conuenirent. Vuluulæ ergo botelli farciminaqúe omnia, nos buſcchã plenã uocamus, ouis etiam condimentis inteſtinis inditis conſtant & coquuntur, ſubuertunt uentriculum & ut quæcunq; alia miſta generali ratione difficulter conficiuntur. Lucanicæ uerò cum carnes contineant etiam difficilius, Iſicia meliora ſunt: quæ tamẽ omentata appellant, nos temacla dicimus non bene cõcoquũtur in ſartagine, ob id nec in uentriculo, pectoriq́; ut reliqua frixa nocent. Minutũ, quòd in tenuiores partes caro uel piſces diuidantur melius concoquitur. Puls & pulticula, ptiſana deteriora ſunt, quia ex farina fiunt. Succus autem & cremor quò facilius ſubiuntur eo minus illa alunt. Patinæ à ueſe dictæ, quæ caſeo conſtant (tyrotaricha uocantur

cātur) omnino incōmoda. Cruſtatæ quas nos paſtellos appellamus duriores ſunt, ſed melius nutriunt & ſuauiores ſunt. Quæ patina non cruſtata condiuntur multis odoratis, guſtum quod ægris minimè conducit, minus etiam emphractum quod guſtodenſius eſt, paruumque à farciminibus diſtinguuntur, niſi quod carnes recipiunt nec inteſtinis includuntur, ſed in patina coquuntur. Patinæ fructuum & olerum tortæ quaſi noſtræ ſunt. Differunt etiam ex modo. Nam quæ ſuper prunnas aſſantur inferiora ſunt his quæ in clibano. Aſſauras uocant cum carnium patinæ in eo coquantur condimentis admiſtis. Differūt & partibus ipſis, uuluæ, ſumen ficatum, pernæ, ofellæ quæ ſunt carnium pulpæ. Sunt etiam iura diuerſa, album, diabotanon, uiride, nam herbis conſtat & celebre, ut etiam nigrum laconicum conſtabat ſanguine præcipuè hædino. Veriſimile eſt odoratas & acres herbas illi fuiſſe admiſtas. Velut & hypocrima quod ex ſilphio, ſapa aut melle, aceto lacte,

caſeoq́; fiebat, aliter liguſticum cũ menta adduntur. Quod uerò acre eſt nec coquitur, copadium dicitur. Introitus genera ſunt hæc ſeu embammata uel moretum quale apud nos alleata. Opyporũ uerò è genere materiæ falſæ. Salacacabia autem denſiora. Melizonum odoratis conſtabat: commodum iter facientibus linquamen pingue eſt alitq́;, nos è ſuibus & anſeribus ſeruare ſolemus. Antiquis mos fuit omnia odoratis condire, ut ſal, oleum liburnicum, liquidiora autem hydrogarum, anogarum, oxygarũ, iungebantur alijs hęc potius ut defrutũ. Erant & in embãmatum genere quæ ex oleribus fiebant, ut noſtra etiam ætate, uocabanturq́; pulmentaria, & ut nos ſinapium, ita olim laſſeratũ, abſinthiarum ab herbarum nomine. Admitti poſſunt ex huiuſmodi quæ appetentiam excitãt & morbi materiam præparant. Hæcq́; ex Apitio.

Si quis ergo in huiuſmodi exceſſu aliquo qualitercunq; aberrauerit materiam præparatam & coniunctam magiſq́ue etiam obnoxiam augebit. Cum tamen

men morborum tria ſint genera: unum quod perpetuo ſuperat uires, idq́ꝫ mortem breui affert, & ab omni cibo etiam irritatur. Secundum quod perpetuò & planè ſuperatũ à uiribus, & mite quod cibum admittit celeriterqúe finitur. Tertium quod nec perpetuo ſuperatur, nec perpetuo planè à uiribus ſuperatur: tres habet ſpecies, primam in qua morbus magis aut diutius uires uincit quam uincatur, qui mortem multo poſt affert, cibumq́ꝫ in remiſsione admittit: Secũdam in qua uires perpetuò morbum ſuperant, ſed exiguo exceſſu: ideò in ea aberrare in nulla ex octo ciborum conditionibus licet, & tenuiſsimo uti uictu neceſſe eſt, nam periculoſiſsimus & breui ad ſalutem terminatur. Tertiam in qua non perpetuo ſed uiciſsim uires uincũt & uincuntur à morbo, ſed tamẽ exiguo interuallo in hac cibare in remiſsionibus oportet, & quod concoctum ſæpius purgare. Hęc non habet certam temporis metam, ſed uel ob magnum uiriũ & morbi diſcrimen, uel ob longius intermiſsionis tempus quandoq́ꝫ tuta & breuis eſt.

Ergo initium curæ in febribus à cauſæ curatione ſumitur. Siquidem morborum qui à materia originem ducunt, alij iam ſubſiſtunt quoniam cauſa manet nec urget, ut collecto crudo humore in uentriculo, hincque cauſæ & morbo cura debet. Aliqui qui non ſubſiſtunt quia cauſa urget & non manet: ſi ſemper fiunt, unde ſublata cauſa nil eſt reliqui, ut febres ardentes. Quidam non iam ſubſiſtunt, ſed aliud genus quod ſubſiſtit procreant cum cauſa manet & urget, atque hi periculoſiſsimi ſunt. Et utriſque curatio debetur, ut cũ ex tritæophies hectica fit. Cauſam cum uolueris auferre uacuum uentriculum, & aluum fluidam habere oportet. Si igitur uentriculus cibum contineat, nil melius uomitu ex aqua tepida: ſi non licet in feruente crapula, ſomno diſcutiatur. In abſceſsibus pectoris aluum ſubluere docet. (1. de uictu in Acutis tex 45.) Hippocrates id eſt, κλύσαι ut malit cibum incoctum deſcendere, ne tempus uenæ ſecandæ prorogetur. Quæ uerò crudam iacent citra iecur, melius eſt ut quieſcant

ibi

ſbi, nam & melius concoquuntur ac nutriunt, & nouas obſtructiones non progignent. Sunt autem crudi humores tam calidi quàm frigidi, ut habetur libro de cibis boni & mali ſucci. (cap. ult.) Hi ſi in uentriculo ſint nec alia proſint præparati præſertim ſi grauent, medicamento non longius trahente purgandi ſunt. Sed nec ubi præcordia tument uenam ſecare tutum fuerit. Quarto de tuenda ſanitate. (cap. quinto.) licet alioqui uenæ ſectio materiam minuere ſoleat, corpus uerò ſemper per ſe refrigerat, plerunque etiam motum in ſanguine cit. Adeo ut inferuida ex ſanguine ſi uſque ad ſyncopim detrahatur ſanguis & præſentiſsimum & unicum ſit auxilium. Quoniam enim in febribus ſanabilib. materia obnoxia cauſa eſt omnium malorum, toties ſanguinem mittere expedit quoties in periculo uerſamur. Galenus tamen dicit ſi expedit, totus ab initio detrahat. Sed ubi ob timorem non detraxeris quantum oportuit, aut omiſſa fuerit ſectio uenæ aliquo

caſu, melius eſt etiam ſępius repetere quàm ægrum morti obijcere. Vrina rubra plerunque uenæ ſectionem expoſcere uidetur, quoniam pingue humidum ardere ſignificat. Cum uerò tum illa tum flammea uel ex admiſtione bilis ut in morbo regio uel ex iecoris incēdio procedat, utrique cauſæ uenæ ſectio utilis eſt. Obſtructiones inde aperire, aluum, urinàs, ſudores per initia ciere, Paulus iubet. (lib. 2. cap. 18.) Quod tamen quando fieri, & quomodo non debeat docebimus. Incendium quoque & corruptionem cohibere, quibus omnibus acetum ſatisfacit. Diſſecat, attenuat, corruptionem prohibet, flauam bilem extinguit nigram educit, atque ob hæc tandem etiam refrigerat & humectat. Oxymel uerò præſtantiſsimum, ſiquidem mel etiam attenuat eſtque ſuauiſsimum. (3. De uictu in Acut. tex. 38.) Quamobrem Auerroes Serapium acetoſum de duabus radicibus mirum in modum commendat, aperit enim obſtructiones, diſſecat & attenuat uixque irritat quod ſummum eſt malum ab initio, ſed temperatũ tanto

to magis eſt quanto melle ſaccharum. Sed & petroſilium cordi ac iecori confert. Frictio quoq; materiæ utilis eſt & uaporem educit, ideò cruribus, inde brachijs, poſt ſecundum ſpinam, adminiſtrari debet, ut docet Galenus (1. Ar. cur. ca. 3.) qui cũ eodem loco iubeat crudos humores non mouendos, palam eſt frictione humores non moueri. Quæ autẽ ualida eſt ſic ut corpus excalefaciat, periculoſa eſt, ne colliquatis humoribus illos in loca reſpiratiõis impellat & interimat. Semper autem aduerſa febri, Hippocrate & Galeno teſtibus Sexto Epidemiorum (Sec. 3. tex & com. 31.) Porrò materiam & febrem nonnunquam curat emplaſtrũ ex malua & uiolæ purpureę herba cum oleo floris eiuſdem tepidum ſpinæ dorſi carpiſq; ac malleolis applicatum. Sanguinem enim & ſpiritum temperat, quod ſub ſpina uena & arteria maxima iaceant.

Sextũ igitur exemplũ incẽſarũ cõtinuarũ febriũ, cũ id medicus pręcipuè intendat ut materia obnoxia non augeatur, ſed ſi fieri poteſt antequam coniunctæ

iun

iungatur, concoquatur. Ideò uerò ne natura impediatur obnoxiam minuendo utrique occurrimus. Ipſam uerò incenſam febrem quinque auxilijs maximè extinguimus: Stere, Balneo, Auetentibus ad extrema Epidematibus, ſed præſertim cibo medicato, ob id ptiſanã hordeaceam adeo laudauit Hippocrates. (1. de uictu in Acut. tex. 18.) cum enim facile concoquatur & putredini non ſit obnoxia, dum à febrili leui calore mutatur noxam noxa compenſat. Peculiarem autem in abſceſsibus pectoris utilitatem habet. Motus autem incendium prohibet. Motum iuuat apertio obſtructionum, & ſi minuere liceat, multitudinem attenuare, diſſecare, concoquere, quàm celerrimè fumum tenuioremque partem educere, atque parum imprimat in ſpiritus ac membra refrigerantibus ac confirmantibus tum excrementorum irritamentis atque alijs auxilijs efficere. Aërem ergo in ardentibus iuxta Galeni conſilium. (Artis cur. cap. 14) præcipuè mutabimus ſub;

ſubterraneis cubiculis & ad ſepten- trionem uerſis, ab euripo etiam aliquo auram excipientibus. Pauimentum quoque aſsiduè aqua irrorandum: ſpargendumq́ꝫ floribus & germinibus frigidis humidisq́ue, cuiuſmodi, inquit conciliator, ſunt uitis, ſalicis, myrti, roſarum, uiolarum, & nympheæ. Sic & ubi frigidior materia febris autem tepida fuerit moderatè calidis. De balneis uerò peculiariter à nobis alibi actum eſt. Victus autem ratio morbo magis aduerſari debet: medicamenta cauſam morbi reſpicere. Ab initio igitur uino abſtinendum diutiuſq́ue in lentis febribus, quia incrementum longius protenditur, ſecuriſsimum eſt hoc auxilium ſed lentum, quare ut ſufficere queat, oportet materiam peccantem non eſſe mobilem aut ualde prauam aut obnoxiam plurimum abundare. Si ergo ſanguis abundet aut morbus uehementer urgeat, uenam ſtatim, ut dixi. (9 Artis cur cap 4.) ſecabis, ſanguinemq́ue mittes donec uires ferunt. Nam ſi ex

ea

ea ſectione in ardentiſsima febre ſyncopis eum corripiat, bilioſorum humorum excretio utiliſsima ſubſequitur. Corpus enim bifariam & expurgatur & refrigeraē. Itaq; corruptio non obſtat quin uſq; ad animi deliquium ſanguinem detrahamus. Sed ſi corruptio proceſſerit eouſq; detrahere haud licet, ut Galenus paulo poſt docet. Vires enim tunc integræ nō erunt. Si uerò materia mobilis ſit ſtatim uel mittere ſanguinem uel purgare conueniet, ut quarto Aphoriſmorum habet (tex. 10.) Nam tunc anima Mundi conſentit & motui materię & naturæ irritationi. Materia etiam ipſa tenuis eſt, unde periculum neget ne in aliquod membrum principale decumbat, turgentem eam ueteres appellarunt quę abſceſſum inchoat, cuius indicium eſt dolor: hoc enim docuit Hippocrates Secundo de uictu Acut. Secundo etiam & Sexto Epidemiorum. (tex. 11. ſec. 3. in Scopo ęgro ſec. 1. tex. 5. & 2.) Galenus autem in libello de purgationibus, hoc modo diffinit: (iuxta finem) turgere humores dicuntur cum motu uehementi agitantur, ac ab
uno

uno loco ad aliũ cõfluentes inter princi pia morbi hominem uexant, doloresq́ ac titilationes afferendo ægrum quieſcere non permittunt. Parum hoc differt à pręcedentibus & ſi cauſam cur hæc fiant conſideraſſet, ſcilicet quod in generatione phlegmonum talia contingunt, nihil dubij in interpretatione uerborum Hippocratis relictum eſſet. Ergo ſi ſanguinea materia cum turgente abundauerit, purgatione facta ſtatim ſanguinem mittemus. At ſi ſolus ſanguis influat, etiam ſolam uenæ ſectionem adhibebimus. Quod etiã in cæteris niſi clyſterem pręmittere opus fuerit obſeruare oportet. Sectio tamen uenę qualiſcunq́ cum naturalem calorem minuat coctioni per ſe obeſt. Purgationes autem hæ fiebant ab Hippocrate cum Peplio aut Eleboro. Nam cum certus humor educatur & à loco in quem influit auertatur, minuſq́ uires debilitentur ualidis medicamentis fieri debent. Qui autem non mouentur humores non niſi præparati atq́ concocti purgari debent, primo Aphoriſmorum. Nonnunquam uerò etiam Hippo-

P crates

crates uomitum ciere uocat medicari, quo etiam nomine autor Quinti Epidemiorum(tex.22.)in exacerbationibus uſus eſt. Hoc autem eſt, quod Hippocrates etiam uocat ex proximo uentre educere conducitq́ maximè cum ſponte ad hoc irritantur capite grauati & anxij, ut Sexto Epidemiorum habetur. Quod ſi lenta materia ſuccenſa fuerit & concoquatur antequam reliqua pars accendatur quod concoctum eſt educi debet, unde Auicenna Quarta primi.(ca.3.iuxta finem.) Et cum materia mala multa fuerit ipſam paulatim euacua. Et prima Quarti ubi de Febribus agit,(.trac. 23. ca.7.)quæ ex materia craſſa pendent: Et non euacuetur multa materia ſimul ne uires dificiant. Id uerò diligenter cauendum ne craſſam materiam citra gibbam iecoris urinam mouentibus aut quæ ultra cauum eſt per aluum educere coneris, nam utroque modo cum neceſſe ſit uenas eas tranſire quæ admodum tenues ſunt inter cauam & gibbam (ut Galenus dubitet an inuicem com-

commitantur ) præter id quod fruſtra uexabis ægrum obſtructionem in loco maximè uitæ neceſſario parando maxima damna inferes. Quantitas autem cibi in morbis quorum materia tota manet quàm maxima non augendo morbo idonea ſit. Sed ſi parum uires imminuantur, ne morbum augeas præſtat auferre. Si plurimum auferre neceſſe eſt in his qui perpetuo affligunt æger ſeruari non poteſt. Sed ſi iam antea imbecilles uires redditæ ſint uictus is inſtituendus qui medius ſit inter uires non labefactatas & morbum. Hunc conſtat oportere eſſe pleniorem, ſcilicet ut uires ad priſtinum robur reſtituantur. Si uerò morbus diuturnus ſit & inæqualis epicraſi utemur. Generaliter uerſus totius morbi uigorem attenuando niſi morbus minuatur. Quod ſi æger copioſius nutriatur nec tamen coctio peruertatur, nec medicamento obnoxia materia purgetur, difficiles fiunt criſes. Si uerò coctio paululum peruertatur morbus producetur. Condonandum eſt autem aliquid

conſuetudini, ætati ac cæteris. Quæ uerò citra magnam noxam in febribus exhibētur ſunt piſces petroſi, cum his quæ citra calorem diſſecant. Et ſcias quod ut ptiſana in acutis, ita mulſa in diuturnis. Fit autem ex una mellis aquæ aut à duabus ad octo partes ut Dioſcorides & Paulus ſcribunt. (lib.5.cap.10. lib.1.ca. 96.) Sciendum quod in febricitantibus trifariam uires dicuntur imbecilles, cum ſucumbere materiæ uidentur, tuncque læſa eſt functio ob morbum qui fit ex materia præparata, cum calor naturalis accenditur. Nam quãtum ex eo ardet tantum ex naturali decedit: ut ſit quantitas in quali. Velut cum uinum peruertitur nec minuitur nec ulla pars quãtitatis ſyncera eſt, nec tamen totum peruerſum eſt: ſic enim deterius fieri non poſſet, quam fuerit ab initio. Non ergo indigemus additione uini, imò uas diſrumperetur aut efflueret, ſed reſtitutione. Ideo tales ut nec primi indigent cibo, nec eſt imbecillitas. Verùm cum febris ualida eſt neceſſe eſt adhuc tantundem ſubſtantiæ uirium adeſſe, ut in latere ignito non eſt lapis

pis imminutus,ſed ſubſtantiæ pars mu-
tata. Cum ergo uulgares interrogant,an
uires ſint imbecillæ? reſpōde, quòd mor
bus eſt magnus, & quod non opus eſt
maioribus uiribus, ſed minore morbo:
& quod uires nūc non ſunt aliud à mor-
bo. Sed cum ex effluxu materię uires de
ficiunt, poteſt tamen morbus magnus
adhuc perſiſtere: quia imbecillitas uiriū
neq; effluxum neq; putredinem prohi-
bet. Et hæc eſt uera imbecillitas. Idē con-
tingit in ſuffocatione & in corruptione
membri. Sed nunquid cum uiribus im-
becillibus poteſt eſſe febris incenſa uali-
da? reſpondeo, quod ſic, ſed tunc eſt ſpe-
cies hecticæ: cum iam eo incendio cor-
dis humidum ardeat: & ideò tales paulo
ante mortem uidentur alleuiati & men-
te præſtant, aliter difficile eſt eſſe ualidā
febrem incenſam cum uiribus imbecilli-
bus. Forſan tamen contingere poteſt, u-
bi ſanguis ipſe ferueat & uitales ſpiritus
extincti ſint: In omnibus autem imbecil
litatis generibus tum etiam febri medi-
camentum ex ſuccis Ambroſiæ. Atha-
naſie, Boraginis, Chelidonię, Dracōis,

Inulæ, Ozimi, Oxalidis, Petroſilij, Pimpinellę ſeu, Bibinellæ, Saluiæ cum croco melle timo ac mombaſtio: Citrij autem ſucco quantum ad refrigerandum utile exiſtimes.

Septimum exemplum eſt intermittentiũ, quarum cura conſiſtit in aperiendo obſtructiones & confirmando iecur & uentriculum, & educendo materiam in ſingulis acceſsionibus tertianæ per ſudorem, decocto hordei nothæ & Quartanæ, floris fæniculi & eorum quæ plurimum poſſunt ἱδάλιμους uocant Græci, lignum ſanctum, calidum Cyna temperat Satza, Parilia media, omnium potentiſsimus ſuccus Cyclaminis cum oxymellite uel œnomelite. Bibat calidũ, os ſub culcitra teneat, corpuſq; tegatur. Facile in huiuſmodi ſudor fluit quia materia ad uenas paruas detruſa eſt, & ob uehementem agitationem. Si uerò ſudor uires labefactat, cibis & ſomno recreandus eſt æger. Si ſudor non profluit, leui medicamento naturam feliciter operantem (quod in omnibus ſemper pro norma habendum eſt) imitatus purgabis

bis. Ipſa uerò medicamenta calida quantum ęger ferrè poteſt ſunt propinanda. Ante acceſsionem etiam per quinq; horas prius aſſumpto cibo materiæ morbi contrario cum incidentibus euomere conuenit, ſaluberrimum enim eſt. Vomitus autem fit cum ptiſana, oxymelle, radicula, uel eius ſemine, tũ anethi. Sed anethum præter id quod uomitum cit ſi retineatur ad coctionem iuuat. Quæ autem ante comeduntur ſunt beta, muria, ſinapis, alleum, mel in frigida materia, tum uerò ſufficit aquæ tepidæ potus. Quod ſi uires ferant ut per totam diem acceſsionis æger à cibo abſtineat, optimum erit. Horum enim alterutro ab abſceſsibus iecoris & lienis tutus erit. Acceſsionis autem horam coniectari facilius licet in frigida materia, quoniam parum prętienire ſolent: in eadem etiam uentriculus magis auxilio indiget. Confirmant membra cibi odorata quæ aſtringunt aut intemperiem tollunt.

Quintum propriè functionis uſus. Materia frigida catapotijs in quibus parum ualidioris medicamenti ſit, purgari

purgari debet aſsiduè: calida rarò decoctis in quibus multum ſit medicamenti debilis. Generantur in quartana multa excrementa cruda in uẽtriculo, quæ proprij humoris præparationem & coctionem impediunt. Ob id Galenus Diatrion pipereon exhibet, attenuat, diſſecat, concoquit, nec digerit præproperè. Auicenna quoq; ſinapim concedit. Conueniunt & ſalſa & cepæ cum aromatibus ſi natura ſecernat. Concoctauerò materia, aſſa & theriaca, Et ex his quę proprietate iuuant ſunt, ſuccus plãtaginis ante acceſsionem per duas horas, & parietaria in uino cocta, epota & comeſta. In exquiſita uerò tertiana ob longũ interuallum, conceduntur oua, carnes colliquatæ, ſuillum cerebrum, panis etiam oleo & aceto cum ſale(ſal enim uentriculum roborat) intinctus multa affert commoda in febribus, in quibus ſolidi alimenti aliquid cõcedi poteſt. Vinum etiam album dilutum in interuallis conuenit, & in inclinationibus acceſsionum declinationis generalis. In quibus autem humor arte educitur, febris non adeò exactè nec tam
cele

celeriter ſoluitur, quare interuallum breuius & impurius eſt. Nothę autem tertianæ ptiſana cũ pipere, potus oximel, uel mulſa cum hyſopo, nardo, origano: & poſt coctionem iugiter ex abſinthij coma. Catapotia, maſtix, agaricus, aloës, rhabarbarum, ſtœchas, chamedrys, abſinthium, ruta, ſal ammoniacum, cinamomum, nux myriſtica, gingiber, calamintha, crocus. Epialæ autem & lipyriæ quæ incidunt & excrementa mouent, cum gallo ſene coquere oportet. A purgatione ſi febres non recedunt unguenta appllicãda dorſi ſpinæ, carpis, talis, pedum plantis: ex his quæ uehementer diſcutiunt, gentiana, centaurium minus, pentaphilon: aut purgãt ut cucumer anguinus, colocynthis: aut naturæ contrarietate pugnant, tela araneæ, oleum ſcorpionum: aut proprietate arcent febres, ut uermes ceruini capitis qui dum uiuit inueniri ſolent: aut concoquunt, ut anſeris pinguedo, uel quæ pluribus modis conferunt ut cerui adeps: aut quæ putredini reſiſtunt, ut ſal & plantago, uel quę uim cauſæ ſopiunt ſomnumq́; concili-

 ant,

ant, ut unguentum populeon: uel fri-
gus tollunt, ut aqua ardens, urtica, pe-
troleum, oleum ex floribus ſambuci. Ad
quartanam oleum laurinum & balſa-
minæ. Sunt qui adipem anſeris & equi
addant. Febrium autem lentarum cu-
ra media eſt inter intermittentium & a-
cutarum. Nam & natura & ſigna me-
dia ſunt. Sed tum cura acutarum
curæ ſimilior eſt. Diuturnis autem fe-
bribus ieiunium adhibere conuenit. Cu-
rant ſena, lupulus, aſarum, ſtœchas, abſin-
thium, eupatorium, myrabolani, cepu-
læ, Agaricum, rhabarbarum, ellebo-
rus præcipuè, ultimo, Theriaca.

Octauum exemplum non admit-
tit purgationem, nec uenæ ſectionem
nec inediam. Nam cum tota materia
putreat, quantumuis ſuſtuleris ſemper
tota infecta relinquetur, ægri autem ui-
res debilitabis, corpus inflammabis, de-
teriorem quoque partem materię ad cor
deduces. Si tamen materia turgeat (ſo-
let autem ſæpe in peſte turgere) ne in
membrum principale decumbat, uehe-
menti medicamento ( ne potius irrite-
cur

tur quàm educatur)purgari debet:aut ſi
ſanguis reddundet uena ſecanda eſt, ne
feruens humor in partem aliquam de-
cumbat, atque ita malum malo adda-
tur:hæc uerò in ipſo initio morbi. Ante
autem & ſectio uenæ & purgatio con-
ueniunt:uenæ ſectio ut ſanguis liberius
moueatur, quę enim mouentur alienam
impreſsionem non adeò ſentiunt, ut in
rapidiſsimis fluuijs quorum aqua frigi-
ditatem ſuam retinet. Purgatio uerò ut
quod iam corrumpitur educatur. Cibare
autem oportet uberius quàm in alijs fe-
bribus, & ſi cibos reſpuāt, cogendi ſunt.
Sunt autem ut Raſis.(ca.158.)in libro di-
uiſionum ait, pulli, oua, lentes, uinum
quoq; aqua dilutum. Condire cibos ex-
pedit maximè oxigaro tum alijs acidis
ſiccantibus.(lib.3. cap.7.) Celſus quoq;
uinum calidum & meratius exhibet, tū
glutinoſos cibos, carnemqúe. Brudus
uerò ſuccum carnium piſceſqúe ſalidos,
atq; id iure:nā in quibus morbis coctio
non expectāda eſt, ut in peſtilenti, in cal-
culo renum, & in quibus adiectio ma-
terię non ſperatur, ut in abſceſsibus cum
au-

augeri deſinunt, tum in omnibus quæ præter naturam omnino ſunt, uires confirmatæ etiam per incongruentia, inquit Galenus (lib. de Renun. affec. cap. 8. & 10 Artis cur. cap. 9. & 10.) cauſas morborum tollere ſolent. Aëris quoque qualitas in hoc plus poteſt, nam capiti & pulmonibus & cordi corruptus maximè obeſt, frigidus autem pulmoni & capiti tantum, ut ſiccus prodeſt. Mutat & iecur aër nocetque, ſed plus longè illi aqua, ut cæteris naturalibus membris omnibus. Ergo aërem ſuffitibus ex ſuccino, ligno aloes, & hyrcorum urina odorare oportet. Cumque in omnibus febribus utile ſit quieſcere, bene pannis intectum, tum maximè in hac eſt. Medicamenta autem præcipua ſunt quæ urinam mouent, nam ea adeò utilia ſunt ut Hippocrates referat in leui illa peſtilentia de qua agit in primo Epidemiorum (par. 2. tex. 41. & 43.) neminem eorum periiſſe in quibus dyſuria acciderit. Et in canis rabidi morſu cantharides utiliter exhibentur, neque enim minus craſſa per urinam quàm per aluum euacuari ſolent, tertio Prognoſticorum

corum (com.23.) Ideò & ſerapium è ſucco limonum, & acetoſus ex duplicato aceto conueniunt. Per aluum autem ut purgetur peſtifer humor, Auēzoar ſtercus columbinum exhibet. Quidam auri pigmento deſtillato cum alexipharmacis aliquos ſanauere. Galenus (lib. de theriaca ad Piſonem cap. 16. & 9. De ſimp. Med ca. de terra ſamia.) uerò theriacæ & luto Armeno confidit, adeò ut prodiderit neminem qui luto Armeno ſanari nō potuerit, alio præſidio ſanari potuiſſe. Quidam hauſtu multę aquæ, alij olei, dū per imprudentiam in ipſum incidiſſent. Pręſentiſsimum autem auxilium ſunt cucurbitulæ glandulis adhibitæ, multoq; igne repetitæ, inde emplaſtris locus curet, quæ & caliditate & ſimilitudine materiā morbi ad ſe trahant, ut ex euforbio, tum ranis uiuis. Eſt & noſtrum antidotnm ad hunc morbum peculiare. Quæ uerò prę ſeruant ſunt catapotia ex Aloe, Myrrha, & Croco, dupla proportione. Sed Græci habent Ammoniacum pro croco & Myrrham pari pondere cum aloë quadraginta diebus cum uino diluto

to ſumuntur. Vehemens exercitium etiam adeò ſalutare eſſe dicunt ut grauiſſima in peſte ſoli ſuperfuerint uenatores. Ignis quoq; magnus à contagio nos tuetur. Allei etiam uſus ſalutaris eſt. Cętera ut in his qui iam morbo correpti ſunt.

Eſt aliud peſtiferi morbi genus, ſed lenti ex India occidentali originem ducens, tumores apparent in capite, mollities, cruſtæ, dolores qui noctæ ſęuiunt, ut in podagricis & translationibus, quæ per circuitus exacerbantur, & à meridie ad mediam noctem dolroes augent, nodi etiam præcipuè in tibijs & iuxta cubitos, tum ulcera praua. Hoc peculiare illi inest, ut quemadmodũ ex hoc morbo plures alij pene inſanabiles oriantur, præſertim circa pulmones, iecur, uentriculũ & cerebrũ, ita quicunq; ex eo originem duxerint ipſo curato ſanãtur. Quæ uerò prę ter cætera quaſi ſuffitus hydrargyrij uim habent, ſunt, bitumẽ, caphura, ſuccinũ, agallochum & gũmi elemi. Videtur autem hic affectus congener eſſe elephantiaſi. Eſt enĩ propriũ illius ſignum anhelitus fœdus & nodi ſupra cubitos, color fa-

ciei

ciei uarius, maculoſus, fuſc9: ulcera ingui nũ & bubones & ozenæ atq; omnia cõ tumacia. Vrinæ crudæ cũ atomis: uenenum etiã illi altera parte affine. Epoti enim ſigna ſunt ꝑturbatio uehemens abſque cauſa in temperato homine, liuor ex tremorũ abſq; febre, affectus cordis & oris uentriculi, nauſea, ſenſus quidã tetri odoris uel ſaporis dũ deuoratur. Vnde Carolus Quintus Cæſar dicere ſolebat, ſolũ uoraces uenenũ deuorare. Vrigo in faucib. ut quandoq; ſtrangulari ſe exiſtiment. Cumque poſt hoc homo ſenſerit cruciatum in uiſceribus aut contabuerit abſq; alia cauſa uenenum eſt tẽporaneum. Et mortuis liuẽt ungues & decidũt leuiter attracti, tum capilli & barba, tumet uenter. Vibices autem dorſi ueneno, peſti & abſceſsibus magnis communes ſunt. Et quãdoq; odor & ſapor detegũt in ægrotãtib. uenenũ ꝙ nã ſit. Et non eſt febris magna nec ſui generis. Mortuo aũt exciſo uenenũ in imo uẽtriculi quandoq; uidetũ, aut uẽtriculus eſt excoriatus aut iecur nigrũ abſq; abſceſſu. Ex peſte autem bubones in laxioribus partibus,
ni-

nigricantq́ naſus & aurium lobi, Aëris peſtiferi panis ſub diuo mucet, oua olēt luminaria oriunt̃ & occidunt caligine obducta. Auiculæ paucæ, mœſtæ, fœda animalia abundant.

Medię autem febres extremarum habita ratione curantur. Variolę ergo morbilli & anadegmata his quæ ad peſtem connumerauimus & ad cutim impellentibus, ſed magis in uariolis minimè in anadegmatibus, quia nõ prominent. Decoctum Auicennę ad hęc Dragacanthi, ficuum, fœniculi ſemen, laccam & lentes excoriatas: Sed Raſis fœniculum & lentes ommittit, addit uerò crocum & uuas paſſas. Ego autem adijcio lupuli ſemina radicesq́ boraginis & uerbaſci coluteęque uaginulas.

Nonum exemplum eſt cõiunctarum febrium: inter quas famoſiſsima eſt hemitritęus, quã conſtat ex ui nominis tertianam complecti: uerum cum ardentibus febribus ob magnitudinẽ intermittentes adiunctę quaſi negligi ſoleãt, lentę uerò omnes ab humore quocunque prȩter ſanguinem fiunt, erunt hac ratione

ne primarum febrium quæ ex intermittentibus & continuis conſtãt genera nouem. Aliæ ex continuis inter ſe, cum intermittentibus. At duas ſimul continuas febres eſſe penè inauditum, quod omnium materia in uenis contineatur. Validæ quoq; continuæ febres uix intermittentibus iungi poſſunt, quoniam natura imbecillis non poteſt materiam ex uenis expellere: q̄d in cauſa eſt ut multis poſt ſecundam aut tertiam acceſsionem, acceſsio non ſuperueniat, ægro deterius ſe habente quaſi duas patiatur continuas febres. Relinquuntur igitur compoſitarum duo genera intermittentium inter ſe de quibus multa diximus, & continuarum lentarum cum intermittentibus. Vt uerò ſępè duę intermittẽtes unius generis inueniuntur, diuerſorum raro, ita contraria ratione diuerſorum generum continuæ cum intermittentibus miſtio frequens, eiuſdem autem generis rara. Cauſa eſt quod difficile ſit materiæ eiuſdem generis in uenis contentæ partem exterius propelli, & ad extrema partem manere immotam. Quamobrem harũ lo

co continuæ fiunt cum exacerbationib.
Sic enim eiuſdem materiæ pars prorſus quieſcit, pars accendit & mouet. Eiuſmodi ergo cõtinuæ tertianę & duplices tertianę cũ ſingulis diebus exacerbãtur: cõtinuæ tũ tertianę cũ intermittente Raſis meminit. (30. continen. trac. 15. ca. 11.) Ex nouẽ igitur cõiunctarũ febriũ generibus tria excidũt ut rariſsima, ſed & rarò quartana cõtinua cum accidat rarius ex ea fiet febris cõiũcta. Sed & tertiana continua nõ miſcet facilè cũ quotidiana intermittente, quoniã corpus excalefactũ ſoluit pituitã. Alteraq́; breuiſsima duplici cauſa, altera longiſsima erit. Ergo uel ab initio perimit, uel ſolã intermittẽtem relinqt. Tria igitur tantũ coniunctarum febriũ genera ſuperſunt: hemitritæus ex tertiana intermittẽte & cotinua q̊tidiana: & hæmitritæus ex quottidiana cõtinua & quartana intermittẽte lõgè difficilior primo. Tertiũ genus ex continua tertiana & intermittente quartana prçcedente adhuc deterius. Verũ ut peiora ita etiã rariora. Primum uerò, ut dixi, in duas diuiditur ſpecies. In uniuerſum aũt hoc febri

bri cõpoſitæ ex duabus intermittẽtibus tertiana & quottidiana aſsimilatur. Verum Galenus quottidianam continuam facit potius ut antiquis contradiceret quàm quod uerè continua ſit. Habet enim acceſsionem & in horrore & in pulſu adunguem intermittentis acceſsioni ſimilem, uocatqúe Galenus incompreſſam hanc annotationẽ, credo quod horrorem loco frigoris, quod quottidianæ conuenit, habeat, & propter febris continuitatem pulſus non adeò contrahatur, nam eo teſte (2. de Differẽtijs Feb. ca. 7.) in die tertianæ initium quottidianæ fit cum horrore & paruitate pulſus & inæqualitate ob motum bilis proximum, alia die cum ſolo frigore & pulſus paruitate abſque horrore & inæqualitate, hancqûe etiam incompreſſam annotationem appellat. Sed quid rogo hæc acceſsio à ueræ quottidianæ intermittentis acceſſione differt? Ergo in hæmetriteo bilis & pituita ſimul in unum coẽunt & confuſæ ſunt, ut ibi Galenus docuit, ſicut una materia eſt in tertiana notha; in ea enim non eſt bilis cum pi-

 tuita.

tuita, ſed bilis craſſa. Et uicinæ, ut in duplici tertiana. Ergo in hemitritęo manet ſubſtantia, ſed confunduntur: in duplici tertiana ſunt eiuſdem generis materiæ, ſed non cõfunduntur. In tertiana notha eſt una tantum ſubſtantia. In hemitritæo igitur poſtmodum, ut Raſis docet, materiæ illæ confuſæ in initio accefsionis tertianæ & quottidianę, non in illa in qua horror apparet ſeparantur. Ideo in ſeparatione bilioſæ fit rigor, pituitæ autẽ frigus, quoniam materia bilioſa nondum corrupta eſt. Hemitritæi uerò ſpurij ſeu Agathini plura exempla uidimus anno M. D. LVI. quę facile ſanabantur. Si enim quis rectè conſyderet, naturam duplicis tertianę nothę atq; extenſę retinent. Galenus tamen ut Archigeni contradicat ait, quę huic febri contingunt ob id euenire quod bilis pręualeat. Terminus hemitritæi primi, ut Raſis teſtatur, eſt dierũ quadraginta. Et horum coniunctorum morborum notitia longe difficilior eſt tum etiam cura quàm ſimplicium. Nam qui ſcit dignoſcere febres & curare eas is maximam medicinæ partem conſecu

tus

tus eſt. Poſt dolorum longe minor fluxuum quod reliquum eſt ab his tribus, minima pars eſt pharmaceutricę quoniam talia raro contingunt, & aut ſpõte ſanantur aut breui occidũt. Et ſcias quod febres coniunctæ ſæpe comitantur abſceſſus & ſuppuratiões. Et hoc eſt quod dixit Raſis trigeſimo continẽtium (trac. 14. cap. 1.) Tertianam ſubſequi pectoris abſceſſus, quartanam lienis, & quottidianam ſuppurationes. Nam intellexit de miſtis febribus non ſimplicibus. Cura uerò hemitritæi eſt ut duplicis tertianæ nothæ, ſed exquiſitiore uictu indiget. Exhibebis ptiſanam cũ pipere: his quæ aluum leuiter mouent uti licet, non decoctis his quæ irritant urinas, nam, ut inquit Auicenna, periculum phrenitidis inducunt. Iuuandę tamen ſunt excretiones, non mouenda materia. Quidam piper exhibent cũ ſucco uiolarum. Brudus cortices radicum raphani coquit cũ hordeo. Vbi concoqui cœperit materia Auicenna cataporia exhibet ex aloẽs, abſinthij & eupatorij ſucco, maſtice, mirabolanis, citrinis, roſis rhabarbaro, ac dimidio

dio ponderis croci. Sæpius autem uel quotidie exhibere oportet.

Decimum exemplum eſt interiorum abſceſſuum qui febres ſibi acutas copulant ſi calidi ſint, ædemata lentas, ſcirrhi tabe uel aſcite occidunt. Cũ concoquuntur qui mitiores ſunt intermittentes cum ephemeris. Coi ſoror. (2. Epidem. Sec. 2. cum iecur in formam lienis eleuatũ haberet ſecunda die obijt. (3. Artis cur. ca. 11. κατ' ἐν μὲν & 2. ad Glauc. ca. 2. κατ' ἔξιν Cõ 29.) In omnib per initia auertere influxum oportet inedia, purgatione, cucurbitulis, uinculis, frictione extremitatum. Sed in calidis uenã ſecare oportet, ſecundum rectum & iuxta uenarum deriuationem. Suppuratio uerò prope canales ſecurior eſt, q̃niam ad expulſionẽ ſola naturali facultate indiget: ea ſi poteſt cõcoquere, etiã expellere poteſt. In pectoris autem partibus difficiliores, quoniã ſuperius expurgantur, ideo cerebri facultate cũ indigeant, ea uerò prima ſit quæ in morbis ſanabilibus minuit, ſecunda Aphoriſmorũ Quæ à canalib. abeſt, lethalis eſt. Qđ etiam ſenſit Auicenna, ut in ie-

coris alis &renũ partibus externis. Cum enim materia non poſsit expelli, uiſcera erodit. Lethales etiam ſunt ualde magnæ. Optimum uelut in omnibus facile ferre facilem noxiorũ mutationẽ. Nam trium facultatum robur oſtendit: Quæ ſuppurant pus mittunt: quod ſi non ex-expellatur inquit Hippocrates. (6. Epidem. ſec. 7.) Aſciticos citius ſecare, tabeſcentes autem urere expedit. Cauendum tamen ne totam aquam aut ſaniem educas, omnes enim moriuntur. In uenæ ſectione per initia mutationem ſanguinis ex rubro in fuſcum, aut contrà, tum doloris alleuiationem, expectare oportet. Cũ uerò in abſceſſu humoris alieni à ſanguine qualitas deprehenditur, aut locus eius non communicat uenis quæ ſecantur, purgatione ualidiſsima opus eſt, materia enim, ut dixi, turget. Cum uerò hęc poſtponuntur nõ ſolum augetur abſceſſus, ſed etiam peruertitur. Sunt enim corruptionis quatuor genera, incẽdiũ, ꝙ pathognomicũ eſt febriũ non peſtiferarũ, ſicut putredo peſtiferarũ. Suppuratio ſanabiliũ aſsidẽs ut ꝑuerſio mortiferaũ in fe-
 bribus

bribus totius, in abſceſsibus particulæ i-pſius. Qualecunq; enim impedimētum actioni caloris naturalis nunquam ceſſante actione corruptionis facit ut materia tanto deterior euadat. Fines autem abſceſſuum quatuor ſunt, reſolutio, ſuppuratio, ſcirrhus, & tranſmutatio. In ſuppurationibus primum reſudat materia, poſt plerunq; aperitur, niſi calidior ſit locus. In mollibus autem locis ſuppurationes inundationem præferunt: quocunq; autem loco ſint calidiorem illum efficiunt. Sed abſceſſuum dolor aliꝭs dolorib. tactu uehementius irritatur: quod abſceſſus omnia malorum genera complectatur. Phrenitis tamen quandoque ſine dolore eſt, nunquam ſine delyrio, ut tertio Epidemiorum habetur. (par. 3. tex. 75. & 80.) Angina uerò omnibus periculoſior abſceſsibus, quòd præſepè intra diem interimat. Euenit id ob loci anguſtiam tum nobilitatem, cū eum ſpiritus permeet. Suppuratio uerò in pectore ob loci caliditatem (niſi prius expuatur) adeò exacuitur & membranā corrumpit ut in quatuordecim diebus erumpat

erumpat ſanies in cauitatem pariatque empyema. Quod ſi in quadraginta diebus ea ſanies ſputo non repurgetur, in phthoen tranſit. Vt igitur quam celerrimè ſuppurent concoquetibus utẽdũ, & emplaſtro ex altheę radice, ſcabioſa, butiro & croco. Tritici etiam farina multũ concoquit, ſicut ficus molliunt & mel ſuauiſsimè, & tartarum uehementer detergit. Propriè autem in morbo laterali conuenit potus ex ficubus ſiccis, lini ſemine confracto & tuſsilagine & ex medicamentis candida pars ſtercoris gallinæ uel accipitris cum in potu data. Dum uerò ſuppurant fiunt rigores ob uapores acres ex inflammatione ſparſos. Cõuenit autem maximè eis uictus per epicraſim ſimilis primo de uictu in acutis. (tex. 23.) Vt em̃ exquiſita ratio epicraſis conſtet, neceſſe eſt ut morbus ſanabilis, eiuſq́; generis quod non totam materiã ad iudicium unum reſeruat. Medicus quoq́; norit quando & quomodo quibuſq́; & quàm ualidis medicamẽtis purganda ſit, qualitatem etiam & quantitatem & ordinem ciborum morbo conue-

nientem. Nam morbi qui ſine febre ſũt omnes per epicraſim & pinguiorem curari debent: quia cibi multum nutriẽtes ubi corruptio cauſa non ſit morbi, & libera ſit concoquẽdi, facultas non id periculi afferunt. Et ſcias quod copioſa ſãguinis detractio facit ut etiam patientes abſceſſus in pectore diutius ferant carnes colliquatas periculoſo cum experimento, tutius uerò in defluxionibus, & purgatio loco ſectionis uenæ in quarta die.

Scirrhi autem & carcinomata ab initio curantur, ſcirrhi mollientibus ut diachilon, tum digerentibus, epithymoq́ꝫ
» cretenſi cũ ſcillitico oxymelle. Carcino-
» mata aqua lactis epithymoq́ꝫ, ut Gale-
» nus faciebat (14. Art. cur. cap. 9.) Carcino-
» mata occulta melius eſt non curare: cura-
» ti enim citius pereunt, inquit Hippocra-
» tes. Scirrhi etiam confirmati ſuperueniente materia calida ſuppurare ſolent. Quamobrem ut ſuperueniat quauis ratione procurãdum. In abſceſſuum initijs quę repellunt p̃cipuè ex principali membro applicare oportet, dũ augẽtur eadẽ, tum

tum quæ cōcoquunt: cum fluxuerit materia utraq;, poſt etiam digerentia: nullū enim tempus eſt in quo à fluxione tutiſimus. ¶ Verum in uigore his longe minus quàm aliјs ut antea indigemus. Repellunt frigida præſertim ſicca, concoquunt calida & humida, denſaqúe: Digerunt calida & ſicca. Abſceſſus autem acuti caliditatem & tenuitatem materiæ oſtendunt, ut inquit Auicenna, ob id quæ ſuppurant acuuntur. Exteriores autem abſceſſus qui interioribus communicant antequam ſuppurent ſunt ſecandi, minus enim periculum eſt in difficultate ſanationis exterioris ulceris, quam corruptionem uiſcerum à ſanie. Scirrhos qui exterius prominent, ut lienis & muſculorum uentris, tollit unguentum ė tota cicuta & ammoniaco. Nodos in iuncturis plumbi lamina operculi inſtar ſuperalligata. Si uerò pernitioſi ſint & inſanabiles abſceſſus, ſeu ulcera, aut alij quiuis diuturniores morbi, nō oportet uexare ægros: ſed à laboribus & ſollicitudinib. il

los

illos auertere, ſymptomata ſedare ut dolorem ac eroſionē & calorem, plumbeis, opio, ſolano, plātagine, lacte, cinere cancrorum, nec irritare. Somnum procurare. Vere & Autumno peccantem humorem uacuare, & ſi ſanguini miſtus ſit, uenam ſecare. Cibis optimi alimenti, paucorum excremētorum, & morbo ac cauſæ contrarijs ipſum reficere, cruditatemque uitare: Ita in omnibus aliqua eſt optima ratio quantumuis praua ſint: ſicut inter omnes homines unum maximum eſſe neceſſe eſt. Conſpicuam autem habet utilitatem hæc inuētio in diu ſuper uicturis ægris. Internos abſceſſus curat ſolanum, tuſsilago, ſuccus raphani, caro hirundinum.

Vndecimum exemplum ex in febre cum fluxu, contingit autem ob plegmonem uel colliquationem, quarto de uictu in acutis (com. 40.) uel cum tenuior pars ſecernitur, craſsior ex obſtructione retenta accenditur. Si ex colliquatione ſit, febris præcedit, uires reſoluuntur, & quæ excernuntur pinguia ſunt, ſplendēt enim & aquæ infuſa ſupernatat ſimile

quip-

quippiam ei quod urinis concretis, & ſi adeps adſit cogitur. In abſceſſu cruda atque diluta, male etiam olent ſed minus, quoniam colliquata ob putredinem ſecernũtur. In tertio genere minimè: parſque parti ſuccedit, uelut & in febre atq; igne qui modo continuus eſt, modo ex cineribus excitatur. Ob id ergo cum omni generi inutilis ſit purgatio, etiam ſectio uenæ ei ſoli qui ex abſceſſu oritur conueniet. In tertio uerò genere miſsio ſanguinis peccantem materiã ad uenas retrahit, purgatio nimis irritat: propterea Galenus iubet (1. ad Glauc. ca. 14.) ut aqua lactis chalybeata contenti ſimus. Modò etiam non ex abſceſſu fiat lac ex quo butyrum detractum ſit cũ dimidio pondere aquæ tamdiu coquatur donec ad quadrantem redeat, inde chalybe in eo extincto bis propinetur & cibi & medicamenti loco. Mora quoq; rubi accerba ſiccata, ſic ut iucundum retineant ſaporem, in pollinem redacta utilia ſunt. Antea uerò quàm cibum exhibeas pedes linteis calefacias. Brudus recitat curaſſe Anglicam mulierem fluxu &

febre

febre laborantem iure pulli in quo quæ refrigerant & aſtringunt incoxerat, cuiuſmodi ſunt Intubus, oxalis, Plantago, lichen, rubi germina uel roſę, borago, berberis, rhu, coriandri ſemen præparatum, coralius ruber, menta. Caſu etiam adiutus, nam fluxus ex colliquatione erat. In eo enim temperare, confirmare atq; reficere corpus oportet. Si ex abſceſſu ſit, concoctio illius unica ſpes eſt, unde ualidas uires adeſſe neceſſe eſt. Et ptiſana hordeacea & alica præſtantiora ſunt. Nil mirum autem eſt difficilem eſſe curam fluxus cum febre iuncti, quandoquidem & ſolius fluxus difficilis ſit, quoniam cauſa morbo contraria eſt. Eſt enim fluxus morbus inanitatis, cuius cauſa eſt repletio. Dolor uerò renum in diarrhæis, ſignificat in meſaræo humores multos aut prauos eſſe. Si uerò cum difficultate ſpirandi aqua intercus aut alba pituita ſit, ſuccus radicis colocynthidę epotus (modo ſanabilis ſit) curat. Si etiam ex peſtilenti febre abſceſſus in uiſceribus genitus ſit, ſtatim mittendus eſt ſanguis, nam

abſceſſus & febris hoc poſtulant, ſola peſtifera qualitas inhibet, cuius impetum iã eſſe remiſſum ipſa abſceſſus generatio ſuadet.

Duodecimum exemplum eſt utero gerentium, quas prius præſtat agnouiſſe. Si igitur os uteri quod ab ore ceruicis palmo maiore diſtare ſolet (hoc autem ſemper patet cum in uuluæ ingreſſu poſitum ſit) adeò concluſum eſt ut argenteum ſpecillum linteo ſubtili inuolutum penetrare nequeat, molliſquè undique tota ceruix eſt, ſeu ſi digito medio prælongo obſtetrix id percipere potuerit grauida eſt mulier, nam alioqui & ſi concluſum maneat (niſi cum in ſpurcitia ſemen recipit, tunc enim aperitur ac deſcendit) non tamen adeò, ut non aliqualiter hiet. Concluditur & in affectibus quibuſdam, ſed non citra ceruicis duritiem. Et ſi poſt ſpurcitiam ceruix ſicca eſt, menſeſquè repente deſinant, nam ſenſim deſinere morbi argumentum eſt. Sicq; cum bono habitu uini ac cibi faſtidium adſit: uel ſi inſuetas

& præ-

prauas res appetat Picam uocant Græci hoc. Sextum eſt oris uentriculi morſus abundante ſaliua. Et macula ſolaris in facie, oculi caui albumq́ eorum liuidum. Mammillæ quoq́ tument & lac mittunt, Vrina etiam clara nebulam ſphæricā præcipuè in ſole poſita oſtēdit. A cœna mulſa epota cum aniſo tormina ſentiunt. Et ſi fœtus trimeſtri non minor ſit (Duodecimum hoc ſignū eſt) linteo ubi durus, eſt uenter, uino frigido imbuto ſuperpoſito fœtum moueri neceſſe eſt, huncque motum mulier ſentit. De his igitur inquit Hippocr. (5. Aphor. 31.) Mulier utero gerens ſanguine ex uena miſſo abortit, & magis ſi fœtus ſit maior. Auertit enim & ſubtrahit alimentum fœtui, naturamq́ terret. Et ſi in pueris non licet ob reſolutionem, ut Galenus docet (11. Artis cur. cap. 14.) quantò minus in prægnantibus in quibus reſolutio eſt maior? cum duplex ſit & maior in generatione quam in incremēto. Et ſi nōnunquam ex uenæ ſectione fœtus in his ſeruati ſint quæ abortire ſolebant antea ob ſanguinis abundantiam, ut teſtatur Ac-

corombonus, non tamen ex monſtrifi-
cis euẽtibus regulas fabricare debemus.
Sed ſi fœtus ſit exiguus minus erit peri-
culi in abortu, & quod abortiat: ob hæc
ſanguinem mittemus in internis abſceſ-
ſibus aut continentibus febribus. In reli-
quis morbis prægnantium & generali-
ter omnibus puerorum, id eſt, ad annum
uſq; quartumdecimum ſola uictus rati-
one cõtenti erimus atq; purgatione. Ta-
les etiam nec lõgam nec exquiſitam me-
diam ferunt: ſed cibis modicè nutrienti-
bus ſufficienter ales. Cum uerò in prægs
nantibus morbi ſæuitia uenę ſectionem
exigit, fœtus magnitudo non admittit,
præfatus illud Hippocratis: Mulierem "
utero gerentem capi aliquo morbo acu- "
to lethale eſt: reliquas conditiones ob-
ſeruans curabis. Quod ſi materia turge-
at à quarto menſe uſq; ad ſextum purga
bimus, non magno abortus metu. ſepti-
mo ſi robuſta ſit mulier & fœtus ualidus
poſt non, primo & ſecundo manifeſto
cum abortus periculo, uitę non adeò, ter
tio mediocri utriuſq;. Quibus uerò nihil
intra conſtitutum tempus accidit, uita-

les partus fiũt, inquit Hippocrates (.E-
pid.Sec.3 ) Conſtitutum autem tempus
declarat dicens. A conceptione aut men
ſium curſu nouem menſes numerare o-
portet. Accidere intelligit ęgrotare aut ſi
menſes fluant, aut caſu aliq̃ corporis uel
animi affectu concuſſa fuerit. Ad conce-
ptũ multũ ualere polypos paruos bene
aſſatos, refert Hippocr. Puerperarum
cũ naturalis fuerit partus exquiſita ſit ui
ctus ratio ad ſeptimũ diẽ uſq;, ſi laborio-
ſus exquiſitiſsima. Vtriſq; potus ius, nã
frigida nec intus nec extra cõueniũt, nec
el.3. tract. 2. cap.33. uinum, nec ad quartũ uſq; diẽ motus, e-
tiã in lecto. Nec à maſculi partu ante tri-
geſimũ diẽ, nec fœminę ante quadrage
ſimũ (tot em̃ ſunt puerperij dies) purgare
licet. Sed in morbis qui à partu fiũt ut do
lores, febres, menſiũ ſuppreſsio uel pro-
fluuiũ dies à partu. Retentio aũt menſiũ
quãdoq; admirabiles effectus producit,
adeò ut Hippocr: referat (3. Prognoſ tex.
& com.7.) duas ex his factas eſſe hirſutas
cum barba & uoce aſpera, breuiq; peri-
iſſe. (6. Epidem. in fine) Infantibus quo-
que morbus quem uocant matrem pue
rorum

torũ contingere ſolet, comitiali quã conuulſioni propior. Qui ſine motu fit p̃ſertim in facie planè lethalis eſt, fit enim ex craſſo humore. Si ergo euadãt ſubſequatur atrophia, inſanabilis ea eſt, quoniã è cerebro ad pulmones uel mẽbra naturalia materia trãslata eſt. Nã cũ illa deſinit, hęc incipit. Curant̃ lictu mellis antequã lac ſugant, & inunctione oris uentriculi ac plãtę pedũ ex aqua ardẽte. Obnoxij ſunt maximè uſq; ad quintũ annũ. Accidit ex timorib. ortu dentiũ, febribus ac uermibus. Cõtingit & ex fletu hernia umbilici grauis, tũ etiã ſcroti. Curatur inungẽdo cum oleo nucũ, & cerato uinculi loco. Senes magnã ferunt inediam nõ tamen lõgã, etiã ſi fucata ſit purgatio quoq; & uenę ſectio moderatè & pro neceſsitate. Nihil em̃ magni citra grauẽ læſionẽ, tamen ſi quãdoq; occultã ſuſtinẽt. Cõualeſcẽtibus reſtituere uires tẽperiẽ ac mẽbrorũ ſubſtãtiam decet, iure pulli cũ teſtudine uel cochleis, cichorea, plãtagine, uuis paſſis, petroſilio, boragine, nuce myriſtica & Indica. Nonnunquã abſcinthiato uino.

Vt in uniuerſum ad hęc inediæ metas

conſtituamus,ſcopi illius tres ſunt: Tolerantia,Facilitas, Neceſsitas. Tolerantiæ quatuor ſunt partes, caloris naturalis paucitas,uirium robur,cõſuetudo & ſolidorum exigua reſolutio. Neceſsitatis tres,morbus potens magnus aut periculum imminentis & coctio. Facilitas eſt ut famẽ non ſentiat,nam ex eo ſenſu uentriculus prauis repletur humoribus,multis defectus animi,quibuſdam etiam ſyncopis,aliquibus conuulſio, ut Grãmatico illi accidit.Ergo abſceſsibus maior ex neceſsitate,indicatione inedia quàm febribus debetur,non tamen adeò cũ ſuppurant ferũt, tum quia excreando uires minuuntur,tum quia ad excreandum opus eſt uiribus muſculorum.In peſtilentibus febribus facilitas ſępe magna cum non appetunt,neceſsitas etiam non parua, morbus enim uehemens & natura expulſioni intenta, ſed tolerantia nulla, tum quia robur non adeſt uirium,&tum earum uſu multũ indigemus ad propulſandam materiam,& membra liqueſcũt. Ergo in humeri fractura uel coxendicis Hippocrates in libro de fracturis, ſi non ad-

adſit febris, ut ſine cibo ſola contenti a-
qua maneant per ſeptem dies, ſi febris ad
ſit per quatuordecim, iubet: nam ibi du-
plex morbus magnus dolor & febris,
metusq́ maiorum malorum imminen-
tium, abſceſſus ſcilicet & conuulſionis,
materia quoq; concoquenda ob febrem
facilitas maxima, nulla enim fames ob
doloris magnitudinem. Cum enim fa-
mes ſit doloris ſpecies & duorum dolo-
rum qui non ſecundum eãdem partem
fiunt maior minorem obſcuret, nunquã
in magnis doloribus homo appetit ci-
bum. Tolerantia etiam cum calor natu-
ralis febre & dolore minuatur, manenti-
bus tamen uiribus, quamuis eis nec o-
pus ſit, & non reſoluatur corpus, mani-
feſtum eſt omnes concurrere cauſas ex-
quiſitiſsimæ longiſsimæq́; inediæ. Non
ergo demirentur idiotę, nec contradicãt
improbi medici longis ac exquiſitis ine-
dijs in febricitantibus, cum has Hippo-
cratis multo grauiores uideant. Sed illud
cõſyderatione dignũ, cur febriẽtes non
ſolum facilius ſed melius ſanis inediam
ferant? Quod enim facilius non obſcur-

rum, cum non eſuriant, tum ob calidam & ſiccam intemperiem, cum appetitus fiat magis à frigido, tum quia ſitiunt plerunq;, raro autem homo ſimul eſurit ac ſitit: pluribus etiam uentriculus humoribus prauis in febribus abundat. Saltem uapores corrupti ad os uentriculi deferuntur, qui famen tollunt Sed de tolerantia mirum uidetur cum maior fiat reſolutio á duplici calore quàm ab uno. Cauſa ergo eſt quia calor naturalis primum minor eſt cum in igneum ſit tranſmutatus. Igneus autem humidum aqueum potius depaſcitur quam innatum; cuius inditio eſt ſitis in febrientibus loco famis in ſanis. Calor igitur naturalis minor minus abſumit, ideò uires minus reſoluuntur. Alia cauſa eſt quod naturalis calor depaſcitur partem utilem materiæ peccantis: ob id enim concoquit, quia ſibi concoquit, eſt enim agens naturale, non uoluntate agit. Ideò in febribus ex crudis humoribus tũ ob copiam utilis partis, tum caloris paucitatem quæ à frigore materiæ contingit, homo quatuordecim diebus exiguo cum uiriũ detrimento

to ſine cibo manebit, qui alioqui nec tribus manere poſſet, quin magis læderetur. Qui uerò dicunt ob id non debilitari ægros quia natura alteri negotio intenta ſit, pulchra quidem uerba proferunt ſed quibus nullus ſubſit ſenſus, uel puero dignus,

Tertium decimum exemplũ eſt ulcerum chironicorum cãcroſorum & oſtracoſorum in quibus ſunt ſcirrhi. Emollire oportet emplaſtro inde aperire unguento Alexandrino uel Aegiptiaco Meſue, aut quod eſt ualidiuis Ioannis de uigo, poſt ſpongia, Inde labia aperire ferro, Inde melle roſaceo & uino & decocto hordei, clyſterizare ut uocant Deinde funiculo tranſmiſſo cum eiſdem unguentis attenuare cutẽ, demum ſcindere, Poſt putrefacere carnẽ & calloſa præſcindere ſemper attenuata acute. Demum recreata carne conſolidare & cutim ſuper inducere. Decem ſunt operationes, ſeptem priores duobus diebus perſici ſolent ſingulæ: quædam quatuor aut quinque, ultimæ tres pro magnitudine morbi, plerunque lon-

longiores. Caro ipſa calloſa præſcin-dit chalcanthi oleo & oliuæ ligno parte interiore, nam uix dolet. Iuuat autem plurimum ſanguinē tum maximè nigrum proiicere & ad totum & ad partē leuandam.

Vltimum exemplum eſt ſymptomatum quorum præcipuum eſt dolor, qui quamuis ex continui ſolutione fieri potius à Galeno credatur, conſtat tamē ex intemperie, etenim in ulcere repurgato nullus penitus dolor ſentitur, ut ego in me ipſo (tametſi magnum eſſet) expertus ſum. Vt mirum ſit hoc Galenum nō uidiſſe. Si dicas, quod exigit nouam mutationem: ergo in ipſa ſtatim mutatione aut ſaltem maximè doleret. Quorum utrunque falſum. Nam homine non aduertente uulneris accepti etiam in membro uehementis ſenſus, nec ſtatim dolor ſentitur, & poſtquā ſentitur augetur etiam ad multas horas. Cura igitur eorum qui ex flatu oriuntur laxantibus & ſenſum auferentibus (ſi omnino ferendo maiorem noxam ſit paſſurus) cōſtat. Verum ſi nec phlegmones nec uigiliarum nec

caſus

caſus uirium nutus ſit, flatum diſcutere atq; illius cauſam tollere oportet. Ea autem plerunq; non naturalis calor, & materia lenta pinguiſúe. Sed & ab aquea oriri poteſt. Naturalis calor ualidus ex lenta materia flatum generare poteſt & diſcutere, imbecillis non diſcutit, ſed neque generat. Debilior moderato genitum nõ poteſt diſcutere, ſed generare ſolum. Ob id quæ diſcutiunt pleraq; in tertio ordine ſunt excalefacientium atq; exſiccantium, ut rutæ, cumini, petroſilij ſemina, tum uiticis, ſtœchas etiam auxilio inciſionis, tametſi non adeò ſicca tollit flatum. Nam et oxymel quamuis temperatum diſcutit flatum. Sunt qui coriandrũ id poſſe credant citra calefactionem. Quæ ergo incidunt & quæ diſcutiunt tollere flatum poſſunt. Quædã cauſam flatus dum mutant, flatum ſuſtuliſſe uidentur, ut anethum & chamemælon. Fiunt autem plerunq; bile cum pituita miſta, altero materiam, altero præbẽte principium generationis. Vt ergo cauſam auferas, exercitatione, uictu tenui, ſomno, unguẽtis, odoratis, frictione, ac demum

frigidi ac lenti humoris euacuatione, in-
digemus. Aperienda tertio loco uia eſt
ipſi flatui, uelut educendo feces atque pi-
tuitam in coli dolore, clyſteribus primũ
mollibus, inde acribus, urina infantis, li-
xiuium, ſapo gallicus ſeu niger, aſſa fœti
da, ſapa oleumqúe, & nonnunquam
mel. Ius quoque galli decrepiti cum le-
nientibus & diſcutientibus flatum, aco-
pis, uelut ſolanum, & purgantibus ut ex
compoſitis benedicta utraque. Exte-
rius in uentriculi & inteſtinorum dolo-
ribus emplaſtrum ex ſertula campana,
& ſi diuturni ſunt, ruta, cuminum. Ge-
neraliter autem roſaceum oleum omni-
bus confert doloribus, & ſi uehementiſ-
ſimi ſint cicuta lumbriciqúe adhibean-
tur. Medium oleum ex uitellis ouorum
& compoſitionis ratione, ut in podagra
& capitis dolore uitta. Et dolores om-
nes ex flatu aut uapore factos ut in fe-
brium exacerbationibus, uentriculi, ca-
pitis, dorſi, ſoluunt cucurbiculæ ſiccæ.
Et cui dolor ex apice iecoris complicato
aderat, concuſſo homine ſtatim ceſſauit,
in-

inquit Hippocrates. (6. Epidemiorum: ſec. 7.) Quod ſi dolor non ſedetur antequam lethalium malorum aliquid progignatur, Philonio Romano (quod à morte liberans ob id appellatur) aut ſi calidior ſit materia, theriaca utemur: ſomnifera enim ſunt. Aliter quidam mortem afferunt ut uentriculi dolor per abſceſſum aut atrophiâ. Aliȷ̃ comitantur ad mortem. Vnde Hippocrates: Renum affectiones poſt quinquageſimum annum ſanatas non uidi. His tamen quibus ex febre renes dolent oleum mẽtæ auxiliatur, ut crurium oleum camemelinum cum dimidio olei hypericonis. Dolor quoque capitis uehemens ac diuturnus, quiq́ue non ſoluitur auxiliȷs, interficit niſi deriuatione aut igne antequam neruos lædat aut uires proſternat, curetur. Vnde infantibus exitialis eſt. Vigilia proximo loco eſt quæ languentes & ſanos ex ęquo affligit (2. de uictu in acut. Cõ. 44.) in febribus cruditate ſignificat, nam & ex cruditatibus fit, tunc enim acres ſunt humores.

Con-

Concoquentibus ergo eam curabimus tum balneo, lactucis quoque & lactis ſpuma in fine cœnæ. Præcipuè uerò illius arterijs, non temporum, ne æger ad attonitum morbum præparetur, unguento pPuleo uel oleo expreſſo ex hyoſcyami ſemine, uel ſi cum frigidis humoribus ſit (quod genus peſsimum eſt) hoc medicamento: Styracis, radicum iridis, myrrhæ, croci, caſtorei, ſingulorum drachmas tres, aloes, ſeminis hyoſcyami, ſucci mandragoræ, ſingulorum drachmas duas, opij drachmas quinque cum ſucco ſolani ſomniferi (cuius flos, fructus, radixque ad rubrum tendunt) aut parthemij igne denſati fiant catapotia, unguentumque liquidius. Quod ſi æger noctu non dormiat quoniam tum maximè febre urgeatur die dormiet; Sin caſu alternis ſolum diebus, modo ferant uires, nec multum dormiat, ut ſic & uiribus conſeruandis & recuperandæ conſuetudini ſatisfaciat. Semper tamen in remiſsionibus febrium ſomno indulgendum. Ἀσιτίᾳ ſuccedit abſinthio in uino infuſo oxygaroque nonnunquam uomitu & deiectione ua

lida

lida ſoluitur. Lac uerò ut ſitim ſedat, quoniam potus formam habet nutrit ut cibus, ideò his qui uehementer ſitiunt & cibos abominantur utiliſsimum. Sitim ualidam ſedant Intubus plurima ſatiua iuri incocta: agreſtis etiam muccoſus ſeminum humor aut cotoneorum aceto uel omphacio exceptus, uel tamarindi arantij ſucco purgati in ore detenti. Et ſcias quod plerique morbi uentriculi ad appetentiam pertinentes à iecore originem ducunt. Quæ autem in cute fiunt, quę detergunt, quale hoc, in aquam extincti æris incoquantur mororum cinis, chelidonię, uerbaſci, oxylapathi, boraginis radices, ſcabioſæ & fumariæ folia. Vnguentum ad eadem ex eorundem fermè ſuccis cum oleo antiquo atque aceto coctis, inde additis axungia porci ſalita, pice liquida, ęrugine, hydrargirio, ſulphure uiuo, chalcantho, alumine, auripigmēto, calce uiua, elleboro utroque, galla, fuligine, thure melleque in ærea ſartagine uſto. Ita repurgato corpore lepræ, impetigines, ſcabies, tubercula, ulcera ſinuoſa, calloſaque, tinea, alopecia, ſanantur.

Cera

Cera autem corpulẽtiam addit & accedi nem minuit. Sed ſi quæ tubercula profundiora ſunt manuum auxilio facilius euelluntur. Cum uerò repentinis fluxibus aut alui purgationibus aliquis inſtatur, ſi materia corrupta non eſt plerunque ſalutare eſt. Si autem non, cibum minue. Si nec ſic iuuatur, membrum confirmantibus utere. Si nec ſic ſedatur ſymptoma lethale eſt: nam uel ex abſceſſu duro uel ex ſinu uel ex inuicta obſtructione uel ex immodica materiæ copia pendet. Syncopis autem iuxta cauſarum rationem curari debet auertentibus, bonis odoribus, aëris refrigeratione, cor confirmantibus. Quintum eſt cibus qui ſtatim nutrit, ut panis uino infuſus. Porro palpitationis cordis auxilia quæ iam ſupra diximus cor confirmant: ſi tamẽ ea nauſeæ aut bilis uomitui iungatur à quo nõ ſedet, malũ portendit, nã uẽtriculi cõuulſionẽ ſignificat, ut inquit Auicẽna. Diximus aũt peſtilentię hoc eſſe familiare.

Tuſsim papauer album, ſemen hyoſcyami, terebentina, ſtyrax odorata, crocus, opium cum cynogloſſæ ſucco, fiant cata

potia

potia ἄπο ὃ δὲ ἐπῶντο.

Hæc igitur de ægris dicta ſufficiant. Porrò ſanos morbis grauibus obnoxios uere & autumno purgabis educto humore qui morbum facit. Secabis autem uenam ſi plures in uenis humores fuerint, aut morbus è ſanguine, uel ſi corpus cum hac morbi ſuſpitione ſanguine refertum fuerit. Oportet autem ab euacuatione optima uictus ratione uti, nam qui poſtmodum intemperanter uiuunt eis ne manum admoueas, parum enim aut nihil iuuantur, ut Galenus ait. (libro de uenæ ſectione capite.7.)

Satis iam de exemplis actum eſt generalis curationis omnium malarum affectionum. Ad quam intelligendam deductionemq́ in omnes faciẽdam prælegiſſe quædam partim, poſt etiam ad exactã notitiam ſingulorũ oportet. Quę cũ paucula ſint ad pfectionẽ dicere non grauabor. Septem igitur, primum Veſalij libros de corporis humani fabrica, inde Galeni præſtantiores, De uſu partium decem & ſeptem, De cauſis Symptomatum

matum tres, ſex de locis affectis, priores quinque de ſimplicibus medicamentis, ſeptem de medicamentis ſecundum genera, decem ſecundum locos, & quatuordecim Artis curandi, omnes ſexaginta duo. Octo etiam ex Hippocrate, iuramentum, lex, ars, uetus medicina, de Medico, de decenti ornatu præcepta (apparet enim hos ex ordine quo medicus ad ſcientiam et opus inſtrui debet unius eſſe atque eiuſdem cuius eſt iuramentum) libri de Aëre & Aquis prælegendi ſunt, ut ſint omnes introductorij libri ſeptuaginta ſeptem. Qui uerò poſt hunc legendi ſunt, quoniam ſummam in illis exigimus grauitatem, & ut breuitate pares ſint atque abſoluti, Hippocratem eiuſque æquales ſolum eligemus. Nam & hi etiam Galeni iudicio Hippocrati conferri poſſunt. Sunt autem (ut primo de uictu (com. 18. cap. 1.) in acutis & tertio de ſpirandi difficultate habetur) hi, Ariſton Euriphon, Philiſtion, Hippocrates minor Theſſali filius, Theſſalusque pater Hippocratis filius, Polybius diſcipulus Hippocratis & Phaon. Dioſcorides quoque

quoq; in re herbaria, ſed multo illis iunior. Fuere & Diocles & Pherecides, ſed autoritate non adeò in medicina clari. Quoniam uerò omnium priorum libri in unum uolumen ſub Hippocratis nomine congeſti ſunt, ideo eos inter ſe diſtinguere id opere preciũ fuerit. initium facientes ab ea ratione qua libri an alicuius noti autoris germani ſint, dignoſci conſueuere. Ea autem eſt, ut primum illius puriſsimos ac germaniſsimos libros adeo familiares ſæpius atq; attente legendo reddas, ut ſtylum, dictionem, ſententiaſq; promptè cognoſcas. Dictiones ex dialecto tum magis uſitatas aut quas refugit aut eo tempore cõſuetas, ut Plautum à Terentio: Stylus breuis, longus, reflexus, ornatus, incõptus, obſcurus, clarus, durus, lenis, rectus, continuus, abruptus, floridus, aridus, aſper, mollis, fecundus, ſterilis. Sententię graues, leues, preſſę, laxę, certę, dubię, uerę, falſę, ad rẽ, ꝑter rẽ, ordinatæ, inordinatæ, ſimpliciter prolatæ aut demonſtratæ, atq; hæ ꝑfectè aut enthimemate uel probabilibus rationibus atq; exemplis ex cõtrariјs extremiſ-

úe deducendo ad ea quę eſſenō poſſunt. Connexis, diſiunctis, incompoſitis cum teſtimonijs. Inde animaduertere neceſſarium eſt quot illius autoris fuerint ſcribendi genera, uelut apud Hippocratem quinq;, hiſtoricū in Epidemijs, Demonſtratiuū in libro De Aëre & Aqs. Sētentiæ ut Aphoriſmi, Præcepta ut de medici uulnerarij munere, Miſtum, ut in primo de morbis. Veriſsimile eſt etiam iuueni ac ſeni & in media ætate diuerſa fuiſſe ſcribendi genera. Et ut de Plotino dicebat Porphyrius, in iuuenta leue, in ſenio remiſſum, media ętate floridum fuiſſe. Tribus ergo modis dignoſcere licet an libri eius ſint autoris cui inſcribuntur: ſi ſententiæ ſentijs conueniunt, ſtylus ac dictio: Et ſi de ſeipſo teſtetur eos cōſcripſiſſe libros: Demum ſi quis alius eius ætatis aut multum in illius libris uerſatus ac grauis iudicij uir id affirmet. Velut in Hippocratis libris Galenus, quem etiam uериſsimile eſt multa de huiuſmodi ab antiquioribus & qui Hippocratis ætate uixerunt accepiſſe.

Iuxta hoc igitur compendij cauſa om-

omnes libros qui ſub Hippocratis nomine in unũ collecti ſunt in duodecim claſſes diuidemus: in quarum prima eos octo collocabimus quos proginaſmatum loco prælegendos nuper docuimus. Nã librum de Aëre & Aquis Hippocratis germaniſsimum eſſe conſtat ex Galeni ſententia ubi de his agit.

Secunda claſsis eſt reliquorum germaniſsimorum Hippocratis qui tertio de Difficultate ſpirandi numerantur. (cap. 1.) Primus & tertius Epidemiorum de uictus ratione in acutis uſque ad balneorum tractationem, ut in ſecunda ſectione apud Galenum. (Com. 38.) Aphoriſmi & prædictiones, ut omnes germaniſsimi ſint ſex. Maior tamen pars quinque poſteriorum traducta eſt in hunc librum, ut ſint minus neceſſarij lectu.

Tertia eſt lectu neceſſariorum et germanorum. Primus de morbis & de internis affectionibus, Galenus tertio de Articulis. (Com. 18.) probat & libro. De morbis in primo de Natura humana in initio; ſed in ſecundo de uictu in acu-

tis quaſi negat.

Quarta eſt neceſſariorum pro occa-ſione, de uulneribus capitis & de ulceri-bus, ut Galenus in libro de libris pro-prijs. (cap. 6,) Chirurgiæ quoque offi-cina & de fracturis & articulus quos o-mnes Galenus expoſuit ut ſint quin-que.

Quinta quatuor Hippocratis libros cõtinet ſed impuros: de natura humana uſq; ibi, uenæ craſsiſsimæ, ut Galenus in initio docet (cap. 7.) De humoribus primo de Criſi. Secundus & ſextus Epi-demiorum ut ſecundo in ſextum docet Galen. (com 14.) ubi etiam ſecundum ſe-xto pręponere uidetur. Omnes igitur Germani Hippocratis uigintiquatuor.

Sexta claſsis neceſſariorum eſt, huic operi, ſed dubiũ eſt an Hippocratis ſint. continet autem ſeptem libros: Secundũ de Diæta, ut Galenus teſtatur. (1. De A-limento,) nam de eo uariè idem locutus eſt: De affectionibus, nam hunc grauis omnino auctoris eſſe uult, ſed adeò ut ſexta Aphoriſmorum eũ ad Hippocra-tem uel Polibium referat (Com. 1.) libri

duo

duo de Mulierum morbis, et liber de ſterilibus, nam quinta Aphoriſmorum primum de mulierum morbis Hippocratis eſſe affirmat in libro cui titulus eſt linguæ Hippocratis ſecundum. Quia tamẽ in libris de genitura & ſterilibus meminit librorum de morbis mulierum, in his rurſus libri de natura pueri (cap. 1.) quem Galenus in libro de fœtuũ formatione non uidetur probare tanquam legittimum. Ideo cum cõſtet hos quinq; quos nuper recitauimus eiuſdem eſſe autoris ideò inter dubios numerantur. (cap. 3.) ſeptimus eſt de Prędictione ſecundus ut in libro de Comate.

Septima claſsis dubiorum etiam, ſed non niſi pro occaſione neceſſariorum: De Genitura: De Natura pueri, De Flatibus. Nam undecimo Artis curatiuæ diffinitionem medicinę ex eo libro ſumptam. (cap. 12.) Galenus ut Hippocratis probat. Dubij ergo omnes decem, ut ſi quis etiam eos ad Hippocratem referre uelit omnes ſic Hippocratis libri erũt triginta quatuor.

Octaua continet alienos libros tres.

Primum de ſalubri diæta Polybij, & Secundum de morbis Hippocratis minoris ex Theſſalo nepotis Hippocratis, ut teſtatur Galenus primo in ſextum Epidemiorum (Com. 29.) Eiuſdem erit ergo tertius quia continuatur illi.

Nona continet nouem libros grauiorum autorum, & ſi quis meo iudicio acquieſcat, magna ex parte etiam ab Hippocrate non alienos, ſanè utiles. De Superfœtatiõe, Dentitione, Corde, Humidorum uſu, ſacro morbo, Natura muliebri, De Decretorio, De Fiſtulis & Hæmorrhoidibus.

Decima continet ſolum Quartum Epidemiorum tanquam miſtum. Quidam tamen ad Theſſalum referebant, ut ait Galenus.

Vndecima eſt incertorũ & parui momenti libros habens quatuor De Septimeſtri partu & Octimeſtri, Exſectione fœtus & uirginum morbis.

Duodecima eſt eorũ qui quanquam ſint inutiles, ſunt tamen lectu iucũdi, continens quinque libros, De Glandulis Inſomnijs, Coacæ prædictiones, De uiſu, &

Epiſto-

Epiſtolas.(Com.29.)Nam Coacas prædictiones reprobat primo in tertium de morbis uulgaribus. Epiſtolas ſi quis nō recipiat parum refert cum ad artem non pertineãt,parumq́ forſan aberrabit. Nã quæ de Democrito grauitatem Hippocratis non ſapiunt.Artaxerſis commenta Græce leuitatis argumentum potius quam laudis Hippocratis. Ergo libri eius uoluminis quouis modo utiles Quinquaginta ſex. Sed nos librum de humidorum uſu in librum de Aqua & Aethere tranſtulimus.Si quis autem ob contextum & uoluptatis cauſa quintum & ſeptimum Epidemiorum uel etiam ob ſolam Hippocratis memoriam adijcere his uelit,nō uituperamus.Cęteri & ſunt decem de carnibus, corporum reſectione,oſsium natura,locis in homine,medicamētis purgantibus. Primus & tertius de diæta, de morbis quartus, de iudicationibus,Prorrhitici Primus,quem Galenus exponendo non ſolum Hippocratis eſſe negat ſed etiam illius authorem ſæpius accuſat. (1. Prorrhitici com. 4.& 15.)Et quamuis in ſecundo eiuſdem cō-

mentaria uideatur ad Draconem filiumq́ Hippocratis uel Theſſalum alterum, aut unum ex nepotibus referre, ab Hippocratis mente tamen alienus eſt. Cæterũ omnes hi decem adeò leues, mutili, obſcuriq́ſunt, ut pro tam laborioſis interpretationibus ſolã periculoſam doctrinam adipiſci poſsis. Si tamen & hos legere libeat, methodo illa qua Galenus exactiſsimam tradidit, quaq́ libros Hippocratis interpretari docuit, & in ordinem illius dicta redigere, & ad opus traducere utaris. Hoc etiam illi debemus quod abſurdas ſectas, & falſas opiniones multorum ſcriptorum, præcipuè Eraſiſtrati, Archigenis, Aſclepiadis, Themiſonis, Theſſaliq́ alterius imperitiſsimi hominis ſuſtulit, ac ex omnium mentibus deleuit. Ceterũ quod ad Hippocratis comparationem attinet nec inuentione nec peritia nec ſubtilitate multominus grauitate cum illo conferendus eſt.

Vt uerò omnia breui colligam, medicum decet quinq; in rebus ſe ἀρκετὸν exhibere: In munere ſuo, & quò ad ægrum & quò ad ſe, & ad aſtantes & alios medi-

cos

cos. In munere quidem ut cum totam artem, ut dixi, in duobus capitibus conſiſtere docuerimus, rectè prædicēdi, recteque curandi, eam etiam ad duas contrariorum cōiugationes deducere, noueris commodeq́ꝫ in illis exercere. Prædicendi mortem ad contrarij ſigni aut ſymptomatis cum morbo uel cauſa, de quo dictum eſt, ut ſi nō doleat cum doloris uehemētis cauſa adeſt. Hoc enim medium non extremum, extremum enim uoluptas eſt. Vel à minoris inuentione, ueluti ſi cogitantes negotiorum obliuiſcimur, intenta cogitantes etiā reſpirationis obliuiſci cōtinget. Et ſi captiuo humidū ſolum cacheſiam inferre ſolet, quanto facilius crurum ædema: In opere uerò à maiori ut quæ attonito morbo proſunt, magis etiam, ut antea dictum eſt, reſolutioni. Tum à ſimili quæ peripneumoniæ etiam laterali morbo. Particulatim autē morbi quorum cauſa prorſus præter naturam eſt ut lapis in renibus & uermes, ſi cauſa expellitur ſanantur, ſi non lethales ſunt. Ergo cum utriuſq́ꝫ extremi participes ſint, anceps erit iudicium de exi-

itu, donec procedente tempore alterius eorũ euidens exceſſus dignoſcatur. Scire quoq; decet eorum quæ ad artem pertinẽt propria nomina, ut & facilius mente poſsis explicare, & quæ ab alijs dicuntur intelligere. Vt Iſchuriam urinæ ſuppreſsionẽ, ſtranguriã cum guttatim meit, dyſuriam cum difficulter uel cũ dolore. Vt uerò diſsimilia pręſentibus aut præteritis cum magis à naturali ſtatu recedũt in forma uel operatione morbũ declarãt, & ſi maximè interitum, ita ſimilitudo propriæ ſanitatis ſignum eſt: quãobrem illam & in ipſo & compari obſeruare decet, ut ea ſcopus ſit aſſequendę ſanitatis, non ſolum finis ſcientia ſed auxiliorum moderatione. Cum uerò uires abſq; materia minuere uel ob ſuſpitionem uel morbi magnitudinem cogeris, ut cum in peripneumonia ſanguinem educis, cum ambo uaſa quæ ſanguinem in pulmonibus continent ex corde ueniant & in pulmonibus finiantur, periculum eſt ne uelut pluribus hominibus ingentem lapidẽ alacriter ferentibus uno uel duobus ex eis detracto lapis corruit, geſtoresq;

resq; opprimit, atque adeò uires eorum omnium tollit,ut uelut mortui iaceant, ita æger qui alioqui ualidus uidebatur, et bene ferre morbum,repente collapſus concidat & moriatur, hoc autem ſæpe contingit ſecta uena in uigore febrium continentium,aut iam ſuppuratione interius maturata. Vt autem modum deducendi ex fine curam edoceam: proponatur luxatũ os aliquod,iã ſcimus illud reponendum ea generali regula quæ nos docet cõtraria cotrarijs curanda:& quanto citius,quoniam & morbus ſimplicior eſt & minus contumax: quodq; ad naturalem ſtatum eum reducere oportet,qui ex ſui aut comparis ſimilitudine dignoſcit,tũ etiã q; dupliciter reduci poteſt impellendo qđ minus eſt efficax & trahendo,ſeu utroq; modo ſimul. Vis etiam ea cõpar mẽbri lapſui eſſe debet. Quamobrem manus ſeu trahendo ſeu impellẽdo digitorum luxationi & reliquorũ paruorũ membrorum ſatisfaciet, maiorũ uerò duriorũq; mẽbrorũ repoſitio machinis indiget, gloſſocomio, triſpaſto, ſcãnoq; Hippocr. tum alijs innumeris. Rurſus ſit

uen-

uentriculus pituita & bile in ipſis tuniꝫ
cis immerſa refertus: præparabimus, huꝫ
morem inde educemus cum his quæ ad
uentriculum non trahunt, cuiuſmodi eſt
hiera Galeni, ea enim neq; longius traꝫ
hit, & tamen profundius trahit & uentri
culum confirmat. Quę enim longius tra
hunt, materias alienas ad uētriculum de
ducunt. Inde incertus es, an plus adduxe
ris an eduxeris. Siq̃dē medicamēta q̃ ueꝫ
hementer purgant uentriculum prius
ſua qualitate inficiūt: inde uētriculus re
ceptam expellit per pylorō, nonnunquā
ſuperius per uomitū, ita ut à ualidis meꝫ
dicamentis bifariam uētriculus malè afꝫ
ficiatur. A medicamento autem exhibiꝫ
to caue ne cibum concoctu difficilē aut
plurimum aut uehemēter frigidum des,
neq; etiam uinum. Vinum enim potens
corpori excalefacto ex ui medicamenti
aliquando febrem excitat, ut inquit Aui
cenna. (4.1. cap. 5.) Ex cibis autem prædi
ctis cruditas, anxietas, uomitusq; fiunt,
abhorrentq; cibum. Vbi ergo febris ſucꝫ
cedat diligenter conſydera an ſit epheꝫ
mera, & tunc ut ibi Auicenna docet, ſufꝫ
ficiet

ficiet potus aquæ hordei. Sin autem ex feruore ſanguinis ſit, ſtatim mitte ſanguinem. Sin intermittens facta eſt obſtructio in uenis à caua ad gibbam iecoris, eam igitur cum aperientibus frigidis ac incidentibus cura, fouendo locum puluinari & medicamenti opus iuua cum clyſteri, & humecta corpus. In ſingulis ergo morbis methodo à fine deducta uarios non ſolum curandi modos ſed argumenta deprehendendi ſymptomata, cauſas exituſq; morborũ habebis. Semper etiam illud ante oculos ſtatuas ut omniũ quæ eueniunt aut euenerunt tum agendorum per ea quæ his ſcripta ſunt & ab Hippocrate cauſas atq; principia inuenias, ac per ea quæ proſunt nocentque, conſentiunt aut repugnant eò uſq; deducas donec nihil quod non conueniat opinioni tuæ relinquatur. In utroq; etiam munere memineris ingreſſus ſolis in æquinoctia atq; ſolſtitia: tũ lunæ cũ ſole ac erronibus fixiſq; ſtellis ſoliſq; ad hæc congreſſuum, magnum enim momentum habet. Sic & ſtatus aëris, uenti enim ſiſtunt medicamentorum uim, plu

uiæ

niæ iuuant. Vt & congreſſus Lunæ cum leuibus ſyderibus ſoliſq; in æquinoctia ingreſſus. Cæterũ periculoſas faciunt euacuationes, ut maleficæ damnoſas.

Quòd uerò ad ægrum attinet, illũ in magno morbo ſpe implere nõ debet, ne ex confidentia, inquit Galenus (6. Epid. par. 2. Com. 44.) delinquat, & ſæuiente morbo in maiorem triſtitiam decidat. Inde etiã fiet ut in poſterũ medico minus confidat. Ergo illum potius dicit, deterreat, niſi admodũ timidus natura ſit. Nã cum non aberrauerint medici nec ægri, nec aſtantes, cum ualde pauci natura lethales ſint morbi, ualde etiam pauci ægri peribunt. Si dubites an ægri morbum ſimulent, aſpera propone auxilia nam ea reſpuent. Qui uerò quæ imperas facere ſimulant, neç faciunt, eos ſic deteges. Queraris feciſſe quæ feciſſe uolebas, & non feciſſe quæ feciſſe nolebas, nam fatendo uel contradicendo deprehendes quid egerint. Infantes contumaces à noxijs arcebis clam immiſſa epatica aloe his qui illis aduerſantur, inde ultrò offeres. Seruos & negotijs addictos

medi-

medicamentis cura, cũ exquiſitam ſerua re uictus rationem illis non liceat. Pauperibus uilia & ex horto conquires auxilia. Viginti quatuor cognoſcere oportet à prima uiſitatione: urinas, fœces, & ſi quæ ſunt peculiaria excrementa, Motum totius corporis, ſed capitis præcipuè, ſomnum, ſitim, amaritatẽ oris, linguam, appetentiam, uocẽ, pulſum, reſpirationem, inquietem, modum & horam acceſsionis uel exacerbationis febris ac declinationis, & ſi cum iudicij imagine fuerit. Vẽtrẽ, dolores: Quãdiu ęgrotat, quãdiu non ęgrotauit, q̊ morbo, quo modo euaſerit, an excretionẽ aliquã pati aſſuetus ſit, tũ acta. Pręter hæc habitũ, tẽperaturã, ętatẽ conſuetudinẽ, artẽ, regionẽ, anni tẽpus, morbos uagãtes, moreſq́; animaduertere decet. Cũ reuiſeris omittes interrogare quinq; illa q̃ ante acta deſcripſi. Nihil temere agas, medicorũ noſtrę ętatis more, q, ut dicit Galenꝰ primo Epi. quaſi aleã iaciẽdo præſidia adhibẽt. Sępe etiã leues curę ſi fideliter fiant poſſunt dare ꝑpetuã ſanitatẽ. Plus eñ ꝓficit medicamẽtũ unũ familiare, licet uulgare ob diu-

diutinum uſum, quam præſtantiſsimum quod ſæpius aſſumere prohibemur. Dicebat Plinius medicus. (lib. 5. cap. 56.) Sic ruta uidimus plurimas difficilimas affectiones ſanatas uentriculi, inteſtinorūq; tum atræ bilis ac flatuum. Incidit enim ac attenuat mirum in modum, & propter familiaritatem haud irritat, præcipuè cum ſale & aceto ſumpta: Cibos, potus tu ipſe exhibe, tum medicamenta, uel aſſiſte. Sæpius eos inuiſe. Sanos purgaturus ualido medicamento turbationem & moleſtiam, periculum etiam febris ob multitudinem materię quàm mouere co geris ſubindica. Ceratum loco non omnino glabro impoſiturus, interpone ſericeum linteum, ſic ut margine tantum ad hæreat cuti. Quæcunq; moliris magna, die antecedente exquire & para, ut chirurgum qui uenam aptè ſecet: Elleborū, lintrem ad balneum. Succis plantarum conuenientibus medicamenta, tam externa quam interna infunde, utile enim eſt ægris hoc & artificioſum uidetur. (Auenzoar. 1. Theiſir. 7. 10. ca. 8.) Nec tamen in medicamentis dandis (nec in aliis actio-

ctionibus intelligo ego) ſummam ſubti litatem ſequi oportet: ſophiſtæ enim eſt atq; medici ϖραστορ@.

Quod ad ſemetipſum attinet duodecim rebus pręſtare debet medicus: tactu uiſui, odoratu, memoria, ingenio eruditione, experiētia, prudentia, iudicio. contemptu reliquarum rerum. ueritatis amore ſingulari, ac diligentia. Alia uerò quæ faciunt ad gloriam comparandam, Decēs ornatus, grauitas in geſtibus, ſermonis pauci comis modeſti, ornati. Oportet autem totum e arti non ſolū ſtudio ſed opere dedere, idq; præſeferre, nō ſolum generaliter, ſed cum quenquam inuiſis ille intelligat te totum in ſui ſanationem intentum, nec aliud prorſus meditantem. Non aliena loquaris, nec de tuis rebus quicquam commemores. Si ſic ęgeris ægri ſalus tibi uni, ſiniſtra alijs, aut caſui: ſi ſecus ſiniſtra tibi ſalus alijs aut caſui aſcribetur. Prauorum etiā morborum lucri ſpe curam noli ſuſcipere, ne imperitus aut improb. iudiceris. Debes ſcire præcipuè anatomiam, & cognoſcere ſimplicia optimè & compoſita & com

T ponendi

ponendi rationem callere. Item locorum & aquarum naturam, & generalia præcepta internoſcere ſi ſint talia ſimpliciter: ut uictus humidus febricitantib. omnibus cõfert, an uerti poſsint in cõtrariũ: ut in magnis morbis, & à plenitudine euacuatio cõuẽit, nã nõ in peripneumonia.

Cum aſtantibus longe maior eſt difficulta ob prædictiones. Si ergo alienũ ægrum curandũ ſuſcipis aut cum alijs medicis, ab interrogãtibus iudiciũ aliorum ut referant exige, inde obijcias non poſſe te reſpondere aliud quod iam acta interturbent iudicium tuum, uel aliorũ ſententiam ſuſpende nutu, ſi nõ admodum de euentu certus ſis. In morbis etiam qui à ſolo ęgro percipiunt ut uertigo & imagines ante oculos obuerſantes, nihil polliceari de ſalute, ut cõtra de his quę à ſolo medico, ut obſtructione, quidam ex ęquo utriſq; noti, ut regius. Febris aũt medico, dolor ęgro notior eſt. Vt ergo tibi magis & minus ęgro nota fuerint clarius pollicearis. Generaliter nihil affirmabis ante pfectã mutationẽ, id eſt plerũq; poſt tertiã uiſitationẽ: ne uel reſponſum

tur-

turpiter mutare cogaris, aut in eo perſi-
ſtendo ęgrũ lædere. Nihil etiã negligas,
nã minima perſæpe magnorũ malorum
ſunt cauſæ. Nã lex magis probat eũ qui
in duobus nõ errat, q̃ qui ſemel in decẽ.
Quòd ſi pręter ſpẽ tuam moriatᷣ ęger, ne
minem (quod odioſum eſt & parũ deco
rum) accuſabis: Et ſi reuiuiſcat quẽ mori
turum p̃dixeras (ꝙ improbiſsimi uiri eſt
ut conciliator ait) reuiuiſcentis mortem
non optabis. Si quis tamẽ hæc tibi obij-
ciat idiota, reſpõdebis, te pręedixiſſe quæ
medicinæ ratio decernit, non tamen le-
gem his qui ſupra nos ſunt imponere de
creuiſſe: ſin eruditus, illud etiã adijcies.
teſtari Auerroẽm in medicina uelut &
in naturalibus rebus quandoq; monſtra
contingere, nec multis agendum ad ex-
cuſationem: plus eñ damni & dedecoris
parit cũ quis talia refricat quam ſi ſilẽtio
obuoluta per ſe ſinat obliterari. Intempe
ſtiua eñ atq; odioſa eſt horũ defenſio, er
torisq; memoriã in longius ꝑducit. Vbi
uerò tuus ęger ad aliũ ſe trãſtulerit, noli il
lius deſyderare mortẽ, eſt enim officium
ſceleſtiſsimi uiri. Sed ſi pereat nihil de

tua laude decedit: ſi ſanetur, animaduerte qua in parte te ſuperauit: ubi uerò alienum ægrum moriturũ tibi offerunt, temporis inopiã excuſans ſubducito te. Prædictio etiam abſoluta paucorum eſt artificium, nam ſæpe, & maximè in uulneribus apparent ſigna lethalia, & tamen æger ſeruatur, ut inquit Auicẽna. (4. 4. trac. 2. cap. 10. in fine) Et ibi narrat de iecoris uulnere & utero qui totus putrefactus excidit. Galenus quoq; affirmat adoleſcentem in cerebri uẽtriculo uulneratum (8. de uſu par. cap. 10.) ope Dei ſanatum eſſe. Braſauolus etiam de quodam narrat cui pars cerebri ad quantitatem oui exciderat, eumq́; triennio ſuperuixiſſe. Et ut dixi nec in uagantibus morbis nec in acutis ſemper eſt certum iudicium. In longis etiam ſanabilibus multa, inquit Galenus ſecundo prognoſticorũ (Com. 50.) accidere poſſunt ægri uel medici uel aſtantium culpa, uel etiam caſu, ob quæ æger peribit. Si enim id in ſanis ait efficere errores ualent, quanto magis in ęgris. (1. de criſi cap. 11.) Securiſsima igitur prędictio in longis morbis atq; lethalibus eſt

eſt. Vbi uel internus ſcirrhus confirmatus, uel cum ſignis uelocis motus materiæ prauæ uel multæ urina ſit ualde cruda & aquea uireſq; imbecilles. In ſenib. etiam non ſucculentis abſceſſus circa pectus praui, aut morbi quaſi repentini uehementeſq; omnino lethales ſunt. Accidunt autem maximè his qui intemperatè uiuunt, potentiſq; uini ac nigri potui aſſueti ſunt. Niſi enim huiuſmodi homines ſucculentum ex eo uſu habitum contraxerint aut ualidas admodum uires, morbis grauib. in ſenectute oppreſſi omnes quaſi repētè moriuntur: humoribus, enim hi multis crudis atq; exuſtis ſanguinis corruptoribus referti ſunt. Modeſtè uerò quantumuis certus nihilominus de morte pronunciabis, ne de illius obitu lætari, aut poſtquam obierit tuam prædictionem memorando gloriari uideatis. Vbi ergo moriturum aliquē pronunciaueris, nec illum deſerere licet, multa queprodeſſe ſolent coram aſtantibus commemorando ab omnibus abſtinebis, ne, ut Galenus inquit (11. Artis cur ca. 9.) auxilia infamentur quæ multis poſ-

 ſent

ſent eſſe præſidio. Imo ut ego dicere ſoleo ipſi medici potius, adde quod ſi ſponte adhibueris de impenſa teneris. At ubi hæc quæ hic ſcribuntur perfectè aſſecutus & in omnibus Hippocratis libris diligenter exercitatus fueris, eóque deueneris ut quotquot ægrorum qui in Epidemijs ſcripti ſunt exitum lecto hiſtoriæ initio abſque errore dijudicare ſcias, tecum quoque experiendo prædictiones ad amuſsim cedere animaduerteris, tunc etiam ſecurè de exitu pronunciare licebit. Et nos nunc tam fidenter exercemus prædictionem ut multi eam à nobis efflagitent, non tanquam à medico ſed potius ab oraculo. Et nuper cum in tertia die primum comitem Aloiſium Gonzagam inuiſiſſem, ſtatim dixi aſtantibus ut ſuprema illi pararent, alios aduocarent medicos ante ſeptimum diem obiturum à morbi initio, laborare ſpecie quadam abſceſſus in pulmone. Tum mulier rectè inquam in hoc ut reor nam ſanguinem tuſsiendo expuit: compererat enim me ſolum pulſum exploraſſe. Dicam autem qua uia id

id cognouerim. Erat ei pulſus omni inæqualitatis genere perturbatus, plurimumq́ꝫ in ſingulis differentijs uariabat, ordo omnino nullus, nullus dolor in pectore præceſſerat, nulla difficultas ſpirandi aderat, unde etiam ſi deliraſſet non potuit abſceſſus eſſe in pectore ob doloris defectum, nec in pulmone quod ſpirandi difficultate careret. At in pulmone tamen morbus erat magnus, non enim ſine illius affectu & in compoſitione tanta pulſus diuerſitas cōflari potuiſſet: aduocantur medici, ſtatuunt ut ſanguis mittatur, quod ut è re erat, ita ad accelerandam aliquanto plus mortem (quod & prædixi) faciebat. Perijt igitur in medio quintæ diei alioqui ad finem ſextæ ſuffecturis uiribus. Hæc fuit prædictio ex prima uiſitatione, & ſolius pulſus ratione tutò euulgata: de qua omnes qui interfuerant admirati ſunt. Diſſecuimus etiam corpus, ut an rectè de abſceſſu ſenſiſſem uiderent. Inuentus eſt nouus morbus, pulmones ſanguine nigerrimo liquido tū exquiſita ſanie ac multa toti redundabāt, citra tamē pro-

priam aliquam ſuppurationem. Quod ſi in tertiana (id uerò frequēter accidit) miſſo ſanguine requirat quiſpiam, an acceſſio amplius reditura ſit: cōſydera urinas à uenæ ſectione factas, an his quæ ante eam tenuiores ſint ac meliores: ſi pulſus pulſibus: ſi dolor capitis & renum miteſcit, ſi ante octo horas Almeliletu nō ſuperuenerit, ſperare bene potes ut uel omnino non redeat aut ualde exigua, aliter non. Semper autem ad huiuſmodi prædictiones præter reliqua etiam naturæ comparatum eſſe oportet. In ſumma tamen cum motus animæ mundi uelox etiam & uelocior motu facultatis naturalis breui mortem expectare oportet. Et tanto celerius quanto uelocitas & uelocitatis proportio maior fuerit Si uerò motus animę mūdi uelox eſt, ſed tardior motu facultatis breui ſanabit. Si tardus & uelocior tardè peribit. Si tardo & tardior tandē ſeruabitur Si uarius, anceps erit iudicium.

Quod uerò ad medicos attinet etiā difficilius eſt cum illis negotium, quàm cum aſtantibus, præſertim ſi in multos & impor-

mori quam uel ungue lato ex opinione ſua decedere: nihilominus ſuperuocati à te (niſi omnino mali ſint) faciles erũt. Petere namq; ſocios quatuordecim in caſibus decet, cum morbus lethalis eſt: uel ſi magnus circuitu non ſolet finiri, ſed natura in dies deterior fit, uelut urinę retentio. Nam ſupra ueſicam ſi fiat, ueſica ſiccat minusq; urinã excipit: ſi in ea diſtenditur: uel cum magnam cauſam paruus morbus habet. uel ſi inſuetum aliquid apareat, ut in Quęſtoris filio adoleſcentulo cui in initio acutæ febris crura ſub inflata nitentia erant. Vel ſi potior curandi uia periculoſa ſit: uel inuſitata, uel difficilis, uel longior, uel ſi deſunt neceſſaria uel æger princeps eſt, uel ſi unicus ſit filius patri aut matri: uel ſi conſanguinei illius uiri uiolẽti ſint: aut ipſe æger iracundus, aut non ſatis tibi fidit, aut non obtẽperans, uel cum æger aut illius proximi ſocios requirũt aut muſſant, uel ſi tu plenè ob negotia ſatisfacere non potes. Vbi ergo uocare neceſſe ſit, quanto citius tanto melius. Si amicum adiũxerint morituri prædicito exitium ut ſocium ab in

ſamia liberes, & unde tibi ignominiæ pe
riculum imminet gloriam conſequaris.
ſi inimici imperiti aut improbi aduocan
tur ( multo minus autem in morituris
hoc refert) ueritatem ſic tuere, ut illi ob-
tineant, tu uerò quaſi inuitus cedas: nam
ſic uidebuntur miſeri illi hominem iu-
gulaſſe. Itaque de exitu eos nunquam
admonueris utcunque ceſſura ſit res!,
ſed ſi requirant amici, clam eos certio-
res facito. De ſocijs (multo minus de
te ipſo) ne uerbum feceris. Verum il-
lis abſentibus ſingula illorum facta nu-
tibus & muſſando improba: tu autem
ſolum aliena mandata diligenter exe-
quere. In ſanandis, ſocios reſpues in
dies producendo rem, donec omnibus
perſpicuum ſit ægrum tua opera euaſiſ-
ſe periculum. In pauperibus & ualde
auaris etiam ſi morituri ſint, ſufficiat ad-
monuiſſe periculi. Sed & ubi alios ad-
monueris, neminem coge ut ſocium tibi
aſsiſcat. Cum uerò te inuito (hi enim ma
ximè inimici ſunt, & cum tu illis inuitis
accerſeris) ſocij in morbo ſanabili aduo-
cantur, tu ſæpius ægrum inuiſe, præci-
pe

pe moderate, reprehende leniter perperam acta, aliaq́ꝫ quaſi ad iacturam ſarciendã iniunge, ubiq́ꝫ quippiam utile adijce, multis auxilijs abunda (hoc enim Hippocratis præceptum eſt) ſed ita age ne alterum alteri impedimento ſit. Indignum enim eſt cum talis ac tãtus euaſeris ut quæ meliora ſint ratione licet non omnino firma coniectari noueris, per ignauiam ei qui ex imperitia ſolum audacior eſt locum operandi cõcedere. Fac igitur ut aſtantes intelligant, te obſeruare occaſiones, acceſsionum horas, & exacerbationum tũ declinationẽ ac ſymptomata ſuperuẽtura p̃noſcere. Seorſum cũ medicis de morbo, cauſis, ſymptomatib. auxilijsq́ꝫ adeò acriter cõtende ut uictor euadas. Corã aũt aſtantib. ne cõtẽdas, multo minus corã ægro, ꝓ ſtulto ẽm ſi non pro inſano te habebũt. Quinimo utcũq́ꝫ rem ceſſurã arbitreris, & qualibuſcũq́ꝫ illi ſint p̃diti morib. eos amplectaris, iocos modeſtos cum grauitate miſcens, omne amici officium referes. In ſummaq́ꝫ hoc age, ut domus in poſterũ tua ſit, q̃d ſi cum hoc ne ſocij excludantur fieri poſsit, id age.

ge. Tunc uerò moribus iſtis profeciſſe intelliges, cum ægro pereunte, alijs medicis relictis, opera tua illi in poſterum utentur: peſsimè autem te geſsiſſe (etiam ſi tua induſtria præcipuè ſanatus ſit æger) ſi ille uel eius propinqui te deſeruerint, quod ſi mortuo ægro ad alios tranſeunt, minus deliquiſſe te exiſtimes. At non deliquiſſe unquam tibi perſuadere potes, cum ægro ſanato tua utuntur opera. In alienis uerò languentib. nunquam breuem ſanationem ſponde, nam ſi perperam ab imperitis medicis curatus ſit, uerisſimile eſt deteriorem morbum euaſiſſe, quamuis maior ſanationis ſit ſpes: Sin autem à claris argumentum eſt morbum eſſe cacæthõ, ut inquit Galenus (.1. Epidem. par. 3. com. 1.) Si quis proteruus medicus experimenta adducat, quęrens te à recta medẽdi ratione ſeducere, illud dicas quod Princeps cõtra Raſim (.1.4. Tract. 2. cap. 7.) Et experimentis quę nõ ſunt ſecundum rationẽ accidit eis ut nec unum ualeat.

In principiũ autem cura, quoniam tempori inſeruire cogimur, ut in in tertio de

utilita

tate capienda ex aduerſis, & periculum opinioni iunctum eſt quinque ſunt obſeruanda: Primum ut familiarem medicum tibi reddas amicum, hoc autem facies ſi omnia illi communices, nihil tu ſeorſum agas, nec quicquam tractes quod ad aſsiſtentem pertineat, nec in corona cum illo diſputes. Seu enim ſuccubueris, ſeu ſuperaueris, par manet periculum. Et infirmi cauſæ prorſus eſt inutile. Nihil etiam tu exhibebis ſuperuocatus cum moriturum exiſtimaueris, uel ſi non plenam in te omnes fidem habere cognoueris. Medicamenta etiam tutiſsima his adhibere conſueuimus, ex Galeni conſilio, libro de Prædictione ad Poſthumum: Ab initio etiam morbi dies ſingulos & horas (cap. 11) annotabis in quibus uel melius uel deterius habuit, aut aluus deiecit aut cibum ſumpſit aut huiuſmodi aliquid, ut tempeſtiuè ea enarrare poſsis. Demum ſtudebis ut omnes intelligant te in illius cura eſſe diligentiſsimum, & oculiſsimũ: id aſſequeris ſi perpetuò fermè illi aſtiteris, ſi de ſingulis aſtantes quæ ad illorum

rum pertinent officium percunctatus fueris, ſi prompte tanquam ſemper in illum intentus omnibus reſponderis, ſi nullum auxilium quod excogitari poſſit prætermiſeris, ſi oricis cornu ſcobem, terramque lemniam eiuſmodique quæ cor confirmant quotidie exhibueris, ſunt enim ſuauia & omni noxa carent: Si de nulla alia re quam de principis ſalute loquaris: ſi exiſtimationem in ſermone, geſtu ac ueſtitu retinueris. Sunt tamen familiares medici quidam principum adeò maligni maliſque artibus potentes, ut nihil his omnibus proficias, quare ſtatim diſceſſum impetrabis, nam & medicum inuidia tacitè onerabis, & te à periculo eximes, ſi res malè cedant, aut ſi bene, tua induſtria in inimici gloriam non cedet. Dignoſces autem hæc ex domini & neceſſariorum alienata gratia, oculiſque ac geſtibus: ex ſcurrarum ſcommatibus, ex clandeſtinis ſermonibus, ex riſu miniſtrorum, ſi te illi non curant, ſi mandata tua circa ægrum negliguntur aut frigidè adminiſtrantur, ſi clam uel ſeorſum

medici

medici alij alia exhibent aut admouent: tunc enim, ut monui, confeſtim uenia petita te ſubduces, ne in uitæ aut exiſtimationis periculum incidas. Quòd ſi princeps cauſam repentini conſilij requirat; apertè fateberis, te nolle in utraq; fortuna eandem infamiam ſubire.

*Hieronymi Cardani Artis curandi paruæ Finis.*

# CONSILIVM PRO REuerēdiſsimo. D. D. Ioanne Archiepiſcopo Sancti Andreæ Eccleſiæ Cathedralis Regni Scotiæ, Laborante Difficultate Spirandi.

QVoniam in cura cuiuſcūq; morbi præſupponitur cognitio ipſius cauſæ facientis morbum, cui cauſę debetur indicatio medelæ, Gal. lib. de optima Secta ad Traſybul. (cā. 2.) Cauſam uerò morbi uenari cogimur ex ipſo morbo, Gal. in libro de Sympt. differentijs. (cap. 1.) & in libro Artis Medicę expreſſe: (cap. 2.) Sed morbus præſupponit cognitionem ipſius temperamenti dicebat enim Gal. primo ad Glauc. (cap. 1.) Nam & quoſdam aliquando ægrotos uiſimus cum quibus dum ſani eſſent, nō eramus uerſati, quo fit ut neq; quem colorem, quam habitudinem, aut natiuum calorem, aut quem arteriarum pulſum à natura habuerint agnoſcamus, quę ſi ſciremus magnitudinē morbi ſatis aliquando iudicare poſſumus, nam quantum unum

unumquodque à naturali ſtatu recedit, „
ad tantam morbus magnitudinem per- „
uenit, quantũ uero recedit, ſolus ille ſci- „
rę poteſt, qui naturalem ſtatum exquiſi- „
tè cognouerit. Cum igitur hoc in ipſis „
fuerit nobis ignotum, ne omnino hæſi- „
temus ad commune cõfugimus, quam- „
uis ad uſum ſecundum locum obtineat. „
Hic uero artifex plus aliquid, quam hi „
qui arte carent aſſequitur. Quid uero „
hoc ipſum plus ſit, primus omniũ quos „
nouimus & hoc memorauit Hippo. hęc „
ille. Cæterum non ſolum ad cognoſcen- „
dum morbum preſentia ægri utilis eſt, „
uerum etiam ad curandum, quia ut dice- „
bat Hippoc. prima aphor. (.1.) Occaſio „
pceps eſt & ideo inde optima Secta ad „
Traſyb. dicebat, ( cap. 38.) In tanta igitur „
uarietate quam quis horæ partem ido- „
neum cuiq; auxilio tempus conſtituat, „
aut quod quis propoſitum deſcribat ex „
quo particulare tempus accipiat, tradi
non poteſt. Alia, enim alijs eueniunt.
Verum propter ſigularem huius uiri uir
tutem, atque prudentiam, tum quidem
erga nos liberalitatem conabimur ex

his quæ ſcripta ſunt ab eruditiſsimo Medico ſuo D. Guglielmo Caſanato Hiſpano, tum ex his quæ ab illo præſentes audiuimus uidimuſqúe curam atque prognoſticum deſcribere: His adiectis quæ ad utrunq; perficiendum neceſſaria ſunt.

### *Exemplum inſtructionis Caſanati Medici.*

REuerendiſsimus Sancti Andreæ Archiepiſcopus ( cui iam exactis circiter quatuor annis ſum à medicina) annum agens plus minus quadrageſimum ab hinc decennio Aſthmate periodico ex repentina immenſi caloris ex paruæ Sphæræ reticularis ſub canicula ludo contracti in frigus permutatione, & frigida ac humida uictus tum temporis ratione, uexatur. Prima autem morbi acceſsio fuit cerebri in pulmones deſtillatio, cuius etiam tum temporis comes fuit raucedo, quæ præſentis Medici præſidijs pro temporis occaſione ablata eſt, relicta tamen mala frigidiori & humidiori cerebri temperatura, à qua materia prꝛter naturam in capite aggregatur

gatur, quæ ideò paulatim aſſeruatur, quia cerebrum nec proprium alimentum probè concoquere (præſertim cum ſanguine pituitoſo nutriatur) uel uapores ad ipſum ex inferioribus partibus delatos præ imbecillitate ualet reſoluere, quæ quidem ex præcedenti acceſsione derelicta, facit, ut quoties reperitur in toto corpore materia, quæ uel per propriam ſubſtantiam uel per uaporem, aut qualitatem cerebrum impetere ualeat, noua ſuperueniat acceſsio, defluente nempe in pulmones eodem humore. Hinc iam dicta periodica diſtillatio, cuius (ut aliarum cauſarum ſigna prætеream) ea potiſsimum eſt nota quòd in totum ferè citra febrem concomitantibus proprijs etiam diſtillationis indicijs illi ueluti ſano ex manifeſta cauſa cõfeſtim accidit. Quæ certè acceſsio ſingulis ferè Lunæ cõiunctionib. & oppoſitionibus immo etiã quadris, ueluti certis circuitibus aggreditur. Hãc quidẽ ſpreti (ut hactenus) aut ſaltẽ ſedulò nõ adhibito medicinę auxilio in cõtinuũ tandẽ fluorẽ abiturã (ita tẽpore ſubripere uires corporis,

uires morbi poſſunt) periculū eſt,potiſſimum cum iam ferè continuo maximè noctis tempore nonnihil defluat. Atq; hinc non mediocriter pulmones imbecilliores redduntur. Seroſus enim liquidus,aquoſus,pituitoſus,& dulcis,aut inſipidus (alioqui ſi acris aut ſalſus fuiſſet & pulmo exulceratus,& morbus Tabes dictus Grecis φθόη iam dudum ſubſecutus eſſet) eſt defluens in pulmones humor, unde initio tenuis & paucus tuſsi magna excernitur Nam tuſsi leuatus ab expirato aëre diuulſus, ac diſiectus in pulmones refluit.Poſtea coctus ac modicè craſſatus, qualis tenuis & craſsi medius fuerit, à uiribus thoracis ualentioribus cum mitiore tuſsi copioſus expuitur: Qui idem rurſum paucus,ſi craſſus & lentus euaſerit,cum tuſsi ualidiſsima foras mittitur: Quare tenacius hæret humor,quàm ut per hanc poſsit euelli, & leuari ad fauces uſq;. Hinc Dyſpnæa ſeu ſpirandi difficultas cū ſtertore, mox ubi percepta eſt anguſtia, à qua caliditas in corde & pulmone augetur: quæ quidem reſpirationem magnam, uehementem,

mentem, uelocem, frequentem, magna ex parte facit, ac exufflando (quod caloris aucti proprium eſt) per os ſpiritũ calidum & feruentem factum, per quam quoque aër parcior, quam per ſanitatem trahitur, etiam multum dilatato thorace. Ceterum pulſus arteriarũ mollis illi eſt, paruus, acceſsionis initio creber, ſequẽs, inordinatus & inæqualis, anguſtiam & dolorem partium reſpiratoriarum & calorem natiuum auctũ demõſtrans, cum aër attractus anguſtiæ uiarum cauſa cordi refrigerando & pulmoni, ut iam dixi, non ſufficiat. Itaque urina ut ex ea non prætermittam indicia ſubrufta, & ut plurimum mediocriter tenuis, ſed inſtante acceſsione lõgè tenuior, & alba cruditatem præ ſe ferens, cum hypoſtaſi pauca aliquantulæ obſtructionis nota, & bullis quandoque in media ſuperficie deſidentibus, humorum ad pulmonem defluxum ſignificantibus, quandoque ſolam coronam integra ſerie occupantib. ſubſtãtięq; ipſius urinæ cum coloribus, capitis affectionem indicãtibus. Acceſſionis uerò tẽpore ſubrubra, & poſt ac-

ceſsionis uigorem longè rubrior, & frequenter micta & pauca ob dictam ſuperius rationem cernitur. Totus corporis habitus admodum gracilis, & cum tabidis Hippocratica facies maximè accedat nihil tamen illi proximum habet preter collapſa tempora ob muſculorum (quos à temporibus crotaphitas appellant) ſubſtantiam diminutam, reliquæ faciei partes à ſana ferè nihil abſunt. Itaque dum morbus dat inducias, ita habet totius corporis robora, ut hominis penitus ſani munia obire ualeat, qua maximè ratione tanto morbo idonea præſidia & ipſi eo tempore adhiberi etiam ipſe ualidè perferre queat.

Poſtquã aũt Caſanato occurrimus, & eũ interrogaſſem diligentius, hæc pauca ſuperaddidit: primũq; nõ ſemp ſub lunę mutationib. hæc illi eueniũt, ſed plerũq;, immo etiam aliquando per quindecim aut uiginti dies manet ſine acceſsiõe dũ recto regimine utiť. Acceſsionis autem tẽpus plerunq; diem dicit naturalẽ non excedit. Aliquãdo tñ ad horas XLVIII. protrahitur. Somni quoque ſponte ſua ſatis prolixi

prolixi, ſed ob negotia breuiores ſunt, quam ut hominem à cruditatibus immunem reddant, tum maximè quia multo utitur cibo, atq; potu, utitur & à cibo peſsima ratione uictus nonnunquã exercitatione. Aluum habet facilem & lubricam, ſudat facilè. Ex quo colligitur cutim raram eſſe, atq; ob id minus patientem inediæ. Ad irã ſatis pronus, pectoriſq; mediocris in amplitudine, collum aliquantulum tenue.

Atq; hæc ex auditu, cæterum cum ad Archiepiſcopum ueniſſem ex acceſsione & modo in prima uiſitatione facile fuit intelligere quonam pacto morbus iſte fieret, atque is talis eſt. Ex debili coctione in uentriculo & iecore & uenis, tum in membris, quæ manifeſta eſt ex extenuatione & ex caliditate ipſius cerebri impletis uenis & arterijs, attrahitur humor prius liquidus tenuis aquoſus & frigidus, qui incipiens diſtillare per nares & per palatum tres facit affectus, per palatum pars craſsior expuitur, & ita quàm diu durat acceſsio, expuit humorem tenuem &

aquoſum ſimpliciter, ſed in comparatione ad illum qui influitur in pulmonem craſſum. Influit autem ſic quod tunica aſperæ arteriæ, & eſt ſecundus effectus, madeſcit tota humido illo tenuiſsimo, atq; ita impletur tota ſubſtantia pulmonis, & cauitates, tum coacta uelut in nube exprimitur per guttulas in cauitatem ipſius pulmonis, atq; ita impletur & fit difficultas ſpirandi. Et in hoc explicando modo deſcenſus materiæ ad pulmones, medici fuerunt ualde diminuti. Sed ſolum dixerunt de ea quę per cauitatem aſperę arteriæ deſcendit, de qua non eſt dubium quin aliqua pars quæ in os deſcendit, cum non poſsit tota expui plenè, ideo deſtillat per cauitatem aſperæ arteriæ, & iuuat ad implendū illam, non eſt tamen principalis hæc portio, ſed illa quæ defluit per tunicam. Tertius effectus eſt à parte illa quę deſcendit per nares, quia obſtruit os cauernoſum, per quod fit reſpiratio & refrigeratio cerebri, teſte Galeno in libro De uſu reſpirat. (cap. 5.) prohibita igitur tranſpiratione, cerebrum immodicē caleſcit, atq; ita

attractio

attractio augetur: attractione aucta, augetur obſtructio, atq; ita morbus peruenit ad ſtatum circulari ratione, nec incipit declinatio, niſi cũ materia deeſt quæ trahatur, aliter cum morbus ſit circularis nunquam finiretur. Materia uerò quæ expuitur eſt partim ex iſta quæ defluit ex capite, & eſt maior pars, partim ex ea quæ relicta eſt ex altera acceſsione. Tertia pars quę generatur in pulmone & pectore propter imbecillitatem loci. Qarta & ultima quæ trahitur á pulmone propter caliditatem ab alijs locis circumuicinis. Caliditas enim trahit adeò manifeſtè ut in cucurbitulis apparet ut etiam quauis gemma dura affricata laneo panno paleæ trahantur procul, ſicut etiam à ſuccino.

Et quia ſermo demonſtratiuus, ut dicebat Auerroës, aptus eſt diſſoluere omnes difficultates, quæ contingunt circa rem, ideò ego declaro plurima problemata quæ contingunt in iſto caſu, quorum primum eſt, quare non ſentiat grauitatẽ antę acceſsionem? cauſa eſt quia materia non cõgregatur ibi, ſed trahitur

& deſcendit ſine mora. Nã cũ quę expui-
tur materia ſola etiã in breuiſsimis acceſ-
ſionib. ſit duodecim untiarũ & plus, prę-
ter eã quæ influitur in pectus, & quæ in
longioribus acceſsionibus tota in cere-
bro cõtenta pridie ante acceſsionem in
tanto tempore, ne uel ſemel quicquam
ſenſiſſe grauitatis, res nõ ſolum mira ſed
miraculo proxima eſſet. Sed non ſentit,
ut dixi, quia nõ congregatur in cerebro,
ſed ut aduenit ſtatim defluit.

Simili ratione quare nõ ſint lęſę opera-
tiões cerebri, ſed ualeat ſenſibus & men-
te, quoniam materia non figitur in cere-
bro: Nam ſi figeretur, neceſſe eſſet ut in
tanto tempore ſcilicet decem annorum
læſa fuiſſet aliqua uirtus uel ſentiẽdi uel
mouẽdi, uel principalis pręſertim quòd
materia eſt frigida.

Tertium, quare illa materia ſit prorſus
inſipida & abſque odore & conſiſtẽtia?
quia non cõſiſtit in cerebro, quod ſi con-
ſiſteret impoſsibile eſſet ab una acceſsio-
ne ad aliam quæ aliquando differtur per
quindecim dies, generaliter autem per
octo, ut non ſaltem aliqua pars (ſcilicet
illa

illa quæ primo poſt acceſsionem præcedentem influit in cerebrum) non eſſet in ſeptem diebus permutata neq; in odore, neque in ſapore, neque in colore, neq; in ſubſtantia à naturali diſpoſitione, cũ uideamus ex minima praua diſpoſitione cerebri, ut in Grauedinibus fieri ſolet, excrementa per nares deducta, cum tamen ſingulo die euacuentur & quæ per palatum, mutari odore, ſapore, colore, ſubſtantia, & quandoq; ſimul omnibus.

Quartum eſt, cur cum equitat à ſymptomate corripiatur? cauſa eſt quia cum regio ſit flatuoſa & frigida conſtrictis poris caliditas illa augetur in cerebro, & cerebrũ magis trahit, & celerius, item propter agitationem humorum. Fit etiam iſtud propter tertiam cauſam ſcilicet obſtructionem pororum corporis.

Quintũ, cur contingat plerũq; ſecũda die ab equitatiõe quãdoq; prima etiam, quia quando materia eſt multa contingit prima die, cum mediocris autem aut pauca, quia non eſt adeò proxima cerebro indiget duobus diebus ut trahatur

hatur ad locum illum. Plerunque autem contingit ut corpus non ſit adeò repletum. Ideò plerunq; contingit ut acceſsio differatur in ſecundum diem ab equitatione.

Sextum eſt, cur cum multum differtur acceſsio, plerunq; grauis fiat? cauſa eſt quoniam cum caliditas illa cerebri non augetur ex obſtructione neq; humores incaleſcunt ob obſtructionẽ meatuum corporis, neq; agitãtur ex motu, non poteſt euenire ſymptoma niſi cũ adeò corpus fuerit repletum ut materia ſponte influat in cerebrum. Verum cũ demonſtratum ſit non finiri acceſsionem niſi finita materia: Sed materia eſt ualde multa, tunc igitur acceſsio erit & lõga & grauiſsima neceſſario.

Septimum, cur totum corpus hora acceſsionis incaleat? quia prohibita reſpiratione cor incaleſcit, quo calefacto totum corpus neceſſario afficitur. Itaq; cum adſit calor & pulſus frequentia, poteſt dici febris ephimera coniuncta ſymptomati.

Octauum, cur ſit rubicũdus in facie? quia

quia intemperies eſt calida & humor ille frigidus non figitur in cerebro, ideò color non uitiatur, ſed eſt ueluti ſani.

Nonum, cur non ad aliam peruenerit ęgritudinem, necꝫ extenuatus ſit præter modum? quia humor ille non figitur in cerebro, & eſt frigidus, & tenuis, ideò cũ non ſit corruptus, & ſit tenuis, facile concoquit̃ in pulmone, & expuitur, ideoćꝫ parum lædit.

Decimum, cur adueniat poſt primum ſomnum plerunqꝫ? quia calor tunc contrahitur intus, & cerebrum magis incaleſcit. Dicebat enim Hippocrates in Epidemijs, uigilia exteriores partes, ſomnus interiores excalefacit. Quòd ſi materia colligeretur in cerebro acceſsionis initiũ eſſet potius tẽpore uigilię quàm ſomni.

Vndecimum, cur relinquatur ſemper tuſsis & difficultas ſpirandi aliqua? quia cũ materia ſit tenuis, & à calore colliquata, & per tunicam & non concauitatẽ aſperę arterię, maiori ex parte deriuata, ideò imbibita eſt parti carnoſę pulmonis, & reddit difficilem motum illius, etiam finita acceſsione, quia non tota poteſt

teſt expelli, & in tempore intermedio de fluit in concauitatem & excitat tuſsim. Circa quod eſt notandum quòd hic eſt duplex difficultas ſpirandi, una quæ fit obſtructis meatib. aſperæ arteriæ, altera quę fit impleta carne pulmonis, cũ ꝑpter plenitudinem pulmo moueri nõ poteſt.

Duodecimum, cur urina ante acceſsionem cruda fiat: id fieri exiſtimo duabus ex cauſis: prima, quia calor naturalis fertur ad ſuperiora, iuxta ea quæ dixit Galenus ſuper illo aphoriſmo: Quibus in febribus urinæ albę & perſpicuę ſunt. Dolor his capitis adeſt uel aderit. Defertur enim materia bilioſa & ſanguinea ſimul ad partem ſuperiorem. Vnde locus ueſicæ refrigeratur quare tum urina maximam partem coloris in ueſica recipiat alba & cruda efficitur. Nam qui ueſica laborant urinas albas & crudas emittunt, quamuis reliquo corpore bene ſe habeant. Secunda cauſa eſt quoniam propter motum materiæ, ut etiam in initio febriũ, natura impeditur à coctione.

Iis omnibus intellectis ad morbi naturam deuenio. Aſthma, dicebat Galen. ſe-

xta

xta Aphor. (Aphor. 46.) appello ſpirandi difficultatem, quę cum cerebro anhelitu cōiuncta eſt: orthopnæa uerò con iugiter ægri ſine febre ſpiritũ habent difficilem, adeò ut orthopnæa aliquid plus inferat quàm Aſthma. Cōtingit aũt trifariam fieri difficultatẽ ſpirandi, aut ex ſimplici conſenſu, quemadmodum dicebat Gal. ſecundo De locis (ca. 8.) q̃d cōtingit nullo necꝫ in partibus, neque in inſtrumentis membrorum ſpiritui ſeruientium affectu fieri difficultatem ſpirandi: ſed ſolo ſepto trãſuerſo læſo propter neruos mouẽtes. Et de hoc habemus exemplum etiã Octauo (ca. 8.) de Anatho Admin. Vbi dicebat Galenus q̃d ſi cui inter tertiam & quartam uertebrã ſpinæ dorſi medulla tota ſecet̃ per tranſuerſum, ſpiratio ex toto auferetur: Quod ſi poſt ſextam uertebrã & ante ſeptimam, ſectio fiat, tunc homo reſpirat ex ſepto tranſuerſo, ſed thoracis muſculi motum amittunt. Et ſi poſt ſeptimã, uel octauam pars muſculorum tantum qui thoracem mouent impeditur, atcꝫ eo minor, quo magis uertebra ė directo uulneris

ris à prima diſteterit. Hæc licet uideantur extra caſum, & potius ad contemplationem pertinere quàm ad curam, ſunt tamen neceſſaria ſcitu ualde, pro perficienda cura ipſa. Aut cõtingit affectu proprio in membris ſpiritui ſentientibus, ut pote, in Pleureſi, Peripneumonia: Velut dicebat Galenus quarta Aphoriſmorum (Apho. 50.) & manifeſtum eſt quod non ſumus in altero iſtorum caſuum, quoniã morbus eſſet perpetuus, ſaltem pro tempore cauſæ. Aut morbus fit per conſenſum non ſimplicem, ſed materiæ ex alio loco defluentis, & uocatur Aſthma periodicum ſeu habens circuitus: de quo loquebatur Galenus Quarto de Cauſis Pulſuum (ca. 21.) Orthopnæa eſt morbus diuturnus cuius acceſsiões ſunt acutæ. Et ideò cum propriũ ſit morborum quæ ex conſenſu fiunt non abſolutò, modò aduenire modò ceſſare: imò iſte morbus fit ſuperueniente materia aliunde. Vnde autẽ poſsit uenire, & qualis ſit, & quæ nam ſit illius generatio, nunc dicendum eſt. Gal. ſexto de tuenda San. (cap. 12.) dicebat, quod ex cerebro materia

materia deſcendit in pulmones. Et ideo dicebatur in libro de Anathomia biuo- rum.(cap. de Anatho.cordis) quod ex ce rebro deſtillat humor ad pulmones, ue- lut pluuia, & de modo tranſitus dicebat Galenus ſexta Aphoriſmorũ.(Apho. 2.) expreſſè, quòd ex materia deſtillante à cerebro ad pulmones per palatum (decla tat enim locum) fiunt difficultates ſpiran di. Et in ſeptima. Apho. (Apho. 30.) do- cet quòd aſperæ arteriæ implẽtur per de fluxiones à capite. Cauſam quare pul- mo facillimè recipiat materiam declara- bat Galenus ſexta Aphoriſmorum. (A- pho. 33.) dicens quod corpus illius eſt la- xum, & ideo poteſt recipere fluxionem ex pituita, non ſicut membranæ quæ re- cipiunt plerunq; bilioſum humorem: & propterea Galenus libro de Sang. miſs. declarabat unam pulcherrimam doctri- nam docens ordinem in membris quæ ſuſcipiunt, & cauſam. Cauſam quidem quia membra quæ ſuſcipiunt debiles ha bent omnes uirtutes, præter concoctri- cem, altera, quia corpus eius eſt laxum: Deinde declarat ordinem in membris,

& dicit membrum quòd maximè reci-
pit excrementa eſt cerebrum, ſecundum
ſunt Adenes, & tertium pulmo: Sed
quoniam cerebrum cum primum reci-
pit celerrimè expellit, ideò uidetur mi-
nus eſſe ſubiectum fluxioribus quam
pulmo, uel Adenes & expellit facile pro
pter laxitatem uentriculorum, & mea-
tuum reliquorum. Sicut declarabat Ga
lenus ibi, Adenes uerò, inquit, non im-
plentur, niſi ubi totus habitus infirmus
fuerit & cerebrum & pulmo & lien (qui
poſt pulmones eſt) robuſta fuerint. V-
trum uerò ſolum ex cerebro fiat deflu-
xio in pulmones uidetur aliqua difficul-
tas propter Serapionis dictum dicen-
tis, (Trac. 2. ca. 20) quod tuſsis fit propter
materiam genitam in membris ſpiritua-
libus uel deſcendentem à cerebro uel ue
nientem à membris naturalibus: De
hoc autem in Cōtradictionibus. Vnum
eſt quòd ex Galeno Septima Aphoriſ-
morum (Aphor. 54.) materia quandoque
ex pectore penetrat in pulmones & ex-
puitur cum tuſsi. Sed relinquitur dubita
tio, quia Paulus libro Tertio (ca. 29.) uult
quod

quod Orthopnæa fiat quando craſsi & glutinoſi humores aſperas arterias implent Spirandi uerò difficultas fit, dicit, ex pluribus alijs cauſis: Ex quo uidetur q̊d ſtante materiæ ſubtilitate quod non poſsit eſſe Orthopnęa in D. A R. Et hęc fuit etiam ſententia Aëtij libro Octauo (cap 57.) in principio. Quamobrem neceſſarium eſt dicere duorum alterum, uel quod ipſe non detineatur Orthopnæa propriè, uel quod materia quæ facit difficultatem ſpirandi ſit craſſa & lenta, licet pars eius quę expuitur ſit tenuis. Ego tamen adhęreo primæ opinioni magis quæ eſt opinio medici ſui, quia acceſsio ipſa eſt breuis.

Sed de cauſa deſcenſus & circuitus dicebat Gal. Secundo de Differentijs Febrium, quod cerebrum ubi excrementa multa generauerit, tranſmittit ad gingiuas & Adenas, & Pariſthmia: Sed ubi partes illæ ualidæ fuerint tranſmittit ad pectus & pulmonem & ad uentriculum, & ad fauces.

Ex quo uidetur quod partes ſuperiores ſint robuſtiores, aut ſaltem infe-

riores ſint imbecilliores. Veriſsimile eſt etiam ob longum morbum, pulmonem & membra circumiacētia facta fuiſſe debiliora, & ex conſequenti magis apta ad recipiendum materiam, & minus prompta ad expellendum, imò tempore quietis adhuc uexatur ſpirandi difficultate. Reddebat quoque cauſas circuitus ibidem dicens quòd, exempli gratia, ſicut homo ſingulo die eijcit excrementa, & ſi tardius congereret, rarius expelleret, adeò ut circuitus ille accidat propter congeſtam materiam: Hæc uerò excrementa multa, uel pauca fiunt, uel quia pauca generantur in uētriculo, & talibus membris, uel quia pauca expellūtur, uel quia pauca trahuntur, uel quia ualde concoquuntur aut reſoluuntur: contraria ratione multa.

Dubium eſt autem quomodo materia illa deferatur ad cerebrum, an ſcilicet per uenas & arterias, eo modo quo defertur alimentum, an per cauitates & palatum. Sciendum eſt etiam quod per difficultatem ſpirandi ſex genera poſſumus intelligere, uelocitatem aut tarditatem, magnitu-

gnitudinem & paruitatem in motibus, raritatem & crebritatem in quiete. Cum uerò quietes & motus ſint duo, fient duodecim genera reſpirationis ſimplicis difficilis, primo de difficul. Spiran. (ca. 3.) & ideo oportet etiam intelligere quod dicebat Galenus in primo de difficul. Spiran. (cap. 11.) In reſpirandi difficultate quæ erecta fit ceruice, & Græcis orthopnæa appellatur. Viſcoſis uidelicet ex craſsis humoribus circa aſperas in pulmone arterias congregatis. Similiter autem & ſi aliquid circa ipſum induretur, aut tuberculum naſcatur premens & coarctans ipſum aſperarum arteriarum genus (hæ enim ſuſcipiunt aërem qui inſpirat) paruus & denſus, & uelox erit ſpiritus. Idē declarauit in Quarto de præſag, (cap. 20,) ex pul. quod oportet ut ſit inæqualis. Quod autem oporteat eſſe denſum & uelocem demonſtratur ex hoc, quia cum non poſsit multum trahere aēris pulmo, neceſſe eſt ut crebritate & celeritate ſuppleat, & ideo etiam talis parua neceſſario erit, & quamuis alibi uideatur dicere quod non: diximus de hoc in

contradictionibus hic locus non eſt. Verum ſolum ſufficiat declarare, quod Galen. Quarto (cap. 2.) de Præſag. ex pul. docet attractionem quidem aëris fieri paucam, ceterum pectus ipſum multum extendi, & hæc diſtinctio etiam ſumpta eſt Quarto de locis (cap. 7)

Circa ſigna uerò oportet intelligere quod dicebat Galenus Quarto (cap. 7.) de locis, reſpiratio non dicitur eſſe magna propter imbecillitatem quando mouentur omoplatæ. Iſtud enim contingit propter imbecillitatem, nam licet ea reſpiratio quandoque magna ſit non tamen ſemper, & ut denſa ſignificat ſemper laborem alicuius membri cum his quæ ſpiritum mouent conſentientis. Ita rara ſemper ſignificat frigiditatem. Eſt etiam aliud diſcrimen quoniam difficultas Spirandi quædam eſt propter neceſſitatem auctam, qualis eſt in febribus, quædam eſt quia non tantum trahitur aëris quantum neceſſe eſt, aliquando utrunque, ſicut in peripneumia, & tunc morbus eſt difficillimus, ſed de pri-

mis

mis duobus credo qua difficilior ſit ſecundus, Ratio eſt quia iam natura deficit in neceſſario, & tamen non eſt ſublata cauſa neceſsitatis, & quod ſit uerum, ſtat celeritas, & crebritas, ergo ſtat neceſsitas, & ideo cum cor non refrigeretur, neceſſe eſt ut corpus extenuetur, & hæc eſt uera cauſa extenuationis, & non alia, ſed quando augetur ſolum neceſsitas tunc non defficiente materia, non debilitatur adeo homo, neque fit tanta reſolutio in Spiritibus. Et ſi quis dicat, ſtat tamen crebritas & celeritas, dico, quod illa eſt non propter deffectum ſubſtantiæ, ſed quia aër nimis cito incaleſcit, ſed in obſtructione ex craſſis humoribus non poteſt eſſe propter caliditatem, ergo propter deffectum ſubſtantiæ. Vtcunq; ſit, experimentum docet quod magis homo torquetur quando nõ poteſt trahere aërem ſuo modo, quam quando febrit, uel quando currit, & propter hoc illa uerè uocatur apud uulgares Aſthma & difficultas Spirandi, & hæc propriè eſt Aſthma uel etiam Orthopnæa ubi ſit Aſthma dif-

ficilius. Quo uero in tempore morbi ſit non melius licet accipere quam ex Galeno Quarto de locis,(ca. 8.) cum dixit, Si uerò citra febrim, alius quiſpiam Særoſus aut pituitoſus humor in Thoracis ſpatium ſubito defluens, ſpirandi difficultatem excitauerit laborans tenue ſputum, idq; ab initio quidem exiguum ſed cum uehementi tuſsi, ubi uerò concoctum eſt plus atq; craſsius & cum mitiore tuſsi expuere ſolet. Quippe bifariam accidere poteſt: Vt uehementer tuſsiendo pauca quis expuat, alij enim ob lentum craſſumúe humorẽ, alij ob tenuem id facere uidentur: Siquidem tenuis humor quum ſubleuatus eſt inter tuſsiendum à Spiritu diuiſus refluit, lentus uerò aut ualde craſſus difficulter effertur utpote qui non tã facilè à corporibus quibus impactus eſt abſtergi, neq; etiam à quauis occurentis Spiritus uiolentia impelli poteſt, niſi enim Spiritus qui tuſsiendo effertur & multus & uehemens fuerit nihil ſecum educet. Igitur ſputum quod neque liquidum aut aquoſum admodum fuerit, neque craſſum ualde aut

lentum

lentum id facile efferri ſolet, maximè ubi ualidæ fuerint uires. Etenim ſine uehementi Thoracis contractione uehementer tuſsire nemo poteſt. At ſine ualida tuſsi craſſos lentosq; humores efferri impoſsibile eſt Animaduertendum, ut dicebat Galenus ſexta aphor.(Aphor.46.) quod Hippo. ſolebat appellare Aſthma ſolum illam ſpirandi difficultatē in qua Spiritus eſt creber, ſed poſteriores, dicit, Aſthma ſeu orthopnæam uocant difficultatem ſpirandi diuturnam & abſq; febre, adeò ut ſint tres conditiones neceſſariæ, & hoc idem ſenſit ſeptimo de medicamentis(cap.6.)ſecundum locos in quibus duobus locis non uidetur facere diſcrimen inter orthopnæam & Aſthma, & hoc declarabat Galenus tertio Epidemiorum particula ſecunda (Com.4.)ubi docet, quòd ſolo nomine differunt, dicitur enim orthopnæa ex hoc quod recti coguntur expirari, ab orthos & pnæa, Aſthma uerò, id eſt, anhelatio quæ fit cū ſublimi ſemper reſpiratione ut in currentibus, dabat exemplum ibi:ubi etiam docebat q̄d triplex eſt reſpiratio, una quæ

debetur ſanis, & illa fit per muſculos inferiores Thoracis ſolius qui ſunt ad ſeptum tranſuerſum. Si uerò maior reſpiratio ſit neceſſaria tunc mouentur muſculi iuxta illos id eſt qui ſunt in medio pectoris. Si uerò ſit neceſſaria reſpiratio uehementiſsima oportet ut muſculi ſupremi ſub ſcapulis moueantur. Sed uidetur in ſexto de uulgaribus morbis facere differentiam (par 4. Com. 4.) inter Aſthma & crebram ſpirationē ſine febre, quia non uult quod fiat Aſthma niſi quando Spirandi difficultas multum ſuperaucta fuerit: & ideo dicemus, quod ad Aſthma concurrunt quinque condictiones, prima quod ſit difficultas ſpirandi, Secunda cum crebritate, Tertia magna, Quarta ſine febre, Quinta diuturna (ca. 11.) Declarabat etiam ibi expreſſe & primo de difficultate ſpirandi, quod fit ab altera duarum cauſarum, uel ab humore crudo lento ac craſſo, uel à tuberculis.

Circa Aetates & tempora anni, fit maxime autumno, item puerulis accedentibus ad pubertatem, & cōſiſtentibus, ſed maximè eſt proprius ſenibus, de autum-

no

no igitur dicebat Galenus ex Hippocr. Tertia Aphoriſmorum (22.) quod Aſthmata fiunt contractis humoribus ad partes interiores ex frigore, ex quo colligo unum, quod frigus multum nocet in hac diſpoſitione. Fit etiã in puerulis cũ iam magis adoleuerint, Tertia Aphoriſmorum, (26.) uel ob uehemens exercitium, uel ob anguſtiam meatuũ, quæ quidem fit ob incumbentem defluctionẽ ex partibus ſuperioribus. Vbi uidetur Gal. uelle quod ſolum à ſuperioribus proueniat iſta defluxio: Et ſimiliter declarat quod hæc paſsio ſit ualde familiaris conſiſtenti ætati, Tertia Aphor. (30.) in qua ætate. R. D. A correptus eſt. Declarabat cauſam Gale. in cõmento, dicens, quòd paſſio hęc familiaris eſt illis propter hoc q̃d utuntur ſimili uictu & exercitio quali iuuenes utuntur, corpus tamen habent imbecillius. Iam ergo habemus tres cauſas potiſsimum excitantes hunc morbum, ſcilicet immoderantiam cibi & potus, ex qua fiunt cruditates, exercitia immoderata per quæ diſſoluuntur excrementa illa, & concaleſcit cerebrum

&

& colliquantur materiæ & deſcendunt, adeò ut exercitium ſit cauſa quadrifariam difficultatis ſpirandi, colliquādo materias in toto ut facilius attrahantur, & agitando illas ut ad cerebrum ferantur, tertiò calefaciendi cerebrum ut facilius attrahat, & diſſoluendi materias illas quæ in cerebro continentur. Tertia cauſa eſt frigus quod etiam quadrifariam nocet, prima eſt per uiam contractionis, ut tactum eſt ex tertia Aphoriſmorū. Secundò obſtruendo poros, & calefaciendo cerebrum intus, ut materia colliquetur & deſcendat, tertiò refrigerando ſubſtantiam cerebri propter reſpirationem, nā cerebrum reſpirat non minus quàm cor, libro de uſu reſpira. ut dictum eſt (cap. 5.) unde debilitata concoctrice in cerebro plurima fiunt excremēta, & propter has duas cauſas maximè in hyeme fiunt grauedines & tuſſes, & morbi defluxionum à capite. Quarta eſt quia frigus per ſe nocet pulmoni, ſicut dicebat princeps Decimatertia Tertij Trac. & hoc propter duas cauſas, prima quia nocet per ſe ſubſtantiæ pulmonis, quæ eſt rara, & quæ ſem-

ſemper mouetur, frigus enim facit pul-
monem inhabilem ad motum: & ſecun-
do quia debilitat calorem naturalem, ex
quo plurima generantur excrementa, &
hanc causam tangebat Galenus Tertia
Aphor. (Apor. 31.) ex his igitur omnibus
colliguntur cauſæ generantes Aſthma,
Ad quas etiam non negarim facere ſtri-
cturam uel pectoris, uel meatuum aſpe-
ræ arteriȩ pulmonis: de pectore quidem
quia non poteſt dilatari pulmo quãtum
debet, neq; extendere alas, ſicut etiã tan-
gebatur Sexta Aphoriſmorum (Apho.
46.) de pulmonis autem meatibus nõ eſt
dubium quod canaliculi quanto ſint ar-
ctiores eo facilius implentur & obſtruũ-
tur, & ideo difficilior fit morbus & faci-
lius inuadit ac frequentius.

Ex his igitur deprehendere oportet
curam atq; conſtituere, ſed quia illa pre-
ſupponit q̃d morbus ſanari poſsit, ſicut
tangit̃ à Galeno prima Aphoriſmorum
(Apho. 8.) & tertio method. dũ dixit (ca.
1.) ita hoc ipſum primum artis eſt opus "
ut intelligas, ſperare ne id quo tendis de "
beas an ſecus, & cauſam reddebat ulti- "
mo

mo artis curandi, ubi dicebat (cap. 9.) in quo enim deſperata omnino ſalus eſt; imprudentis cōſilij fuerit apud uulgum infamare præſidia quę multis fuere ſaluti. Oportet igitur ſcire primum an ſanari poſsit deinde in quē morbum pronior ſit deteriorem, ut precauere illum poſsimus, & aduerſus ipſum parare auxilia. Tertio ut dignoſcamus morbum ipſum in quo tempore ſit uniuerſali, Quarto ut ſi ſanabilis an ex toto uel in parte. Omnia hæc neceſſaria ſunt, aliter medicus eſſet ſimilis illi qui deambulat & neſcit quo uadat. Oportet enim habere finem ſuum certum ad quem dirigat iter, aliter nihil agit. Primū igitur oportet ſcire cauſam ipſius morbi, quæ dicta eſt, quanta ſit, quia illi proprie debetur curatio, & ſimiliter oportet cognoſcere uirtutem & robur membri. Cauſa igitur eſt calida & frigida intemperies in cerebro, frigida ſcilicet per uiam priuationis caloris naturalis, & calida per caliditatē impreſſam. Dubium autē eſt, utrum ſit tēperies etiam humida, & uidetur quod ſic, ratione ſaltem humoris humidi qui in eo loco

eo manet. Erit ergo intemperies calida & humida. Iam uero ex dictis cum oſtenſum fuerit materiam hanc non deſcendere per uenas nec arterias in pulmonem, quia aliter pulmo etiam ſanguine impleretur. Præterea in pulmone nõ ſunt niſi uenæ & arteriæ quæ à corde ueniunt, manifeſtum eſt, quod experimento cõſtat ſcilicet cur laborantib. hoc morbo tẽpore uigiliæ iuxta ueſperam creſcit difficultas ſpirandi, & tuſsim patiuntur, & tamẽ nõ ſentiunt deſcenſum ipſius pituitę manifeſtum, nec reſiſtunt excreationes, nec ea quæ maſticantur, immo omni conatu facto ſtillicidium illud uidetur ingraueſcere, quoniam materia deſtillat per aſperam arteriam, nõ per cauitatem, quia moueret tuſsim, ſed per totam tunicam, ſicut in linteis, & forſan etiam quod pars ibi generatur ſecundum mentem Galeni. Alia dubitatio eſt, cur materia hæc ſit tenuis? Reſpondeo, quia fit per exhalationem uaporum in cerebro, ſed craſſa ſolum ex nutrimento. Vtrũ uero in hoc caſu qa tenuis eſt maior fiat ex exhalatione uaporum? dico quod nõ, quia poſſet

exhalare ſicut aqua, & non facere difficultatem ſpirandi, item non ſeruaret periodos, ſed ſingulo die aſcẽderet & ſingulo die diſſolueretur: modo autem ſeruat circuitus & concocta expu tur. Sed eſt tenuis quia eſt humor ſeroſus ex parte, ex parte etiam generatur ex uapore. Habemus igitur ueras cauſas generationis & deſcenſus, & modum deſcenſus, nunc modo ſupereſt ut uideamus, an habeat concauſam, id eſt, prauitatem coctionis in uentriculo & in iecore: & uidet quod non, quia ſi læderetur in uentriculo primam haberet appetentiam ſuperfluam, item iecur uehementer læderetur, & apparerent alij morbi. Sed ſi dicamus læſionem eſſe ſolũ in cerebro, uidetur mirum quod non ſint læſe omnes operationes, quia Galenus libro (cap. 3.) quod animi mores corp. temp. ſequãtur, dicit, quod cauſa læſionis operationum animæ eſt frigiditas & humida qualitas, & tamen ipſe habet bonas operationes, oportet igitur dicere, quòd membra inferiora licet ſint læſa, quod fundamentum ſit in cerebro nõ ratione imbecillitatis, ſed magnæ

guæ intemperiei calidæ, quæ facta fuit ab inſolatione ex qua cerebri ſubſtantia eſt facta rara, & ob id factum imbecillius & aptum ad excipiendum multã aqueam materiam. A calido enim fit raritas membrorũ & attractio uehemens. Quia Galenus in Arte Medica (cap.14.) uult etiam in naturali calida intemperie repleri uehementer capita illorum quãto magis in præternaturali?

Circa prognoſticum ergo dicebat Galenus ſecunda Aphoriſmorum, quod dictum illud Hipp. Grauedines & raucedines in ualde ſenibus non maturantur, " debet intelligi etiam de Aſthmate, & reddit rationem, quia morbi qui iã ſunt difficiles in alijs ætatibus, in ualde ſenibus ſunt incurabiles, ſed quia dicit in ualde ſenibus, & ipſe non eſt ualde ſenex. Unum eſt quod magnam adducit difficultatem, & adducitur à Principe, Decima Tertij ſcilicet, quod difficultas ſpirandi, quæ fit à cerebri imbecillitate non recipit curam, & poteſt ſic demonſtrari, quia imbecillitas cerebri non recipit curam, cum ſit membrum ualde magnũ & prin

 cipale

cipale,& exangue,& in perpetuo labore,& cui non facile poſſunt adhiberi auxilia,ſed nō curata imbecillitate cerebri, non curatur difficultas Spirandi, igitur non poterit curari. Iſtud argumentum concludit de curatione plena, quod ſit difficilis admodum, quod oporteat ipſum eſſe ualde obedientem. Quintum ad tranſmutationem eſt textus Auicennę,quem ego uidi ſępius experiētia comprobari, dicentis quòd Aſthma ſæpius tranſmutatur in hydropem, Secundum periculum eſt,ne per uiā putredinis corrupto humore crudo fiat eroſio in pulmone. Tertiū eſt ne ſiccato pulmone propter uehementiam laboris diſrumpatur, & Phthoe fiat. Quartū ne morbus ipſe per ſe deſæuiat & ingraueſcat, & ſuffocet ipſum. Ad quod uidetur paratus ualde cum iam morbus tranſierit ex συμπαθίᾳ in ἰδιοπαθίαν. Anhelat enim etiam tempore interualli non parum difficulter.

Princeps decima tertij (Trac.1. ca,38:) poſtquam docuit aſthmatis ab anhelitu

eorum

eorum qui prefocantur differentiã,& eſt quod qui aſthma patiuntur habent expirationes in ſpirationib.æquales aut maiores,qui prefocantur & ſtrangulant minores,docet cauſas aſthmatis eſſe quinque materiam,uapores flatum,intemperiem,& conſenſum cum cerebro per neruos,de quo ſuperius dictum eſt. Eum autem qui fit à materia diuidit trifariã, uel enim eſt extra membra anhelitus, & manet in his puta in uẽtriculo, & facit aſthma comprimendo,uel materia tranſmititur ad pulmonem, uel in ipſo propter malam intemperiem frigidam generatur. Quod uerò fit ob materiam tranſmiſſam quæ plerunque potius à capite tranſmittitur quam ab alijs membris, uel etiam quod fit à materia genita in ipſo pulmone trifariam contingit,uel in meatu ut in aſpera arteria,uel in uenis duris id eſt ramis aſperæ arteriæ uel in ipſa ſubſtãtia pulmõis & eius cauitatibus. Inde docet (cap.39.) unum ſignum generale fermè in omni aſthmate ex pulſu,& eſt quod eſt tremulus. Aliud diſtinguens locum,& eſt quòd cum fuerit ſine

materia in aſpera arteria cõtenta ſemper erit ſine tuſsi.

His uiſis, pro cura intentiones quæ rere oportet, uidentur autem eſſe intentiones principales generales quatuor, una ut tempore acceſsionis minimum incõmodi patiatur, altera ut rariſsimè uel nunquam acceſsio inuadat, pro quibus ſunt tria auxilia, unum eſt recta ratio uictus, alterum medicamenta, & tertium ſunt operationes quæ cum manibus fiunt. Regimen uictus diuiditur in ſex illa potiſsima, ſed medicamenta quædam applicantur interius, quædam exterius, item quędam ſunt naturalia & quędam artificioſa, ex his quæ exterius applicantur, ex his uerò quæ interius, quædam ſimplicia, quædam compoſita, ex ſimplicibus quædam agunt à manifeſta qualitate, quædam occulta, compoſita uerò quædam purgant, quædam agunt à manifeſta qualitate. Eſt etiam illud conſyderandum quod medicamenta artificioſa compoſita quædã fiunt per infuſionem, quædam per miſtionem, quædam per ſublimationem. Deinde oportet etiam

anim-

animaduertere quòd quædam medica-
menta habent unam intentionē,& quę-
dam plures.

Tertia ut interualli tempore omnino liber ſit à difficultate ſpirādi, & ſi fieri poteſt etiā à tuſsi. Quarta ut corpus quod extenuatum eſt pingueſcat & naturalis habitus reſtauretur. Prima fit cū his quæ pectus dilatant cum refrigeratione aëris & illius libera reſpiratione, & quiete animi, atq; abſtinentia à cibo. Secunda quatuor modis perfici poteſt: uel ut non generetur: uel ut emendata intemperie calida tam in toto quàm in cerebro ipſo ne trahatur ad cerebrum: uel ut diuertatur, uel ut attracta nō recipiatur ad pulmones. Et hoc trifariā, uel ut cerebrum nō demittat, uel ut per nares uel ſuturas, & non aliò demittat, aut pulmo non recipiat. Tertia intentio fit cum humectantibus materias in pulmonibus iam contentas diſſecantibusq;. Quarta cum his quæ impinguant, talia autem ſunt quæ plurimum nutriunt & humida ac frigida ſunt, & facilis concoctionis. Nam ut habetur ſecundo de temperamentis (ca.4.)

pinguedo fit à frigido & caro ab humi-
do: igitur cibus frigidus & humid; maxi-
mè confert reficiendis extenuatis: Nec
igitur ſolum ſufficit ſcire intentiones
quot ſint, ſed oportet etiam ſcire quo or-
dine ſint habendæ. Conſtat ergo quod
prima intentio principalis eſt parui mo-
menti niſi in caſu neceſsitatis. Secunda
uerò quo ad primum membrum, parum
habet ſpei, cum iam tam diu cõſenuerit
& materia quę generatur ſit frigida, ide-
óq; per uiam debilitatis caloris natura-
lis generetur. Calor autẽ naturalis non
poteſt augeri ultra ætatem conſiſtentiæ,
aliter daret retroceſſus in ætatibus. Nec
quo ad quartum membrũ, quia non figi-
tur in cerebro. Quamobrem etiam errhi-
na parum ualent, & cerata attrahentia ſu-
per ſuturas, nam potius materiam ſuper
locum læſum traherent & intemperiẽ e-
tiam augerent, cum nihil præter id pro-
deſſent, niſi forſan moderatè adhibita Er-
rhina ſola dilataret uias narium, ut tem-
pore tam quietis quam acceſsionis mate-
ria ſponte deflueret, quod tamen parum
habet ſpei. Nam tempore acceſsionis
eſt

eſt nimis multa ut eo deduci non poſsit, præſertim tam diu iam obſtructa uia illa, quę & ſi dilataretur, nō tamē tantū ut poſſet copiosè fluere, ſed nec tēpore quietis cum tunc non aſcendat, ſed ſolum ut concluſum eſt tēpore acceſsionis confertim ſeu uniuerſim trahit. Quod ſi materia ſenſim ad cerebrum aſcenderet tūc tam in errhinis quam cæteris per ſuturas aquam trahentibus eſſet ſalus ſecura repoſita. Et nos taliter plurimos ſanauimus. Ponemus tamen talia auxilia uberioris doctrinæ cauſa & etiam quia aliquando aliqua iuuant quibus non adeò ratio ipſa ſubſcribit. Sed quo ad ſecundum eſt magna ſpes, & quo ad tertium. Sed tertium diuiditur in deriuationem per ſudorem, per urinam, per ſeceſſum & eſcharoticum quod fontem uocant. Sed in ſudore non eſt ſpes ob regionis frigiditatem, & corporis extenuationē. Euacuatio etiā per ſeceſſum, cum hęc materia cōtineat in uenis non eſt ad modum utilis, niſi uel propter alia exhibēda, uel acceſsionis imminente tēpore, tūc eñ nō parū iuuaret. Verū liquet cum

non ſemper ſponte aluus fluxura ſit ci-
tra fluxum uentris, & talis fluxus ſit peri-
culoſus, quòd curatio per medicamenta
expurgantia perfici non poteſt. Cum ta-
men neq; ſine illis fieri debeat: Sed, ut di-
xi, exhibenda ſint talia uel propter alia,
uel ſub acceſsionis inſtantis & nondum
inchoatæ tempore. Reliquum eſt igitur
ut confidamus in prouocatione urinę at-
que eſcharotico. Tertia uerò intẽtio uix
poteſt perfici niſi ſecunda perfecta, & ita
quarta ſuccedit ſecundæ & tertię neque
enim ſine illis poteſt haberi, illis quoq;
habitis per ſe etiã uel leuiſsimo negocio
habebitur. Igitur cõſtat ſecundam inten-
tionem eſſe principaliſsimam in hac cu-
ra. Inde tertiam, poſt primam & quar-
tam.

Et his tandem concluditur quod prin-
cipalis pars curæ eſt in prohibendo tales
acceſsiones, & quod talis prohibitio fit
per tria principalia auxilia, ſcilicet emen-
dationem intemperiei calidæ tam in to-
to corpore quàm etiam in ſolo cerebro,
& in fonte ſub genu uel fontibus, & in
prouocatione urinæ. Ex quibus eſt ma-
ni-

nifeſtum quod uictus mediocriter frigidus & egregiè humidus eſt baſis ipſius curationis. Nam primo prohibet attractionem cerebri, ſecundo aſcenſum materiæ & uaporum ad ipſum, calidi enim eſt aſcendere, tertio cogit materiam, & ita non poteſt deſcendere per tunicam ad pulmones, ſed per cauitatē: Et ita excitabit tuſsim, & tuſsi expelletur, & nõ faciet ſpirandi difficultatem.

Et hæc ratio non ſolum in cibo & potu eſt obſeruanda, ſed etiam in lectis & alijs cauſis, ſcilicet aëre animiq; affectibus. Quod ſi quis dicat hunc morbum initium duxiſſe à uictu tali, ut excellens Caſanatus in epiſtola teſtatur. Reſpondeo, quòd hoc uerum eſt de uictu inordinato. Neq; enim ualet, uictus inordinatus aut intempeſtiuus cibus uel potus frigidus & humidus plus nocet quàm inordinatus uel intempeſtiuus calidus & ſiccus, igitur ordinatus & tempeſtiuus calidus & ſiccus melior eſt ordinato & tempeſtiuo frigido & humido: nam antecedens hic etiam in plurimis alijs caſibus uerum eſt, & quod ſequitur falſum. Cau

ſa huius eſt ſatis manifeſta, ideò propter id & propter breuitatem, illam adducere pretermitto.

Victus igitur frigidus mediocriter & plurimum humidus intemperiem emendat cerebri, & materiam craſsiorem reddit. Confert præter id materię in pulmone contentæ, ut dixi, & ita in tertia intentione, & impinguat ac reſtaurat, & ita in quarta intentione. Quare quintupliciter egregie iuuat in hoc caſu.

Manifeſtū eſt enim quod medicina habet intētiones plurimas, ſed principales ſunt quinq;, ad morbum, cauſam morbi, ſymptoma, habitū, ac uires, & cōſequentia hęc. Velut in caſu, morbus eſt materia in pectore contenta, ſymptoma difficulter ſpirandi, cauſæ materia congeſta in capite & illius mala intēperies, habitus extenuatio corporis: conſequentia uigiliæ & periculum tabis, inde ex intentioribus oriuntur auxilia, ut q̃d quędam illorum ſunt pro cura ne morbus ſuperueniat, quędā ne labatur in deterius, prohibendo pericula quibus paratus eſt, in omnibus autem his oportet quod nō ſo

lum

lum medicus faciat ea quæ debet facere, ſed etiam ęger ex toto obediat & aſtantes pareant, id eſt, ſciant bene regere. R. D. quia de obedientia non eſt dubium, ſed poſſet peccare per errorem, & quod non deficiant illi nececeſſaria, & maximè quia eſt in Regione in qua facile poſſent deeſſe. Poſtmodum cadunt tres dubitationes difficillimæ circa hoc, una eſt an inchoandũ ſit à debilioribus, Secũda an debeamus procedere ad medicamenta ualida. Tertia an debeamus tradere auxilia per ſingulas intẽtiones ſeorſum, an ſimul. Huius tertiæ dubitationis difficultas conſiſtit in hoc, quod ſi tradiderimus auxilia ſimul, primum non uidebuntur habere rationem, deinde quia aliquando uno tempore indigemus magis una intentione, aliquando magis alia, item quia illæ intentiones non uiderentur demonſtrare neceſsitatem & tamen demonſtrant multum, quia emendatio temperiei cerebri ferme eſt magis neceſſaria omnibus alijs, quod ſi uoluerimus deſcribere auxilia per ſingulas intentiones, tria ſequẽtur incõueniẽtia, primum

mum quòd cogemur repetere ſæpius eadem, ſecundum, quòd cogemur ponere auxilia quæ nocebũt uni diſpoſitioni, & alteri iuuabunt. Tertium quod fiet nimis prolixa narratio. Propter hoc dico quod melius eſt tenere uiam mediam, id eſt ponere auxilia ad res magis neceſſarias, & reliqua diuidere, ita quod ad ſingulas diſpoſitiones ponãtur quędam pręcipua ſeorſum, deinde aliæ intentiones generaliter, & ita compendioſe tra demus doctrinam hanc, & ſufficienter & diſtinctè. Cauſa alterius dubitationis eſt, quia dicebat Galenus Decimo Art. cur. (cap. 10. iuxta medicũ) Quibus nulla ſalutis ſpes eſt, & quæ eſt ea dubia eſt, neceſſe eſt hos aduerſos periculis ire, ex alia parte eſt Galenus in libro de Prædictione. ( cap. 11.) ad Poſt. qui dicebat in principijs nõ eſſe utendum medicamentis ualidis. Reſpõdeo breuiter, quod medicamenta dicũtur eſſe ualida bifariam, uel ratione generis ut pote eſula, & talibus non eſt utendum in principijs. Vel ratione qualitatis manifeſtæ ſuperauctæ, & ita eſt bonum uti & debemus,

mus, quia eſt neceſſarium ad ſalutem, clarum eſt enim quod ualet argumentũ eſt neceſſarium ad ſalutem ergo uti debemus, & maximè quando tutum, quod autem ſit neceſſarium declarabat Galenus in arte medica dicens (cap. 89.) manifeſtum eſt quod cura omnis fit per contraria non ſimpliciter dicit, ſed æqualia in gradu, & dabat ibi exemplũ. Et quamuis dici poſſet, quod ex longo uſu medicamenti debilioris in gradu poſſet tandem reduci, dico quod ſaltem in hoc caſu fieri non poteſt, in aliis autem diceret Galenus, quod actio quæ fit à contrario minore bene inducit contrariam qualitatem, ſed illa cum non ſit æqualis præternaturali interim uincitur à qualitate præternaturali, quia in uia Galeni qualitates contrariæ ſimul ſunt in eodem ſubiecto, & in eadẽ parte ſubiecti, & ex hoc ſoluitur dubitatio quæ poſſet adduci, ex ſuperius aductis, quãdo diximus, quod in cerebro. R. D. erat ſimul qualitas calida & frigida preternaturalis, & ſunt ſicut duo inimici in domo tertij inimici, quia ambo deuaſtant, & unus non impedit

dit alium in hoc, & apud medicos iſtud contingit quotidie, licet uideatur difficile apud Philoſophos, & nuper uidimus in illuſtriſsimo quodam Domino, cuius crus erat totũ rubrũ & calidũ ad tactum adeò ut uideretur pati phlegmonẽ, & tamẽ patiẽs ipſe ſentiebat frigus intollerabile per totum crus Et ex hoc patet ſolutio difficultatis alterius, ſcilicet an à leuioribus ſit inchoandũ? Sicut uidetur uelle princeps. Quarta primi (cap 1. pag. 3. in fine) an ab æqualibus in magnis morbis, uidetur uelle Gale. Quinto artis curãdi. (ca. 15. in prin.) dico igit̃, q̃d oportet à leuioribus nõ à leuiſsimis inchoare, ne metam morbi tranſgrediamur, & ne cura retardetur ſtatim & ſenſim trãſire ad ęqualia Relinquitur ſolũ difficultas magna, ſcilicet, an in ſtatu morbi ſimus, quia uideretur ꝙ eſſemus potius in augmẽto, nã morbus ille auget̃, ex alia parte quod in declinatione, quia morbus iſte originem habet à cauſa ꝓcatartica, ſed cauſa deſinẽte morbus ſit minor, & ideò uidet̃ q̃d ſit in declinatione, uidet̃ etiã ꝙ ſit in ſtatu, q̃a cũ ſint iã decẽ anni, ſi perpetuo ac-

cepiſſet

cepiſſet incrementũ iã pductus fuiſſet ad tantã magnitudinũ q̃d mortuus fuiſſet. Item cũ tempora morbi proportione ſibi reſpõdeant & principiũ cũ augumẽto occupauerint iã decẽ annos, ſtatus occuparet ſaltẽ tres aut quatuor annos & ita parua eſſet ſpes ſalutis. Reſpõdeo ꝙ morbus eſt in augmẽto qa auget, ad argumẽta dico ꝙ nõ eſt neceſſe expectare ſtatũ, q̃a poſſet intercipi cauſa generatiõis materiæ cũ auxilijs: & ad aliud dico ꝙ qualitas illa cõſeruat, qa facta eſt tãta impreſſio quod facta eſt diſpoſitio fixa & quaſi habitus. nam Medici fatentur expreſſe quod dantur intemperies abſq; materia in membris. Sed diceret aliquis, uel eſt fixa uel non ſi non eſt fixa, ergo non debuit manere tanto tempore, & propterea dico quod eſt fixa, ergo Hectica diceret aliquis? propterea dicẽdum eſt quod eſt intemperies fixa, calida & humida. Et ſi quis diceret unde humida? Reſpondeo qđ ex natura cerebri iã cum attractione uehemẽti humidæ ſubſtantię à qua cerebũ humeſcit, Et ſi quis dicat, erit ne intẽperies acquiſita p habitũ? Reſpõdeo qđ

ſic

ſic:nec in conuenit dari intemperiē prę-
ternaturam acquiſitam per habitū, quæ
faciat ſemper ægrotare, quia datur natu
ralis Sexto de tuenda ſanitate quæ talis
eſt(cap.3.ante finem.)ergo multo magis
preternaturā,ex quo colligo unum pul-
cherrimum,quod hic morbus ſpōte ſua
ſucceſſu ſenectutis fieret aliquanto læui
or imò multo, quia calida & humida
temperies Sexto de tuenda ſanitate(ubi
ſupra)reducitur ad temperamētum,quia
ſenectus nihil aliud eſt quam frigiditas
& ſiccitas, ut habetur in libro de Tabe,
(cap.4.)& ſeneſcere nihil aliud eſt quam
infrigidari & ſiccari,ſed tamen non per-
fecte ſanaretur,quia ut habetur Quinto
de tuenda ſanitate, ſenes generant mul-
ta excrementa propter imbecillitatem
coctionis,licet ſint ſicci temperamento,
quia tamē ceſſaret caliditas quę attrahit,
non generaret niſi ratione raritatis ac-
quiſitæ,& imbecillitatis ætatis, & humi-
dæ qualitatis iā impreſſæ, & iſte tres cau
ſæ non tantum facerent,quantum calidi
tas preternaturalis acquiſita,& cum ipſe
ſit in quadrageſimoprimo anno, eſt in
prin-

principio ſenectutis ergo, ergo morbus eſt in fine augumēti, & iam in principio ſtatus Ex quo collige quòd licet ratione cauſæ ſit morbus difficillimus, quòd poterit tamen curari quia iam ſponte eſt in ſtatu & accedet poſt quatuor uel quinq; annos, ſtāte bono regimine, ad aliquam manifeſtam declinationē. Circa hoc notandum eſt, quod iſte morbus dicitur eſſe materiarius, quia à materia impediente reſpirationem, ſed tamen à cauſa quæ eſt temperies non naturalis abſq; materia in ipſo cerebro, & iſtud poteſt eſſe in cauſa remota, non propinqua ergo ita ordinanda erit ſeries hęc: Symptoma eſt difficultas ſpirandi, morbus eſt obſtructio in aſpera arteria, & idem dicitur cauſa cōiuncta, quia in morbo qui fit & non eſt factus, qualis eſt hic, datur cauſa coniuncta, & hæc eſt eadem cum morbo, ut habetur à Galeno in libro aduerſus Iulianum. Cauſa uerò antecedens eſt materia ipſa aquea quæ deſcendit, & magis remota quæ eſt in cerebro, & remotiſsima ac prima & principalis, quia prima cauſa eſt maximè cauſa & intemperies in cere

bro calida & humida. Obſtructio igitur facta eſt morbus, & materia obſtruens dum obſtruit eſt cauſa coniuncta etiam. Ita habemus hic ſex per ordinē, ſymptoma id eſt difficultas ſpirandi, morbus, & eſt obſtructo in aſpera arteria, cauſam coniunctam morbi et eſt materia obſtruens cauſam antecedentem proximam, & eſt materia defluens, cauſam remotam, & eſt materia contenta in cerebro, cauſam primam & principalem à qua pendent omnes aliæ & eſt mala intemperies in cerebro, quas omnes anteceſſit cauſa una procatartica ſeu externa quæ fuit inſolatio, ſed huic nulla debetur cura, Galeno teſte Tertio artis curandi, quia non eſt, ſed debetur ſolum præcautio, ne iterum occuramus tali cauſæ. Tria prima ſunt ſimul iuncta loco, tēpore & neceſſitate, ſcilet Symptoma, morbus, cauſa cōiuncta, ex unoquoq; enim eorum ſequuntur reliqua duo, utpote nunc eſt materia obſtruens in aſpera arteria, ergo obſtructio, & ſpirandi impedimentum, ſed reliqua tria differunt inter ſe, & ab his tribus natura, tempore, loco, &

& neceſsitate, de natura manifeſtũ eſt, quia etiam prima tria differunt natura inter ſe, de tempore clarum eſt, & ſimiliter de neceſsitate, quia poterit eſſe intemperies in cerebro ut eſt, & non adeſſe materia genita, ut in tempore in quo iam tota defluxit, poterit etiam eſſe materia in cerebro, & non deſcendere, ut in tempore interualli acceſsionum, in quo uerisſimile eſt partem materiæ eſſe in cerebro, & tamen non deſcendiſſe, & ſimiliter poteſt deſcendere, & non obſtruere, ſicut quando fieret craſſia, & dum deſcendit expueretur per tuſsim, aut ut eſſet adeò pauca ut reſoueretur uel penetraret. Sed de loco manifeſtum eſt quod pars continetur in pulmone, alia eſt in uia, ſcilicet in tunica, alia in cerebro. Sed dicet aliquis, materia ſaltem quæ continetur in cerebro, eſt eadem loco cum intemperie quę etiam eſt in cerebro. Reſpondeo quod non, quia intemperies eſt in ſubſtantia, & materia continetur in concauitatibus. Et ſi quis dicat, quorſum hęc tanta; dico quod propter duo ualde neceſ-

 ſaria,

ſaria, primum quod in his quæ ſunt diſtincta loco, tempore & neceſsitate, poſſumus prohibere tranſitum unius in alterum, & ita cum ſint quatuor poterimus habere quatuor genera curandi, primum ut tollamus malam intemperiem cerebri. Secũdum, quod dato quod non poſſemus tollere, quod prohibeamus generationem materiæ in cerebro. Tertium, quod dato quod illa materia iam genita ſit, ut prohibeamus illius deſcenſum. Quartum, quod dato quod deſcendat ut prohibeamus obſtructionem fieri, Aliud quod ſuccedebat ex hoc cõmodum in cura erat ut ſciremus quòd omnia auxilia quæ conferunt ſymptomati, cõferunt etiã morbo & cauſæ cõiunctę, & uerſa uice quæ conferunt cauſæ coniunctę, uel quæ conferunt morbo, conferunt reliquis duobus neceſſario, & quæ nocent uni nocent omnibus. Nõ autem ita in alijs cauſis quia quędam poterunt prohibere generationem & augebũt intemperiem uel defluxum & ita de alijs, & hęc de cura generali.

Nunc demum ad propria & ſingularia

ria deuenio, incipiẽdo à cura primę cauſæ, id eſt, malæ intemperiei in cerebro factæ, quia illa eſt uerißima, ſecurißima & perfectißima cura, & ſi nõ poſſet adhuc tolli tota, ablata magna parte, poſſet duobus modis ꝑfecte curari, uel per ſe, quia materia illa nõ generaretur in tãta quantitate quod poſſet deſcendere, uel dato quod generaretur, poſſet reſolui aut cogi aut diuerti, ita quod morbus ceſſaret. Igitur primum inſtituendum eſt regimẽ, ſed quia in regimine quædam neceſſaria ſunt, quæ tamen non iuuarent niſi repurgato corpore, ideò à medicamentis incipiendũ eſt, & quia purgatio capitis pręſupponit purgationem totius corporis, Teſte Galeno, & purgatio corporis præſupponit præparationẽ, ideò à præparatione incipiẽdum eſt, & quia pręparatio fit quatuor modis uel quinque, ſcilicet diſſecando lenta, attenuando craſſa, aperiendo obſtructiones, æquando immoderata & uẽtrem lubricum reddendo, ab ipſius uentris lenitione incipiendum eſſe duco. Igitur.

Recipe ſucci caſsiæ nouiter extractæ

℥.vi.pul.hiſopi gr.v polipodij recētis ſic cati in furno leuiter, & ſubtiliſsimè pul-uerizati ℥.s.miſce & cū ſaccharo fiat bo-lus,capiat per horam ante cibum inde co-medat ualde parum, ſequenti mane ca-piat Syrupum iſtum.

Recipe cubebarum ℈.i.florum cordi-alium pug.i.Seminū melonu ℥.s.carda-momi,cinamomi,añ.℈.s.Gariophylorū tenuium gr.vij.fiat decoctio in libra una & media aquæ ad conſumptionem me-dietatis addendo flores in fine, ultimo coletur, & de hac decoctione capiat ℥.iij.uſq; ad iiij Syrupi roſati ſimplicis ace-toſi añ ℥ vi..Syrupi de Sticados ℥.ij miſ-ce & fiat ſyrupus,capiat per tot uices do-nec urina appareat concocta, inde aſſu-mat hoc medicamentum.

Recipe Succi caſsię nouiter extractæ ℥.v.Trociſcorum de uiolis ſine ſcammo-nea ℥.i.s pulueris tartari albi ℈.s.miſce & capiat in bolo uel diſſoluantur cū deco-ctione ebuli & aſſari & ſoldanellę facta cū additionę modici cardamomi, capiat in mane & tardet cibū quinq; horis, & capiat modicum cibi, inde reuertatur ad

coſ-

eoſdem Syrupos, addendo cardamomi modicũ, & cũ apparuerit cõcoctio in urina, utat̃ colocinthida p̃parata hoc modo

Recipe colocinthidæ mũdatæ à granis & cortice ℥. s. mellis puri crudi ℥. ij. aquę ℥. xx. coquantur omnia ad conſumptionem totius aquę deſpumando inde coletur, & de hoc melle capiatur ℥. s. agarici electi, maſticis pulueratorum añ quantum ſufficit ad faciendum pillulas, & fiant pillulę tres quas capiat poſt primum ſomnum, & ſi uidebuntur nimis magnę capiat ſolum dimidium mellis, uel ℈. i. ita ut fiant pillulæ tres minores, & iſtud eſt primum ſecretum, & eſt ſingulare, deinde ſequenti nocte cœna leui capiat ℥. x. ſacchari uiolati poſt cœnam, & iſtud eſt ſecretum ſecundum, quia cum ſit res leuiſsima eſt tamen maximi iuuamenti. Hæc purgatio poteſt iterari, & debet totiens quotiens neceſſarium fuerit.

Deinde ad capitis purgationẽ deueniendũ, & hęc poteſt fieri per tria loca conuenientia, quę etiã generaliter tempore ſanitatis, illi conueniũt. Primus locus eſt palatum, & ſecundus nares, & tertius

per ſuturas, & maximè eam, quæ uocatur coronalis, per palatum non mihi multum ſatisfacit, quia locus eſt proximior loco patiente, per nares ergò conuenientius eſt deducere materiam peccantem, & circa hoc poſſent connumerari plurima, ſed ego ponam ſecretum mirabile, expertum à me ſæpius & eſt tertium.

Recipe lactis capræ, uel uaccæ aquæ añ. ℥iiij. elacterij gr̄. ij. diſſoluatur optimè & trahatur per nares. hoc ſi rite fiat ieiuno uentriculo, optime facit & multam materiam, & aquã deducit & pituitam, & tantam adeò ut aliquando uideatur nimis. iuuat etiam in mane trahere aquam frigidam per nares, impleto ore aqua frigida. Sed hoc non erit ei ualde utile, ut dixi, tamen oportebit ſtare experimẽto.

Tertius modus eſt, ut extrahatur materia per ſuturas, & maximè per coronalem & iſtud eſt auxilium adeò potens ut D. Franciſcus Bernardinus de clauenzano, fuerit curatus ex Aſthmate ſeptem annorum, pro quo non poterat inueniri auxilium aliquod quod iuuaret & erat extenuatus uſque ad extremum. In hoc tamen

men caſu, ut dixi, parum confert, quoniam materia non eſt fixa in cerebro.

Recipe picis græcè & naualis añ ℥. vi. mellis anathardi ℥.s. Sinapis albi ʒ.iij. euphorbij ℥.i.s. miſce & fiat ceratum & raſo capite imponatur ſuper ſuturam coronalem. Iſtud medicamentum poteſt etiam exacui addendo cantaridas, uel poteſt mitius reddi dimittendo euphorbium & ſinapim, & apponendo ſarcocollam, Quod ſi quis dicat ex Galeno Septimo de comp. medicam. (cap. 6.) ſecundum locos, non conuenire in iſto morbo calefaciẽtia multum neq; infrigidantia, dico quod iſtud eſt uerum de materia coniuncta, ut ibi declarat: & etiam medicamentis ſumptis per interius, & ubi prouocaretur ardor, adhibeatur butyrũ ablutum cum aqua plantaginis aut uiolacea, & iſtud ceratum aliquando prouocat uſque ad ℔. ij. aquæ in horis uiginti quatuor, & in aliquibus ſolum ℥. ij. aut tres, & hoc prouenit ex cutis craſsitudine aut oſsis. Tamen, ut dixi, in hoc rariſſimo caſu auxilium quod omnibus conferrè ſolet, non eſſet tutum eadem ratio-

ne quia materia non eſt fixa in cerebro & intemperies eſt calida.

His uiſis oportet deuenire ad emendationem temperiei ipſius cerebri, & hoc poteſt fieri quatuor modis: Primꝰ eſt per deſtillationem aquę thermarum Lucenſiũ, q̃ ſunt in Italia, & ſunt expertę, & eſt quintum ſingulare. Modus igitur talis eſt, multa ſumpta aqua p̱ octo dies, poſtmodum ſubijciat caput ex comiſſura coronali deſtillationi illius aquæ per dimidiũ horæ, & iſtud eſſet adeò mirabilę ut poſſet hoc præſidio ſanari ex toto.

Secundũ eſt ut abluat caput lixiuio puro & ſimplici calido ualde. Sed lixiuium ſit factum cum pauco cinere, & ſit ablutio capitis facta in cubiculo concluſo, ubi ſit ignis, ſed non ſit ęſtuarium, & facta oblutiõe capitis ſuper infundatur repente tota una ſitula aquæ frigidæ, nuper è puteo hauſtę, ſed ſenſim incipiat ab uno urceo inde duobus poſt tribus & quatuor, & ita ſenſim aſcendendo, donec perueniat ad ſitulam, inde ſiccetur, poſt paulũ cũ linteis ualde ſiccis diligẽtiſsime adeò ut non remaneat ueſtigiũ aliquod, &

& ſit bene ſiccatũ caput, & lintea ipſa q̃bus ſiccat̃ nõ ſint calida, ſed minus q̃ tepida, & poſtquã ſiccatũ fuerit non exponat ſe per duas horas aẽri, ſed maneat in cubiculo, & hoc auxiliũ eſt ſecretũ magnum, q̊ etiã ego utor ꝑ me ipſo iã multis annis, & eſt ſumptũ à Cornelio Celſo lib. primo (ca. 4.) & in principio dum utetur hoc auxilio uidebit̃ res ei difficillima, adeò ut cum ſentiet illam aquam mũdus uidebitur peruerti, nunquam tamen aliquis paſſus eſt aliquid incommodi ex hoc. Et ſi quis quærat à me, quare illa aqua adeò iuuet, dico quod cum ipſa ſit frigida actu corrigit intemperiẽ calidam acquiſitã, quæ eſt cauſa morbi prima & principalis. item quia eſt frigida actu cõfirmat calorem naturalem, et intus illum recludit: ſecundo cogit ſubſtantiam cerebri, quæ rarior erat. Ergo aqua frigida tria facit inſperſa eo modo, ſcilicet emendat intemperiem calidam, cogit calorem naturalem, & confirmat, & ſubſtantiã cerebri cõdẽſat, ſed iſta tria ſunt in quibus peccat cerebrũ, & ſunt cauſæ morbi primæ & principales, igit̃ hoc eſt ꝑfectũ auxilium

auxilium, quo curari poteſt.

Tertium ſingulare quod licet uideatur eſſe artificioſius, & potentius, longe tamen eſt inferius præcedentibus, & ut fiant ablutiones capiti & etiam caſus aquæ ab alto ex aqua calida in qua decocta fuerint infraſcripta, ita ut talis inſtillatio fiat ſuper ſuturam coronalem, & per quatuor digitos ante & poſt, cuius deſcriptio hæc eſt.

Recipe mirabolanorum emblicorum ℥.ij. Santhalorum citrinorum minutim inciſorum ʒ.i.s. Seminum mirti ℈.iiij. florũ mimpheæ pug.i. aluminis rochæ uulgati, aluminis Zucharim añ. ℈.v. Gallarũ ʒ.i.s. citini ſeu floris mali granati pug. i. ligni aloës electi & perfecti minutim inciſi ℈.ij. foliorum maioranæ pug.i. Gummi Iuniperi (quæ uocatur Sandaracha) ℈.s. aquæ ℔ xxxx. bulliãt hęc uſq; ad cõſumptionem medietatis fermè, deinde cum uno fruſto calybis ignito calybretur, & de hoc fiat inſtillatio, ſecunda autem uice duplicentur hæc omnia in eadem quantitate aquæ, tertia triplicentur & loco aquæ frigidę accipiãtur ℔. xxxx.

aquæ fabrorum ferrariorum, & addatur aceti ℔. s. iſto modo perſeueret ſingulis quatuor diebus in loco calido, non tamẽ in Aeſtuario, & perduret iſta deſtillatio per quartam partem horæ, dein de exſiccetur cum linteis ualde ſiccis & non calidis.

Quartum auxilium eſt per os, & eſt puluis iſte Recipe Coriandrorum præparatorum ℥.s. Seminum papaueris albi, torrefactorum foliorum meliſſę añ. ʒ. ij. cinamomi ſubtilis ℈.s. Gariophylorum tenuium gr̃. v. Santhalorum citrinorum ℈.i. mirabolanarum emblicorum ℈. iiij. ſacchari candidi roſati ℥.s. fiat puluis ſubtiliſſimus de quo utatur poſt cibum mane & ſero.

Secundum principale eſt ut non generetur dicta materia, & pro hoc occurrendum eſt tribus modis, primo ut fiat bona coctio, Secundo ut quæ aſſumuntur eius ſint qualitatis ut non facile tranſeant in materiam tenuem. Tertiò ne multa materia trahatur ad caput, quia igitur intentiones erunt explendæ per rationem uictus & ſublatum eſt impedimentum

mentum ordinandi illam, eo quod ordinauimus iam purgationem: dico igitur quod quantum ad aërem ille debet eſſe ſiccus & tenuis, ſed in calido & frigido debet eſſe temperatus, item clarus & ſine motu, per hoc igitur quod dico ſine motu, omnes uenti erūt illi noxij, ſed magis omnibus auſtrini, deinde orientales, deinde omnes maritimi, deteriores aūt qui iuxta aquas dulces, boni autē, id eſt, minus mali Boreas, & melior omnibus eſt uentus occidentalis, & hęc generaliter, quia ratione ſitus Scotię poſſet aliter res ſe habere. Dixi etiā ꝙ neq; calidus neque frigidus, ex quo etiā declarat̃ quòd in ęſtate & in hyeme, & in ęſtuarijs deterius ſe habebit, & cauſa unius dicti ab egregio D. Guglielmo ſcilicet q̊d deterius ſe habet in Aeſtate, & eſt ratio manifeſta qa caliditas auget intēperiē. Apparet etiam ꝙ habitatio in æſtuarijs multū nocet, & facit deſtillare pituitā augēdo intēperiem, & ita nocet in preſenti, & in futuro, quamobrē diligenter cauendū eſt ab illis, & ſi nō poteſt propter frigiditatē regionis, ſaltem habitet in caldarijs tempe-

ratiſsimis,mundis & ualde ſiccis,&inter illa, quæ poſſunt exſiccare aërẽ ſunt ſanthali rubri,& citrini,item Ladanũ, quod quidem, ut habetur à Galeno Septimo de ſimplicibus medicamentis(ca.de ciſtho.)eſt calidum ſolum in primo, itẽ myrtus,itẽ roſę,etiã aliqd ligni aloës,itẽ ſpinoſa ligna quæ bene olent,& iuniperus, omnia ſunt bona, etiã ſi nõ habeant aliquẽ odorẽ,& quia habitare in æſtuarijs nõ calidis forſitã non poſſet propter frigus,utat̃ indumẽtis pelliceis maximé lupinis,item caueat ab omni inſolatione,à pluuia, ꝓdeat aëre ſereno, tranquillo & quieto in umbra, caueat etiam ab omni aëre nocturno, à crepuſculis utriſque, quantum ab inimico lætali,utatur etiam pomo infraſcripto aliquando pro odore.Recipe Santhalorum citrinorum ʒ. i. s.florum labruſcæ ſiccatorum ℈. ij. ligni aloës ℈.s. maioranę,lachrymæ iuniperi, añ.gr̃. vii. gariophylorũ ſubtilium gr̃.|v. roſarum rubearũ,coriandrorũ præparatorũ,añ.gr̃.xv. Ladani electi ʒ. x. diſſoluatur ladanũ in aceto acerrimo, inde cũ ſupraſcriptis ſpeciebus redigat̃ in formã pomi,

pomi. Et quando non placeret pomum poſſet uti odore roſarum, in quibuſdam tamen roſę calefaciunt cerebrum. ſed flores labruſcæ in hoc ſunt mirabiles, item dormiat non in lectis ex pluma, ſed ex ſtupa ſerici, & hoc caueat diligẽter, quia multum refert, calefacta enim Spina dorſi, & uena caua, ſtatim aſcendunt materiæ ad cerebrum, eſt etiam ibi arteria magna, & ideo oportet ſi uideatur ſtratum durum ut plures ſuperponat lectos ex ſtupa ſerici, item conſyderet quod non oportet dormire ſupinum, ſed potius pronum aut ſaltem in latus, & ſi dũ dormiret pronus aqua ex ore deſcenderet, magnum ei afferret auxilium. Item oportet ut puluinus eſſet ex palea tritici bene ſicca, & minutim inciſa, quod ſi nõ poſſet perferre ob duritiem & aſperitatem, ut eſſet ex alga marina bene ſicca, ex pluma autem nullo modo. Item quod non ſit puluinar ex corio, ſed ex lino, aut quod melius eſt ex canabe, oportet etiam ut utatur in nocte inuoluens circa caput ex ipſo canabe, Thymiama noſtrum Recipe aquæ uitæ triũ coctarum ℔.i.s.

℔.i.s. Santhalorum citrinorum minutiſſimè inciſorum ℥.ij. Seminum myrti con tuſorum ℥.iij floris labruſcę.m̄ i. incidantur flores & cum reliquis ponantur in ipſa aqua per uigintiquatuor horas, inde deſtilletur, & illam aquam odoret ſæpe, addito modico aceti. Aliter infundantur iſta in uino albo potenti per tres dies, inde deſtilletur: aliter infundantur in ℔. ij. aceti albi per tres dies, & deſtilletur: aliter capiantur iſta eadem & ponantur in aceto albo, & exponant̄ Soli inde coletur exprimendo bene, & addantur tantundem ex ſanthalo, floribus labruscæ & fructibus myrti & hoc iteretur ter aut quater, & de hoc uel aliјs ſupraſcriptis poterit tenere in cubiculo, & ſi nihil aliud facere uellet: item ſepius odorare uel inſpergere ſuper flores, uel inſpergere domum. Oportet autem ut deſtillationes ſuperiores fiant cum uitro, & non aliter, ſicut etiam de inferioribus dicemus & hoc eſt ſingulare.

Caueat etiam ne ſubito aſſumpto cibo eat dormitum, ſed maneat donec deſcendit cibus ad imum uentriculi, utpo-

te per unam horam cum dimidia, & ſomnus ſit cum una manu poſita ſuper uentriculum, iſtud enim plurimum confert, ad concoctionem optimam, & ſit à ſeptem horis uſq; ad decem, & non credat R.D. q͠d ſit aliquid melius ſomno prolixo, & ideo detrahat, ab occupationib. quod condonet ſomno, & ſi non poteſt, detrahat à ſtudijs, ſit aũt ſumma cura uitæ ſine qua felix uita eſſe non poteſt.

Vbi à lecto ſurexerit curã habeat ut euacuentur excrementa alui & ueſsicę, & familiare ad hoc eſt noſtrum hoc ſingulare ſub alia forma quam ſuperius diximus.

Recipe conſeruæ florum perſici ℥.ij Sacchari uiolati ℥.iiij. miſce, capiat in mane, tardet cibos per quinque horas, deinde leuiter prandeat. Attamen caueat ab omnibus euacuantibus quantum poteſt propter tres cauſas, prima eſt extenuatio, omnis autem euacuatio nocet tabificis & conſumptis. Secundò quia euacuatio impedit concoctionem debilitando uentriculũ, ideo adiuuat ad cruditates generandas, & ideo auget cõcau

ſam

ſam morbi p̄ accidēs, licet per ſe minus;
tertiò quia nō euacuat quidq̄ ex materia
quę continet̃ in capite, ſeu ex materia fa-
ciēte morbū, & multo minus ex materia
contenta in pulmone, ſexto de locis, &
ꝓpter hoc ubi cōtigerit neceſsitas euacu
ationis fiat modò infraſcripto, & eſt Hip.
Singulare, optimum & in quo peccare
non poteſt.

Recipe lactis aſinini recēter mulcti à ℔
ij. uſque ad iiij. ℔. in mane capiat in una
uel pluribus uicibus dūmodo à primo
hauſtu ad ultimū nō intercedat plus ho-
ra, iſtud em̄ euacuat aluū & uentriculū &
nutrit & ſedat malā intēperiē calidā quæ
eſt in toto corpore, & aperit obſtructio-
nes pulmonis, & pectoris & nutrit pul-
monē, & ſecurū reddit à Phtiſi, & eſt gra
tum guſtu. Oportet aūt obſeruare, ne cū
lac accipit utat̃ cibo copioſo, itē ne ſe ex-
pōat aēri, itē ne coagulet̃ in uētriculo, &
ꝓpter hoc deābulatio ſuauis eſt ualde bo
na, itē oportet animaduertere, ne aceſcat
in uētriculo. & ubi nō deiecerit aluū, op-
ortet illa uice uti clyſteri, deinde alia uice
exhibere maiorē quātitatem, itē cauere

per totam illam diem & ſequentem, ne comedat aliquid corruptioni obnoxiũ, non piſces, non fructus, neq; carnem eli-xam, neq; exerceat ſe à cibo illa die, neq; curis animum, diſtrahat. Caueatq; ab o-mni uexatione corporis & animi, ſed u-bi cogatur aſſumere clyſterem, propter imbecillitatem operationis deijciendi, tunc alia uice ſumat maiorem quantita-tem lactis ut pote uſq; ad tres libras, & etiam uſq; ad quatuor ſequenti uice, ubi tres libræ nihil facerent: Et hoc eſt medi-camentum ſecuriſsimum, nec eſt aliud medicamentũ quod tales non afficiat ali quo modo preter iſtud. Lac autem illico ab aſina mulgeatur. Oportet autem Aſi-nam paſcere cibis optimis & herbis mol libus, ut eſt malua, blitũ, mater uiolarum flores roſarum, comedat etiam ſpeltam & auenam, & partus ſit recens, & me-lior eſt aſinæ quæ pepererit fæminam, & Aſina uiuat in libertate cum ſuo pullo, in pratis. Habita ergo alui deiectione, ſponte, debet pecti caput pectinibus ex ebore, qui confortant cerebrum: & frica-ri debẽt extremitates, & dorſum, & inun-

gi

gi oleo amigdalino dulci recenti, ſpina dorſi & pectus, & omnes iuncturæ, inde deambulet in loco amœno, & aprico, nõ tamen in Sole.

De Venere, certe non eſt bona, neque utilis, ubi tamen cõtingat neceſsitas, debet uti ea inter duos ſomnos, ſcilicet poſt mediam noctem, & melius eſt exercere eam ter in ſex diebus pro exemplo ita ut ſingulis duobus diebus ſemel quam bis in una die, etiam quod ſtaret per decem dies Caueat etiam ab omni immoderata repletione potus & cibi caueat etiam ab immoderata abſtinentia cibi, & à fame uehementi.

Exercitatio autẽ omnis ſit ante cibum & à cibo nũquam, & ſi contingat quod cogatur exercere ſe, aſſumat parum cibi, & parum nutrientis & cum exiguo potu, exercitatio quoq; cum equis commode deambulantibus eſt bona, & non ſit unquam uſque ad ſudorem, ſed citra, ab exercitatione autem poteſt aſſumere cibum.

Circa hoc cadit primo dubitatio, utrũ prandium debeat eſſe maius cœna, & cir

ca hoc diſtingo quinq; modis, primus eſt quod debet ſequi cõſuetudinem, ubi illa conſuetudo ſit iam confirmata & nõ interupta aliquo modo, & hoc ſeu melior ſit prandendi ſeu cœnandi copioſè conſuetudo. Secunda diſtinctio eſt, quod ubi nulla ſit conſuetudo firmata, oportet conſyderare, an ſit robuſti uentriculi, an debilis, & ſi debilis uentriculi melius eſt ut cœnet copioſe & liberaliter, & parce prandeat: quando autem dico liberaliter prandere uel cœnare intelligo quod aſſumat duplum panis, & quintuplum obſonij, reſpectu alterius cibationis, uelut capiat in una cibatione untias tres panis, & untiam unam carnis in alia cibatione capiet untias ſex panis, & untias quinque carnis. Tertia diſtinctio eſt, quod ubi uentriculus ſit ualidus, uel cogitur exercere ſe, uel ſcribere, uel cogitare de rebus difficillimis, à prandio, & tunc prandium debet eſſe leuiſsimum, & cœna uberior. Quarta diſtinctio eſt, quod nulla ſtante conſuetudine & dato quod uentriculus eſſet robuſtus & non cogatur exercere ſe mẽte, uel corpore

pore,tunc uel comedit ſero,uel matutina hora,ſi tarde,tunc debet prandere parum & copioſe cœnare. Quinta & ultima diſtinctio eſt, quod ubi etiam eſſet robuſtus uentriculus, & poſſet prandere matutina hora, & non cogeretur quicquam agere,tunc ſi uel non bene dormiuit, uel non ſentit priſtinum cibum adhuc eſſe concoctum, tunc debet parum prandere,& bene cœnare, in duobus ergo ſolum caſibus debet copioſe prandere & parce cœnare,ſcilicet quando conſueto diuturna hoc obtinuerit ut plus prandeat quàm cœnet,& non ſit cõſuetudo interrupta. Secundus cum uentriculus fuerit ualidus,bene dormierit, bene concoxerit.& negocijs non diſtineatur & prandeat matutino,ſed quia,ut audio, ipſe iam contraxit conſuetudinem aſſumendi cibum in mane copioſiorem, ideo quod poteſt iuuare in hoc caſu et quod debet facere,eſt primum ut comedat tempeſtiuè & quanto tempeſtiuius tanto melius,ſecundum ut tardet à cibo per duas horas antequã omnino quidquam mente peragat, corpore autem

ex toto quieſcat uſq; quo uadit dormitum, & ſi cogatur ire, eat ſuper mula, & non ſuper equo, neq; pedibus neq; naui. Tertium, quod in hoc caſu abſtineat à cibis omnibus craſsi alimẽti, quibus poſſet uti in cœna ubi aſſuetus eſſet parciſsimo prandio, & ſimiliter abſtineat à cibis calidis lentis, & pari ratione, à cibis uehementis frigiditatis, quibus poſſet uti ubi ſolitus eſſet prandere parcè, & cenare liberaliter. Quartum eſt ut parũ bibat, & ſi uult bibere poterit potius bibere in cœna, etiam q̃d ſit parcior: Quintũ eſt ut cito eat dormitum, ita tamen ut non eat dormitum niſi poſt cœnam per horã unam ſaltem integram.

Hic cadit alia dubitatio egregia, ſcilicet utrũ in cœna, dato quod copioſe prãſus fuerit, debeat aſſumere res nutriẽtes, puta carnes, oua uel piſces? & uidetur quod non ex Galeno ſexto de tuenda ſanitate (cap. 7.) ſed illud dictum uidetur tenere niſi in ſanis, quia idem Septimo artis curandi (cap. 6. pag. 4.) uult quod cibum capiant nutrientem, ſed qui facillime concoquitur, & ſi quis dicat, quod loqui

loquitur de imbecillitate uentriculi, Reſpondeo quod tantum impertiendum ferculi, quantum neceſſe eſt ad nutriendum uentriculum. Sit ergo forma cœne, gratia exempli, talis, quatuor uel ſex untiæ Panis & uitellum oui, cum modicis uuis paſsis, aut turdus, aut quatuor teſticuli Gallorum cum eiſdem, aut dimidium alæ pulli ſine paſſulis: prandium autem ſit ab octo untijs panis uſq; ad duodecim cum pullo integro, uel cum quarta parte hædi uel leporis, & ita potus ſit modicus, ut dixi, in prandio & paucus etiam in cœna, propter cibi paucitatem.

Circa Regimen igitur cibi & potus conſyderanda ſunt quatuor, quantitas de qua dictum eſt, & circa quam eſt conſyderandũ, quod oportet obſeruare tres regulas: Prima ut ſeruetur conſuetudo, Secunda ut declinet potius ad parcitatem quam ad copiam, Tertia ut plus comedat de cibis bonis, & minus deprauis, & quanto deteriores tanto minus, & de cibis facilis concoctionis plus quam de cibis difficilis concoctionis.

Sed quo ad ordinem unus eſſet ordo

qui ſatisfacere omnibus, ſcilicet & comederet tantum de uno ferculo, & eligeret quod magis ei placeret, & iſte ordo eſſet optimus. Secundus ordo eſt ut quanto pauciores cibos comedit tanto melius, & quanto magis ſimplices. Tertius ordo eſt, ut cibos maximè nutrientes comedat ab initio ut pote carnes, & hoc quia uentriculus nutritur ex cibo prius ingeſto, quia adhæret parietibus uentriculi, fallit tamen regula, quia ſi ab appetitu uictus comederet cibos facilis corruptionis, tunc illi debent præponi quia multum nocent in principio, ſed longe magis in fine, circa præparationem quinque ſunt illius genera, elixum in aqua à quo debet omnino & penitus abſtinere, nec licet comedere quidquam illo modo præter columbos, & cauſa eſt quia parum nutriunt, & nutrimentũ eſt ſęroſum & facilis corruptionis & difficile concoquuntur, & generaliter nihil eſt deterius. Secundum genus eſt eorũ quę friguntur in ſartagine, & talia etiam ſunt peſsima quia liquor ſeu ſit oleum, ſeu ſit butyrum aduritur, & quod coquitur re-

manet

manet intus crudum, ergo talia nocent trifariam, aſtringendo ſpiritum propter aduſtionem, & exhibendo nutrimẽtum inæquale & prauum propter magnum diſcrimen, quod eſt inter partes interiores & externas. Tertia propter difficultatem concoctionis quæ in parte exteriore contingit propter ſiccitatem & in interiore propter frigiditatem & cruditatem, ſicut ſiccitas fit propter aduſtionem. Tertium genus eſt aſſatorũ in ueru iſtud genus diuidit primũ quia illa quæ aſſantur in ueru quædam ſunt uacua interius, quædam uero ſunt ſolida, ſicut caro uitulina & caſtrati, uacua uerò interius ſunt ſicut omnes aues, etiam quod impleant ſubſtãtia earum eſt paulo craſſior digito & plerunq; etiam tenuior, talia ſi pinguedine uituli irrorẽtur ſunt optimi nutrimenti, bene nutriunt, nutrimentum eſt minimè ſæroſum. Sed ſolidum, minime corruptioni obnoxium, paucorum excrementorum, facilis concoctionis. Sed in hoc oportet obſeruare tria, primum ut perfecte concoquatur & non nimis aut parũ, ut nõ comedat partem

tem exteriorem, quia eſt nimis aduſta, ut recenti pinguedine uitulina, & etiã modico ſucci citrãguli dulcis in fine inſpergãtur, ne omnino quidquam aduratur, quia ut nihil ei melius eſt aſſatis, ita nihil deterius eſt aduſtis. Et cauſæ horum declaratæ ſunt à nobis in primo libro de tuenda ſanitate. Sed in his quæ ſunt ſolida quia illud quod eſt iuxta ueru non coquitur, oportet ut ſubtracta parte exteriore circum circa, comedat illud quod eſt iuxta per unum digitum, & quædã ſunt quæ perfectè coquuntur propter tenuitatẽ ſuam, ſicut caro hædina, iſta poteſt tota edi. Sed tamen non adeò bene coquitur iuxta oſſa, oportet igitur ut coctio ſit longa & leuis iuxta finem ſaltem, & cum aſsidua irroratione pinguedinis, & cum igne facto ex lignis mollibus ſicut ſalicis, quia iſtud multum refert, caro enim à lignis duris ut quercus, accenſis, aduritur uehementer & exſiccatur, qua ſiccitate nihil eſt deterius, quia parũ nutrit, coctio difficilis redditur, exſiccat & tabefacit corpus, & à proprietate nocet difficultatem ſpirandi patientibus.

Aues

Aues etiam melius eſt ut impleantur ſiue gallinæ ſiue aliæ, quia melius coquuntur & humidiores reddũtur interius, impleri autem debent his quæ non adurun tur ab igne ſicut uuis paſsis ablutis in aqua primum. deinde in pingui iure, cum modico carnis caſtrati gladio contritę, item cum carne prunorum cum carne etiam perſicorum & fructuum generaliter, cauendo tamen pira & poma, ut uidebitur inferius. Quartum genus eſt aſſatorum ſuper prunas, & in hoc etiam oportet cauere diligenter ut ſenſim aſſetur, & aſsiduè irroretur pinguedine uituli, uel caſtrati, uel anſeris uel gallinæ uel anatis, ita tamen quod ſint recentes, & non coctæ. Quia uix fieri poteſt ut pinguedo ita ad amuſsim coquatur quin relinquatur aliquid humidi aquei, & tũc rancesſit uel aduratur humidũ pingue, & in utroq; caſu nocet talis caro egregie difficultatem ſpirandi patientibus. Caro igitur aſſata ſuper craticula eſt boni alimenti, uerum tamen difficilis concoctionis, & oportet obſeruare diligenter ut ab initio ignis adhibeatur ſenſim deinde

de celeriter coquatur tam in ea quæ aſſa-
tur ſuper craticula quàm quæ in ueru, &
hoc ne ſiccetur, & non coquatur. Quia
ubi calor celeriter penetrat caro rareſcit
& fit mollis, & humidum pingue diſ-
ſoluitur, & non ſiccatur, ſed ſi ignis ad-
hibeatur lentè ſiccatur pingue & non
coquitur, ſed dicet quis quod ſuperius
dixi opportunum eſſe, reſpondeo quod
ſuperius intelligo ſic, debere abhiberi
lentum ignem, quando iam coxerit ca-
lor fermè carnem, quia tunc neceſſe eſt
adhibere ignem lentum & modicam
pinguedinem, aliter neceſſe eſt ut in u-
num ex tribus inconuenientibus inci-
dat cocus, aut enim remouebit ante quã
ſint perfectè coctæ carnes, & ita erunt
inſuaues & difficilis coctionis, aut ne-
ceſſe erit ut plenè excoquantur, cum
multo igne, & ſine pinguedine & tunc
aduruntur, aut ut adhibeatur multa pin
guedo & tunc erunt inſuaues guſtu &
mouebunt nauſeam quia pinguedo pa-
rum conſumitur, propter hoc igitur ne-
ceſſarium eſt adhibere ignem lentum in
fine, modus ergo eſt ut primo adhibea-
tur

tur ignis lentus, & ſenſim augeatur, donec fiat magnus, & tunc excoquatur ferme uſq; ad perfectionem, & remoueatur paululum ab igne, non diminuto igne, & parum addatur de pinguedine tūc donec perfectè coquatur. Et ſi quis dicat quomodo ego ſciam quod ſit cocta, & quanta negotiatio eſt hæc, quā docere oportet cocum, Reſpondeo, quod coctio declarat̃ uno uerbo, quando odor carnis fuerit in ultima perfectione & iam incipit minui in quātitate, tunc caro eſt ꝑfectè cocta, & huius cauſam declaraui in libro de ſubtilitate. De negotiatiōe, reſpōdeo q̊d plus poteſt preparatio, q̄ genus cibi, & hoc docebat etiam Cicero in quadā epiſtola familiari de beta, ideo dico q̊d etiā fūgi poſſent adeò bene preparari q̊d eſſent meliores ouis malè p̄paratis, quamuis fungi ſint peſsimi alimenti & hoc quia in præparatione requirātur tria principaliter, primum ut cibus ſit ſuauiſsimus tam odore, quam guſtu, & hoc eſt principale, ſecundum quod ſit boni alimenti & plurimi, & hoc eſt precipuum, tetium quod ſit facilis concoctionis

ctionis, & hoc eſt neceſſariũ, non tamen precipuum, neq; principale. Secundũ genus preparationis eſt iurulentum, & eſt cum caro coquitur in iure in ſartagine contecta, & adduntur aromata, & herbę odoriferæ, & iſte modus eſt ſatis bonus, primum quia caro redditur longè ſuauior quam in elixatione, & etiã longè magis nutrit. & nutrimentum eſt ſolidius & minus obnoxium putredini & facilius concoquitur. Et hæc de preparatione generali, nunc de propria dicendum eſt.

Primum ergo ſciendum eſt quod iurulenta magis cõueniunt in cœna quam in prandio, quia ſunt difficilioris coctionis, & magis relaxant uẽtriculum quam aſſata, ſicut etiam de potu dictũ eſt, qui copioſior debet eſſe in cœna quã in prãdio, ſaltem ratione cibi aſſumpti. Secũdo dico quod columbi debent comedi elixati in aqua cum ſuis interioribus intus, & nullo modo aſſati, ſed bene in iure comedi poſſunt, & cauſa eſt propter caliditatem ipſius carnis, caro enim columbi eſt omnium calidiſsima carnium quæ co-

comeduntur. Tertium eſt genus elixa-
tionis quod poteſt admitti, & maximè
in piſcibus, & eſt cum adduntur aroma-
ta, zinziber quod mihi maximè placet,
ut nunc dicam, inter omnia, & crocus ſe
cundo loco, & cauſa eſt quia zinziber
eſt calidum & humidum, & diſſecat len-
tos humores, & impinguat potius quã
faciat contabeſcere, & crocus eſt anima
pulmonis, & eo ſolo multos liberaui an-
heloſos, inter quos Socrum Cæſaris de
Comitibus, quæ tantam paſſa erat per
duos menſes ſpirandi difficultatem ut in
tra paucas horas moritura uideretur, igi
tur præter crocum aut zinziber ſolet
addi uel oleum uel butyrum aut anſeris
pinguedo, ſimiliter acetum, porrum &
talia de quibus inferius dicam. Nunc igi
tur ad ſingula traſeundo dicam de præ-
paratione per genera ſingillatim, carnes
igitur omnes ſylueſtres aut frigidæ, aut
craſſæ ut ſunt apri, anſeris, anatis, caſtrati
uituli, caponis, meliores ſunt aſſæ, & præ
cipue in ueru, quam iurulentę: carnes ue
rò facilis coctionis & calidæ ut ſunt om
nium auicularum & columborũ & prę-

præcipuè ſylueſtrium meliores ſunt iu-
culentę. In omnibus autē generaliter de-
bent eligi iuuenculæ, ſed in columbis
hoc maximè refert. Piſces uerò debent
potius aſſari ſuper craticula uel in ueru,
quamuis ſit inſuetum. Quod ſi quis ue-
lit uti elixis, elixatio hoc modo fiat, ad
ſufficientem aquæ quantitatem addan-
tur uuæ paſſæ albæ quantum ſufficit, i-
tem olei, ſalis, item zinziberis, aceti e-
tiam albi modicum, & porrum unum
mediocre in fruſta diuiſum & petroſi-
lium, manifeſtum eſt autem quòd im-
modicam ſiccitatem hanc tot medica-
mentorum oportet multiplici oleo re-
tundere, & cauere ne ſuperante odore
uel ſapore, cibi ſuauitas ulla ex parte ui-
tietur. Hæc ratio condiendi cibaria,
etiam carnibus applicari poterit. Ve-
rum de cauſa ſingulorum horum ſuo
loco dicam: De ouis non oportet loqui
quia coquuntur cum cortice donec ſint
medij inter dura, & ſorbilia, & uocan-
tur tremula. Reliqui modi condiendi
potius afferunt iacturam quam utilita-
tem. Olera non poſſunt edi niſi uel
cru-

cta uel cum iure cocta ut manifeſtum eſt, condiri autem debent in iure cum oleo, uel butyro, uuis paſsis zinzibere, croco, ſale. De crudis autem ſuo loco dicemus. Radices autem in iure pingui cum zinzibere & croco, & petroſilio ſi arridet. Septima uerò cum ijſdem, atque hæc de ferculis dicta ſint: modo declaremus cauſam illorum octo quę adduntur, ut quiſque intelligat quando plus aut minus, uel de uno uel de alio addendum ſit. Hoc uno primo præſuppoſito, quod ſemper ratio, ſuauitatis tam in guſtu quam in odore ſit obſeruanda, ſcriptum eſt enim ſecunda aphoriſmorum ab Hippocrate (38.) parum deterior cibus aut potus, ſuauior autem melioribus quidem, ſed minus ſuauibus eſt præferendus. Et additur ibi ratio, quia dicebat Galenus cibum ſuauem uentriculus amplectitur & multò melius concoquit & ideo melius totum corpus nutritur ex eo & ex hoc colligi poteſt unum aliud, quod ponitur ab Hippoc. ſecunda aphoriſmorum (50.) & explicatur à Galeno ibi, quod cibus

ille optimus eſt qui eſt maximè conſue-
tus, natura enim uentriculi, dicit, eos ci-
bos optimè concoquit quibus maximè
aſſueuit. His igitur duobus obſeruatis,
declaro rationem illorum octo quæ ad-
denda dixi in cibis ad præparationem,
crocus & zinziber confirmant uentricu
lum, & præter eam omnia membra prin
cipalia quia odorata ſunt, & preter id di-
latant anhelitum, zinziber etiam diſſe-
cat humores lentos, & adiuuat conco-
ctionē, Dioſcor. teſte, & lenit uentrem,
uerum porrū diſſecat craſſos humores,
& etiam confert ipſi pulmoni, acetū au-
tem diſſecat humores lentos, & craſſos
attenuat, uelut & zinziber, & cocus, &
præter id incitat appetitum & aufert fa-
ſtidium, & mitigat calorem reliquorum
medicamentorum. Sed oleum optimè
nutrit & impinguat, & reſiſtit ſiccitati re
liquorum medicamētorum, ſicut etiam
uuæ paſſæ. Sed hæ pręter id conferunt
uentriculo multum, & pectori, & ape-
riunt obſtructiones, & optimum dant
nutrimentum, & pulmoni conferunt, &
in his qui laborant morbo Gallico mag
num

num afferunt auxilium. Sed Petroſilium aperit obſtructiones & purgat renes, & ueſicam, flatus reſoluit, confert uentricu lo, & ſedat tuſsim, authore Dioſcor. nam petroſilium quo nos utimur, eſt apium ſatiuum antiquorum, gratum olim, & nunc maximè in guſtu. Ob id etiam credo inter condimenta receptum magis quod uenenis aliqualiter reſiſtat, quæ ex uiperis ortum habent. Sal uerò pręter gratiam quam cibis addit confert uentri culo. Cum uerò in hoc caſu ſit intemperies calida ubiq; & uentriculus ualidus & materia minimè lenta, ab aromatibus debemus temperare.

His uiſis de pparatione ad ciborũ qualitatem tranſeundum eſt, breuiter ergo il lã pertranſibo, ut uerò ſciamus qui nam cibi eligendi quibus nam uerò interdicendum ſit, ſcopi quatuor ſunt obſeruãdi: primus ut ſint boni alimenti, ſecũdus ut ſint facilis concoctionis, tertius ut pulmoni proſint uel ſaltem non noceant, quartus ut poſsint impinguare, & ideò cadit primò una dubitatio, utrum cibi tenuis alimenti ſint meliores cibis craſ-

ſi alimenti, & iſta eſt magna difficultas, & propter utilitatem & propter frequentiam, quia neceſſarium eſt ferme toties in aliquod iſtorum membrorum incidere quoties aſſumitur cibus, tum etiam propter argumenta ad partes. Quod igitur cibus tenuis alimenti ſit melior, uidetur primo per Galenum in libro (ca. 1.) De attenuan. uict. ratione, q tales cibos in longis morbis laudat, item quia tales cibi facile concoquuntur, & ideo bene concoquuntur, & ideo bonum preſtant alimentum, quare tales cibi utiles erunt, item quia Aſthma, ut concluſum eſt, fit ab humoribus lentis & craſsis, ergo cibi tenuis alimenti cauſam auferent ipſius morbi, item quia cibi tenues ſunt pro his qui non exercentur & craſi pro his qui exercitatione multa utuntur, libro de cibis boni & mali ſucci (cap. 3.) quicunque ſoli ſanitati ſtudent à cibis lenti uel craſsi ſucci abſtineant, in oppoſitum Galenus tertio de alimentis (cap. 18.) medium alimentum uoco, quod neque aqueum gignit ſuccum, neque admodum craſſum, itaque per tenue alimentum

tum intelligitur aqueum atque ſerosum. Galenus quoque in libro de cibis boni & mali ſucci (cap. 5. in principio) dicit quod ex cibis ſubtilis alimenti corpora extenuantur. Sed ipſe iam extenuatus eſt, ideo periculum eſt ne celeriter contabeſcat. In hectica etiam ſolemus dare limaces & teſtitudines, & ita conſentiunt ferme omnes medici. Sed iſta ſunt craſsi alimenti, ergo cibi craſsi alimenti ſunt meliores, item Galenus ſeptimo artis curandi (capite ſexto) in extenuatione uentriculi dabat carnem ſuillam, ſed illa eſt craſsi alimenti, igitur alimenta craſſa ſunt meliora. Præterea uel uoluimus adhibere multum cibi uel parum, ſi multum, augebitur materia deſtillationis, ſi uerò parum aſſumat cibi & ſit tenuis debilitabuntur uires & contabeſcet. Igitur concludo quod oportet ut alimenta ſint craſsi ſucci potius quam tenuis, mediocria tamen omnibus ſunt præſtantiora.

Incipiendo igitur, relictis argumentis alijs quibus facile eſt reſpōdere, dico

quod potus primo debet eſſe potius ex uino albo, quam rubro uel nigro, quia uinum album facilius facit penetrare cibos, & melius concoquitur, & eſt ſaluberrimum tam in proſpera quam aduerſa ualetudine, ut à Dioſcoride habetur, in initio quinti libri. Et per uinũ album intelligo uinum flauum, aut pallidum, & non album ſimpliciter, quia tale eſt nimis auſterum & crudum, & frigidum, & acerbum, & omnino in hoc caſu inutile: debet autem eligi uinum modicè auſterum & modicè dulce, & odoratum. Aqua autẽ cruda nullo modo utilis eſt, ſed ſi modo utendum eſt aqua, deſtillanda eſt ſemel aut bis per uitreum uas, & hoc eſt ſingulare quod ad uſum ptinet. Igitur ut aqua cruda peſsima per ſe eſt, & etiam uino permixta, ita deſtillata ſi uinum diluatur præſtantius fiet quam ſyncerum. Sed aliquis poſſet dicere quod uinum dilutũ magis petat caput ex Philoſophi problemmate, propter quid homines magis inebriantur uino diluto quàm ſyncero? Reſpondeo quod dictũ illud non eſt uerum, niſi de uinis ualde po-

potentibus, quæ ſunt adeò craſſa ut non poſsint petere caput, quod etiam docebat Galen. in libris de ſimpl. med. dum de uinis loquitur, in noſtris autem regionibus ſecus eſt, nec Ariſtotelis experimentũ uerum eſt. De Zetho aũt cum ſit res corrupta nullo modo utilis eſt. Qđ ſi uentriculus ferret commode potum aquæ forſan non eſſet inutilis, aqua autem talis eſſe deberet, & eſt ſingulare.

Recipe aquæ fontis ℔. x. cinamomi ellecti minutim inciſi ℥. ij. zinziberis non carioſi ℥. i. ſacchari ℔. i. cardamomi ʒ. vi. croci. ʒ ij. maneãt ſimul per diem, inde bulliant ad conſumptionem medietatis & poſtmodum deſtilletur, & poſtquã deſtillata fuerit diſſoluãtur in ea ſacchari electi & ſubtilis ℔. s. hic potus eſt ualde ſuauis ſi quis recte eum ſciat perficere. Deſcriptio potus alterius non minus bona.

Recipe zinziberis electi ℥. s. minutim incidatur, & infundatur in aquæ ℔. xx. permittendo per uiginti quatuor horas ſuper cineribus calidis obturato uaſe uitreo diligentiſsimè, deinde addantur in

ea manipulus florum roriſmarini, mellis crudi puri & electi ℔. i. deſtilletur per reditum tribus diebus, ſeu per duo uaſa mutuo canaliculis ſeu roſtris ſibi inuicem coniuncta, ſeu per uaſa directa, ultimo deſtilletur ſimpliciter per Balneum Mariæ, & habebitur potus ſuauiſſimus, quo ſi uellet perſeueranter uti ſeruando bonum regimen, eſſe poſſet ut uel hoc ſolo malo liberarentur dimidia parte morbi uel etiam plus eſt enim expertum à nobis. Secundum ut dixi hic potus non conuenit in hoc caſu propter caliditatẽ intemperiei, & materiæ tenuitatem, ſed quo præſentes utimur eſt in ℔. iiij. aq̃, glicirizæ ℥. ij. cinamomi ʒ. i. Eſt etiam conſilium Caſanati addere modicum radicis iridis, & nobis nõ diſplicet. Superiores potus cum deſcripſiſſemus abſentes placuit relinquere.

De cibis autem, carnes primo ſylueſtres generaliter meliores ſunt domeſticis &, quadrupedũ minus quam auium. Aues autem aquaticæ inutiles ſunt, ex reliquis perdices omnium ciborum ſunt præſtantiſsimę. Manifeſtum eſt autem quod

quod debent eſſe aſſatę, ut dictũ eſt. Poſt has ſunt turdi, coturnices ſeu qualeę, ficedulæ, paſſeres iuuenculi, merulæ, columbi agreſtes, turtures, aliaq́ꝫ id genus, pulli quoq́ꝫ gallinacei. Ex quadrupedib. autem caro apri omniũ optima eſt, hãc ſequit̃ caro hædi, deinde caſtrati, ultimo uituli, eſſe tamen poteſt quod caro uitulina, in regione humida ſit melior quàm caro caſtrati, ſicut in regionibus calidis & ſiccis ſemper caro caſtrati melior eſt. Caro autem iuuenci omnino mala eſt, ſicut & ſuilla domeſtica.

Ex panibus, nam hic eſt præcipuus inter alimenta, optimus qui fit ex duabus partibus zeę, id eſt, ſpeltæ & unâ frumenti, proximus ab hoc eſt triticeus, purus, bene pinſitus, leuis, reliqui panes ſunt inutiles. Sed & panis ipſe triticeus debet eſſe bene coctus, & ſi cum lixiuio præparatus fuerit erit melior, & optimus panis eſt poſt ſex horas à coctione uſque ad uigintiquatuor, ego tamen uſque ad quadraginta laudo ipſum. Similiter caro in æſtate debet comedi poſt ſex horas uſq́ꝫ ad uigintiquatuor,

tuor, in hyeme autem à uiginti quatuor uſque ad ſexaginta, aliqui tamen uolunt quod æſtate ſtatim, hyeme poſt uigintiquatuor horas caro comedatur.

De piſcibus, marini, & recentes, & friabiles, & qui in pura aqua degunt boni ſunt qui uerò ſunt aquarum dulciũ, aut extincti ante ſex horas, uel lenti, uel in aqua maris putida, graues & inutiles. Laudantur ergo auratæ arbores, Gobij, damnãtur Mugiles, Tunni, malaco-dermata omnia, ut polybi, ſæpæ, loligines, quecunq; autem ſunt de cancrorum genere in moderata quantitate laudãtur, etiam ſi ex aquis dulcibus, ut Gammari, cãcri, locuſtæ, ſquillæ, & generaliter quæcunque pedes duros habent, nam polypi & Loligines pedes quidem habent ſed nõ duros, cauſa quare talia laudentur, eſt, qa habent humidum denſum, & ſolidum & quod maximè reſiſtit tabefactioni, & ideo ex Gammaris, id eſt cancris caudatis ſeu potius aſtacis uel etiam ex cãcris ipſis faciemus auxilium ſingulare expertum, dilatans pectus & impinguans.

Recipe cancros crudos ſeu Gammaros

tos uiuentes, & robuſtos et magnos numero uiginti, et accipiatur caro chelarũ & caudatum, ſi habent caudas, ſed non caudati meliores ſunt, id eſt, cancri, lauentur decies lixiuio. & decies aqua tæpida, inde habeantur ℥. xxx. aquæ hordei puræ & bonæ & ſecundum artem factæ, & imponantur chelæ dictæ, & caudæ, & coquantur, donec reducantur ad ℥ x & in fine addantur ſacchari albi ℥. x. diſſoluatur in eo, inde coletur & bibat in duabus uicibus, deinde ſuperdormiat ſaltem per duas horas, iſtud ubi poſsit ſuperdormire in quindecim diebus reſtaurat corpus, & iuuat ad pectus dilatandum, & retardat acceſsiones aſthmatis, & minores illas facit ac breuiores, & eſt expertum à nobis.

Quintumdecimum ad impinguandum eſt poſitum in decimooctauolibro de ſubtilitate de Gallina impinguanda ſæpo Lacertæ & cætera. Et oportet uariare talia auxilia, quia aliquando unum perficit, & aliud non in eodẽ morbo & eadẽ cauſa, Textus eſt principis decimatertij currunt proprietates in homines & me

medicamenta quas ſcribere omnino im-
poſsibile eſt. Item quia permutatio au-
xiliorũ multũ iuuat, textus eſt eiuſdem i-
bidẽ rurſus dicentis, medicamenta pro-
pter conſuetudinẽ deſinunt iuuare, ideo
tranſmuta illa, etiam quod iuuent. Aliud
eſt ſingulare & pręcipuũ & maximum,
& eſt caro teſtudinis quę pręter id qđ li-
berat hecticos impinguat, curat phtyſim
curat etiã elephantiaſim, & eſt una Regu-
la in primo de morbo Indico quòd om-
nia medicamẽta & cibi à quibus curatur
elephantiaſis curant etiam morbum In-
dicum, & quæcunque curant morbum
Indicũ iuuant elephantiaſim, non tamen
neceſſario liberant eam, quia elephantia-
ſis ſe habet ad morbum Indicum, ſicut
ueſicæ lapis ad Renalẽ, quæcunq; enim
frangunt lapidem ueſicæ frangunt & la-
pidem in renibus genitum, non tamen
quæcunq; frangunt lapidem in renibus
genitum, frangunt lapidem in ueſica, ſed
plerunq; iuuant. Concludo ergo quòd
caro teſtudinis curat Indicum morbum
per ſe, ſed non qualiſcunq; teſtudinis.
Ve-

Verum Aphricanæ tantum, ego tamen hoc non expertus ſum quantum ad partem ipſius morbi elephãtici, ſed bene expertus ſum aliâs in phtyſi & hectica, & in impinguatione, quia tamen in libro de ſubtilitate demõſtraui quod caro Aphricanæ teſtudinis, multum prodeſt elephantiaſi, eſt enim media inter carnem ſerpentis, & carnes animalis, ideo pingue humidum illius eſt ualde ſiccum, & ideo poteſt curare elephantiaſim, ſicut caro Tyri, & non eſt periculoſa, ut illa, & ideo ubi eſſet aliqua ſuſpicio hic de ſcabie Indica, eſſet omnino neceſſaria, quia haberet omnes intentiones ſecum, ubi uero omnino ſecurus eſſet de illo morbo, adhuc utile exiſtimarem quod haberetur, quia eſt efficaciſsima in cura hecticæ & phthyſis in caſu igitur in quo poſſet haberi oporteret eligere terreſtrem, non marinam, & ualde magnam, quanto enim maior tanto melior, oporteret igitur illa habita comedere de carne illius per ſeptem dies perpetuos nec quicquam aliud, uel etiam nouem, & ſi non tam magna haberi poſ-

ſet

ſet haberet plures. Oporteret autem eli-xare, & comedere carnes cum pane, & bibere ius earum & in hoc eſt ſecretum ſingulare in modo adminiſtrandi illa quæ curant perfectè aliquē morbum, & melius quidem eſſet uti hoc auxilio in æſtate, uel in æſtuario ualde calido. Modus autem adminiſtrationis huius uel aliarū eſt triplex, ubi ergo illę haberi non poſsint, ſumendæ ſunt terreſtres & maximè, quarum uſus, ut dixi, triplex eſt; primus in cibo & potu, & eſt talis. Accipe teſtudinem maximam & illam incoque in aqua, donec diſſoluatur, deinde abiectis corticibus accipiantur caro & oſſa, & uiſcera omnia mundata, & coquātur cum eiſdem quæ dicta ſunt in præparatione iurulenta, niſi quod acetum ſit ualde paucum, & comedat carnes & bibat ius & nihil aliud per uiginti dies. Secundus modus adminiſtrationis eſt ut accipiantur carnes cum oſsibus, & ponātur in uaſe uitreo, & diſtilletur per balneum mane addendo ſummitates rubi uel alicuius plantæ ſpinoſę, tertius modus eſt ut reducatur in formā ſyrupi hoc modo.

Recipe

Recipe carnes Teſtudinum extractas illicò ex teſtudinibus antequam diſſoluantur, ideſt ablatis corticibus tantum & incoquantur donec ius fiat pinguiſsimum; & fiat expreſsio carnium in ipſo iure ualida, & de hoc iure capiatur libra una, ſeminum melonũ & cucurbitę mundatorum añ ʒ. iij uuæ paſſæ nigræ ablutæ bis cum uino inde in umbra ſiccatæ atq; expreſſæ in torculari ℥, ij. pincarum mundatarum, fiſticorum auelanarum, amigdalarum dulcium añ. ℥. i. s. medullæ nucis Indicæ ℥. ij. omnes iſtæ medullæ ſcilicet pineæ, & ſemina melonum, & cucurbitę, & amigdalæ, & auelanæ & fiſtici contunduntur optimè, addendo ius illud teſtudinum, & fiant ſicut lac & coletur per linteum, exprimendo bene, & reiecta fece, addatur uinum paſſularum dictarũ, & nux indica, ſubtiliſsimè deraſa, uel contuſa, inde tantundem ſacchari albi, & coquantur lento igne, donec acceperit perfectam coctionem, inde coletur, & addantur zinziberis recentis ſubtiliſsimè puluerati ʒ. s & de hoc capiat ʒ. iij pro uice, cum ℥. ij. iuris columbi in

mane, & ſuperdormiat plus quam po-
teſt, & cõtinuet ꝑ duodecim dies ſaltem.
Modus alius eſt ut carnes coquant in la-
cte agnino, inde diligẽter expreſſę, dico
carnes teſtudinum, accipiat illud lac &
cum tantundem ſaccari coquantur ad
perfectam fermè coctionem, inde pro
ſingula libra addantur ℥. x. medullę nu-
cis indicæ in fine coctionis, & poſt co-
ctionem ʒ. i. zinziberis, & ſumãtur ʒ. iiij.
cum modico uini albi, & ſuperdormiat,
& eſt ſingulare. In iſtis duobus ſingulari
bus nihil eſt mali, nullum eſt periculum,
niſi quòd celerrimè corrumpuntur iſti
ſyrupi, & ideò oportet facere & aſſume-
re ſtatim, & ſeruare in pyxide uitrea o-
ptimè concluſa, & pyxidem ſeruare in
marmore in loco frigidiſsimo.

Aliud ſingulare ad impinguandũ, &
eſt expertum à nobis ſępius. Recipe ſan
guinis porci iuuenis & adulti, nuper de-
colati ℔. ij. foliorum tuſsilaginis uiridi-
um m̃. i. deſtillentur in uaſe uitreo ad bal
neum Mariæ, & eſt ſingulare ualde, qui
ſola aqua hæc accepta ex ℥. ij. cum mo-
dico

dico ſacchari per quindecim dies impin guat ualde & reſtaurat omnes hecticos etiam morituros. Sed morituri poſtmodum redeunt ad conſumptionem ſtatim & eſt grata guſtui, uerumtamen & ipſa facillime corrumpitur. Ideo debet ſeruari ut ſupra.

Aliud ſingulare ad idem licet non ſit ſecretum, eſt diaſatyrium, ad omnes hecticos & conſumptos, poſtmodum ſuccedit ſingulare & ſecretum quo non eſt maius, & iſtud liberat etiam phtyſicos, & liberat ab elephantiaſi & morbo Indico, impinguat, & ſanat præter ſpem multos etiam deploratos, ſed tamen non debemus uti in hoc caſu tum propter ſubiecti nobilitatem tum propter horrorem, & de hoc erat textus Galeni decimo de ſimplicibus medicamentis: (capite primo.) Tertio propter metum quia niſi medicus ſit ualde expertus imminet periculum aliquod, nemo tamen uſq; nunc mortuus eſt. Accipe igitur uiperam illam rubram, breuem & rotundam & craſſam, quam Itali uul-

gari nomine appellant Milort, deinde abſcinde caput & caudam inde excoria ipſam & collige pinguedinem in uaſe uitreo, inde etiam aperies ipſam & extrahes inteſtina, deinde diſſeca ipſam, ſicut ſolent auguillę & incoque in aqua cum laſſare ſeu belzoi & ſale, & poſt dimidium coctionis adde etiam folia petroſilij & in hoc iure madeſcat panis & comedat, & deinde bibat ius, & comedat modicum carnis pulli decocti in eodem iure, & interim ex illa pinguedine inungatur ſpina dorſi, & iuncturæ & loca pulſuum, & maneat in loco calido, & perſeueret uſq; ad ſeptimum diem ſi poteſt, & tota materia illa expellitur per tubercula extra, & intus liberatur ab omnibus ulceribus pectoris & pulmonis, & ab omni materia improba, debet etiam inungi pectus & quando inunguntur loca arteriarum, manuum, pedum, debent fricari ut pinguedo penetret, & interim nihil mouere medicamentis. Dico tamen q̃d in hoc caſu nolem uti carnibus, ſed bene habere pinguedinem paratam, quia eſt multi uſus & ſine fœditate, & abſq; periculo

culo. Inde tranſeundum eſt ad ordinem, in quo relictæ ſunt cochleę & eſt ſingulare, quia conferũt uentriculo, ſecũdum Scribonium & experimentum, & iecori ſecundum Galenum & principem, quãuis Galenus dicat quod ſint difficilis coctionis in tertio de alimentis (cap. 3.) & quod debent coqui ter, mihi autem placeret ut ſolum bis, ſed in prima coctione adderentur illa quæ faciunt ad coctionem, id eſt, cinis ſinapis, nux, uinum, inde bene coctæ abluantur, & iterum coquantur in iure pulli facta præparatione, de qua ſupra per octo illas res, inde erunt ualde bonę & grati uſus. Vera ratio condiendi eſt, ut coquantur donec à cortice ſeparentur & eligantur quæ terrę ſunt expertes, includantur autem integræ detractis corticibus panno lineo craſſo multiplici, et ſepeliantur ſub fimo equino feruente per duas horas inde detractę lauent̃ lixiuio calido poſt coquantur cum iure pulli & aromatibus & erũt mirabiles. Item poſſunt adminiſtrari ut fiat aqua, qua nulla eſt melior pro dilatãdo pectore & impinguat etiam.

Recipe limaciarum crudarũ à corticibus mundatarum, & à fece nigra, ſolũ ſeruata pinguedine, & inteſtinis & gelu ſuo ℔.ij. ſeminum melonum mundatorũ & contuſorum ℔.i. radicum dulcium recentium ℔.i. radicũ altheæ ℥.iiij. incidãtur radices & limaces minutim, & deſtillẽtur in uaſe uitreo, per balneum mariȩ. Quantitas eius eſt ℥. iij cum modico ſacchari in mane & bibatur calidum.

Sunt etiam ranȩ ex hoc genere in hoc uſu apud Italos, quas non poſsim improbare communi illa ratione quod reſiſtãt calori ſicco qui maximè incõſumptis, & eo magis propter difficultatem ſpirandi dominatur: uerum in tanta copia rerum utilium, & expertarum guſtuiq; iucundarum neſcio quis locus ranis relinquatur, niſi forſan apud diuiſos orbe Britannos. Sed omiſsis iocis cum ſeria tractamus de aliȷs eduliȷs dicendum erit.

Relicta erãt ex maritimis ſola oſtrachodermata id eſt quȩ duro cortice ſunt cõtecta, in quo genere ſunt cõchilia, oſtrea, bucinȩ, purpurȩ, de his igitur eſt difficultas an poſsint eſſe loco medicamenti, ſicut

cut dictum eſt de cancris, ranis & cęteris Similiter utrũ ꝓbari poſsit alimentũ. Et de hoc dico quod oſtrea ſunt mala, & deteriora conchilia, ſed caro purpurarũ & bucinarũ eſt utilis, teſte Gale. Tertio de alimẽtis. (ca. 33.) & nõ eſſet incõueniens, ꝙ aliqua ex his eſſent etiã ualde ſalubria ut cancri, ſed qa nos agimus de exptis, ideo cũ taliũ uſus ſit incõpertus nobis ꝑtermittat. Similiter cartilagine, ut torpedo, paſtinaca, Raia, Squatina, & qcunqꝫ piſces ſpinoſi ſunt, nõ admodũ ꝓbantur neqꝫ tñ tales ſunt, ut uelut thunni & phocę, deguſtari nõ debeãt: In his generaliter iſtę tres regulæ ſunt obſeruãdæ, prima ꝙ cũ cibi craſsi alimenti ſint meliores, ut dictum eſt, cibis tenuib. ubi qs moderatè illos aſſumat, longe tamen deterius peccatur in cibis craſsi alimenti quam tenuibus, ubi quis immoderatè his utatur, & in magna copia: ſecunda regula ꝗd omnia animalia ſenio confecta damnanda ſunt, nec illis ullo modo utendũ eſt, de iuuenculis autem & adultis ita diſtinguendum, piſces generaliter mollis carnis meliores ſunt adulti quàm iuuenculi,

piſces uerò duræ carnis, & omnes aues, meliores ſunt iuuenculæ quam adultæ. De animalibus autem quadrupedibus ita diſtinguere oportet. Quæcunque ualde humida ſunt ut ſues, & arietes, meliora ſunt adulta quam iuuencula: ſed carne ſicca prędita, ut omnia ſylueſtria, & inter domeſtica, ex boum & caprarum genere meliora ſunt iuuencula quam adulta. Conſimilis ratio ad unguem eſt de maſculis & femellis. Nam in quibuſcunque probantur iuuencula, in his probantur etiam femellæ: & in quibus probantur adulta in his maſculi meliores ſunt fœminis. Tertia regula eſt quod omnia ſalſa uitanda ſunt, metu ne humor diffluēs corrumpatur & deteriorem gignat diſpoſitionem & iſtud diligenter eſt obſeruandum.

De fructibus autem prima regula eſt, omnes horarij fructus, id eſt, qui ad horam corrumpuntur, praui ſunt & nullius uſus, cauſam nolo reddere quia eſt ſatis manifeſta, & etiam ne conſiliū in longum nimis protrahatur, tum maxime quia habeo pręſtitutum tempus, ſeptem dierum

dierum propter diſceſſum, cũ uelit nos omnino in Scotiam ire ad inuiſendum ipſum & neq; hoc totum tempus nobis liberum fuerit ab alijs negotijs & conſilijs faciendis. Et ideò procedendo in ordine dico quod inter iſtos fructus horarios duo genera ſunt peſsima, ſcilicet poma, quia, ut dicebat Auerroës quinto collectaneorũ (cap. proprio) habent proprietatem exurendi arterias pulmonis, & ideo etiam phtiſym prouocandi. Secundum genus eſt cryſomillorum propter ſuperfluum humidum & peſsimũ quod generant & difficultatem ſpirandi & febres, poteſt etiam addi tertium genus ſcilicet eorũ quæ aſtringunt, in quo genere ſunt cotonea, & pyra, & neſpila, & ſorba. Tertia regula eſt quod quidam ſunt adeo boni ut cum præparatione liceat eis uti, uelut ficus, & uuæ, quando enim modicè ſiccati fuerint iſti fructus erunt ualde boni, adeò ut uuæ paſſæ poſsint connumerari inter optimos non ſolum cibos, ſed etiam inter medicamenta præſtantiſsima, & inter has debent eligi, iuxta Galeni ſententiam & ex

perimentum, illę quæ ſunt tenuiſsimi corticis & bene pingues & ſine granis & recentes, & quæ aqua non madue-rint, & pro cibo meliores ſunt nigræ al-bis, ſed pro condimentis albæ ſunt me-liores nigris, & comedere de his ante ci bum longo uſu multum confert. Quar-ta regula eſt, quod ex fructibus qui non ſunt horarij nuces manifeſtè ſunt ma-læ. Textus eſt principis (capite pro-prio) in ſecundo Canonis dicentis, quod nocent pectori, oliuæ etiam aſtrin gunt pectus, & experimentum docet. Dactili quoque nocent capiti, ut omnes teſtantur, ſi tamen preparētur impingu ant corpus. Amigdalæ etiam exſiccant, ſecundum Galenum, Auelanę etiam no cent capiti & ſunt difficilis coctionis, granata etiam aſtringunt nec illa quæ ſunt ex genere citriorum pro cibis lau danda ſunt, quia difficilis ſunt concocti onis & pectus lędunt. Relinquuntur igi tur in eo iudicio tantum pineæ & piſta cea & nux Indica ſiue coccus, in his ma ximè in pineis oportet uitare ne omni no rancida ſint, facillimè enim hi fructus

inter

inter omnes alios ranceſcunt, ſed pro-
dunt uitium colore, niſi enim candidiſ-
ſimæ ſint edi non debent, ob id eligun-
tur iure merito quæ in ſuis nucibus ſer-
uantur, nam nullibi melius, debent e-
tiam in aqua infundi per tres horas, in-
de ſiccari diligenter & comedi, piſtacea
longe minus huic uitio obnixia ſunt
& multo etiam minus Indicæ nuces, i-
deò ſufficiat uirides, & non corruptas
elegiſſe. Piſtacea cum optima ſint
corticem habent intimum & maximè ui-
ridem & fermè tota ſubſtantia uiridia
ſunt, guſtus etiam in omnibus his de-
clarat quæ probanda ſint quæ reÿcien-
da.

Inter condimenta ſunt oleum, buty-
rum, mel, ſaccharum, ſapa ſeu uinum ſi-
reum, defruttum, acetum. Sal erat &
olim gatum, ſed nunc in uſu non eſt,
horum omnium uſus moderatus præ-
ſtantiſsimus eſt, ſed inter reliqua om-
nia ſapa multum in hoc caſu confert,
facile tamen corrumpitur. Commune
eſt illis, ut ſint perquam exigui nutri-
mẽti, minimeq́ corruptioni obnoxij. Ex
ferculis

ferculis duo tantum probantur, quorum præparationem ego ſubſcribam, nam reliqua legumina haud uſui ſunt.
Aliud igitur ſingulare eſt. Accipe hordeum, & impone in aquam prius decorticatũ, & permitte per ſex horas uel etiam plus in aqua, inde contunde diutius donec per linteum extrahatur farina, qua extracta, accipe ius pulli, & in eo infunde farinam dictã, & coque diutius miſcendo lento igne, & ultimo addatur ſapa & ſaccharum, & modicum cinamomi, aut zinziberis prout uidebitur, & iſte cibus eſt utilis & gratus generans bonum ſuccum, facilis concoctionis & impinguat, & dilatat pectus, & cum illo ſanaui aliâs Dom. Franciſcum Gadium laborantem ſcabie prolixa & melancholicis humoribus cum extenuatione maxima. Poſſunt etiam probari ciceres rubei, ſed magis ius illorum quam ipſi cice res, poteſt probari panicum, ſed non ualde, eſt enim ſiccum, poteſt & probari ius pulli cum pane, uel panis coctus, ſed nihil ſalubre ut ptiſana.
Ex radicibus nulla omnino radix pro
cibo

cibo eſt bona, pro condimentis tamen porrum eſt utile, ut diximus. Sunt etiam tubera quæ aliquando poſſunt edi, non quia ſint bona, ſed quia non adeò mala. Rapæ autem ſunt inutiles. Reliqua turba peſsima, non eſt quod dicam de fungis, quis enim ignorat eos? Ex oleribus nullum eſt bonum ratione cibi, dant enim alimentum tenue & ſæroſum, ratione medicamenti non ſunt adeò ualida, ut poſsint diſcutere morbum ratione tamen præparationis diximus multa conuenire, inter quæ petroſilium & porrum & talia quæ ſunt eiuſdem generis, nihilominus cichorium propter iecur & uentriculum, lactucam propter ſomnum & boraginem propter cor non audeo improbare. Et ſi quis dicat quod multæ ſunt herbæ quæ proſunt capiti & pulmoni, utpote ſaluia, betonica, hyſopus, dico quod iuuamentum eſt exiguum in hoc caſu.

Relinquitur dicendum de ouis, & lacte, & dico, quod oua licet leuiant pectus, nullo modo ſunt utilia, quia nimis nutriunt & tenue dant alimentum, non

con-

conueniunt in hoc caſu loquendo de ui tellis. Sed alba ſunt etiam deteriora, imò ratione cibi nullus eſt uſus, omnium ta-men minus mala ſunt tremula, ſed de la ɛte alia ratio eſt, quia lac pro partium diuerſitate, diuerſis modis etiam nutrit, & nutrimentum illius eſt ſolidum & ſta bile, & ideò uidendum eſt de tempore modo & qualitate & occaſione, primo igitur dico quod lac non eſt dandum ni-ſi repurgato corpore diligenter, ſecun-do quòd non ſit ſuſpicio aliqua alterius morbi quam difficultatis ſpirandi & ta-bis aut extenuationis, aliter in morbis putridis poſſet facere magnum detri-mentum, iuxta illud Hippocratis (5. A-phoriſmorum 61.) lac dare caput dolen tibus & hic quibus ilia murmurant: ter tio oportet ut eligatur aſininum pro difficultate ſpirandi, & uaccinum pro im pinguatione, & quamuis camelinum laudetur pro elephantiaſi, tamen opor-teret ire in Aphricam. Ideo conſide-randum eſt de tempore, & modo, & di-co quod dandum eſt hora matutina lo co cibi, & à balneo, ut dicemus. Opor-

tet

tet etiam dare cum pane ſolum & nul lo alió cibo neq; potu, uſus enim huius eſt qui ſolus poteſt reſtaurare hominē, & reſtituere bonam habitudinem, tum quia Galenus decimo Artis curandi, (capite ultimo) nullum inuenit aliud auxilium pro hecticis & conſumptis ſanandis, atq; reficiendis: & ſimiliter ſeptimo artis curandi & Auerroës ſeptimo colle ctaneorum (capite ſexto) in cura hecticę uentriculi, tum quia uidetur homo renouari & reduci ad infantiam ex quibus enim generamus ex eiſdem etiam nutrimur, tum etiam quia Galenus quinto de tuenda ſanitate (cap. 7.) docet, quòd lac eſt optimum alimentum, & quod homines perducunt ad ultimam ſenectutem per illud. Ideò concludo ſecundum mentem Galeni quinto Artis curandi (ca. 12.) non ſolum eſſe utilem uſum lactis ſed etiam neceſſarium, & quòd non poterit plenè reſtaurari, dato etiam quod ſanaretur, niſi per uſum lactis, de hoc igitur loquar, ubi tria alia quæ ſuperſunt tantummodo edocuero, ſcilicet de animi effectibus, de habitaculo ſingulari & de

balneo

balneo. Quãtum ad animi affectus manifeſtum eſt quod uitandi ſunt omnes affectus magni, ut ira & timor & odium, lætitia etiam magna nocet, diſſoluendo calorem naturalem. Gaudium autẽ mediocre multũ iuuat, ſed triſtitia aliquando leuis iuuat, confirmãdo calorem naturalem. Reliqui affectus omnes inutiles.

Quò uerò ad habitaculum, poſſet fieri cubiculum, quod eſſet ualde utile è lignis larignis concluſum undiq; in quo perpetuò habitaret, & hoc quia aër ille huic morbo maximè aduerſatur. Oporteret autem eligere ligna larigna rubra & ualdè pinguia, & ut cubiculum nõ hiſceret. Eadem ratio obſeruanda eſſet in poculis cũ ligno ſancto, ſed de hoc ſuo loco dicam.

De balneo dico quod eſt ſingulare & ſecretũ, quod in aliquibus iuuat tantum ut perſæpe liberet, & eſt quando morbus talis factus eſt, ut iam pulmo propter longas defluxiones ſiccatus fuerit, quod credo eſſe in hoc caſu: Nam cauſa extenuationis eſt magna ex parte contra-

tracta ex mala cordis refrigeratione,quę fit ob malam reſpirationem, ideò cura extenuationis maximè pendet ex cura difficultatis ſpirandi, quæ fit ex ſiccitate pulmonis & materia intus in formam gipſi cocta in ſubſtantia pulmonis & forſan hærente in meatibus ut dictũ eſt. Et ideo balneum curat extenuationem triplici modo, impinguando, humectãdo pulmonem, & diſſoluendo gypſum illud coactum in pulmone. Et licet princeps de hoc diuerſa ſenſerit decima tertij,attamen hoc dilui in contradictionibus. Optimum igitur uti hoc auxilio quod eſt ſumptum ab Hippocrate tertio de morbis,nam humectat totum corpus & impinguat & refrigerat, adeò ut non aſcendant facile uapores ad cerebrum,& ego uidi experiri ipſum quia fuit obſeruatio alterius medici.Ideò dico q̄d oportet purgato corpore ita facere: capiantur omnia interiora unius caſtrati mũdata, & flores tuſsilaginis, & maluæ & matris uiolarum,& incoquãtur libris ducentis aquę,inde colet̃,&in uaſe magno patiens extendatur,ita ut collũ ſolum &

Dd caput

caput promineāt; & permaneat ibi cum delectatione & uoluptate per quartam partem horæ & aliquando uſq; ad dimidium, inde inferatur in locum longè tepidiorē, & ibi leniter fricato corpore inungatur oleo amigdalino dulci, inde propinetur lac aſininū incipiēdo prima uice ab ℥.i.s. inde alia uice exhibeantur ℥.ij. & poſt quieſcat per quatuor, uel quinque horas ad ſummū, in tanto enim corpore concoquitur lac etiā in debili uētriculo, ſeptimo artis curandi (ca. 6. pag. 7. ibi. modicū uerò) licebit etiam ante lactis exhibitionē corpus aqua frigida perfundere, multū enim confert ad firmitatē, in de ſingulis uicibus ℥. s. lactis augendo, tandē peruenire ad quatuor uel quinq; untias, & obſeruare an lac corrūpatur, q̄ ex duobus ſignis maximè docet Galen. loco adducto, ſcilicet ex pulſu, ſi enī creſcit ſecundum omnem dimenſionē, ſignum eſt quod concoquitur, ſit enim celerior, crebrior, lōgior, laccior, ꝓfundior: ſi aūt ſit inæqualis & quaſi attritus, ſicut in oris uentriculi affectibus, ſignum eſt quod corrumpitur, Similiter excremen-

ta, ſi ſint iuſtò liquidiora ſignificāt quod acceſsit in uentriculo, ſin autem ſint iuſto ſicciora ſignificant quod exuritur, & in fumoſam euaporationem tranſit & cogitur. Tunc uerò adijciendum mellis modicum; & tentare ſi ſuſtinet. Poteſt addi tertium ſignum ab eructuatione, ſed cum non ſit perpetuum omiſſum eſt à Galeno.

Quòd ſi mala aliqua temperies iā uentriculum occupauerit eademq́ꝫ infecerit cerebrum, & materia illa generetur & abundet, uelut in quibuſdam diſpoſitionibus quæ ab humida & frigida intemperie procedunt, uelut etiam in Indica ſcabie, tunc oportebit remouere illam ſecundum ſolita auxilia, utendo debita tenuitate uictus, & iuxta hoc ſtatuemus deſcriptionem.

Recipe corticis ligni indici ℔ iiij. uini albi odoriferi ℔. lx. cinamomi ℥. ij gariophilorū tenuiū ℥ ij. colocynthidę mūdatę à granis ſuis & cortice ℥. iij. radicū ſphōdilij ℥. ij. infundantur omnia ſimul per uiginti quatuor horas, inde coquantur in uaſe lapideo ad cōſumptionē tertię par-

tis, & in fine addantur Camphoræ pulueratæ ʒ.vi. terbentinæ lotæ cum uino albo ſepties, inde cum aqua pulmonariæ uel decoctionis liquiritiæ ℥. iij. inde auferatur ab igne & addantur ſucci fumiterræ recentis ℔. iij & miſceãtur cum baculo ex ligno indico facto, donec refrigeretur, & de hoc bibat ℥. vi. loco ſyrupi in mane & tantundem in ſero, per tres horas ante cœnam, & utatur pullis elixatis ſimpliciter uel aſſatis, & caput eodẽ uino lauetur, & in caſu in quo non poſſet ferre hoc decoctum propter amaritudinem addantur æſulę præparatæ ʒ. ij. ita ut deſcriptio fiat hoc modo.

Recipe corticis ligni indici ℔. vi. elleborinigri ℥. iij. æſulę præparatæ ʒ. ij. colocynthidę purgatæ ſeminibus & cortice, albæ & electæ ℥. iiij. elacterij ℥. s. ciclaminis ℥. ij. cinamomi electi ℥. iij. gariophilorum tenuium ℥. i. uini albi ℔ lx. ſit aũt uinum album potens & odoriferum, atque ℔. lx. infundantur per horas uiginti quatuor, addendo betonicæ & ſticados an m̃. ij. inde buliant ad conſumptionem tertiæ partis, & in fine addantur

cam-

camphoræ electæ ℥.ij. Terbentinæ lotæ cum uino albo ſepties, & ſepties cum aqua roſata ℔.s. inde auferantur ab igne, & addantur ſucci fumiterræ ℔. vi. inde miſceantur uſque ad refrigerationem & permittatur per horas uigintiquatuor, poſtmodum deſtillentur omnia per uitrum, in balneo Mariæ diligentiſsimo, & de hac aqua bibat ℥. iiij. in mane & quatuor in ueſperi, inde etiam bibat cum cibo, & cibus ſit in mane panis recentis & leuiſsimi ℥. iij. carnis pulli ℥. ij. in ſero panis ℥. ij. eiuſdem, & carnis pulli elixati ℥. v. uſque ad vi. & hoc eſt ſecretum & ſingulare, quod ubi morbus haberet originem à tali diſpoſitione, adeò iuuaret quod poſſet perfectè ſanari, ubi morbus eſſet ſanabilis, uel ſi propter longitudinem non eſſet perfectè ſanabilis, ſanabitur proculdubio magna ex parte, & ea parte qua ſanari poteſt, & eſt auxilium in quo debemus confidere, quia eſt ſecundum rationem & expertum, quo ſanati ſunt à me & ab alijs pluſquam quadringenti uiri ubi tamen morbus non eſſet ex hoc genere, tunc nõ ſolum non

conferret ſed etiam noceret egregiè, & iſtud cognoſcere poteſt ſolum ille qui uiderit ea quæ ſcripſimus in libris de morbo Indico, & ideò non me extẽdo in hoc quia ex ſcriptis D. Gulielmi non apparet quod ſit ex tali genere morbi. Oporteret autem in tali caſu ut caueat ab omni frigore & labore & curis & ab omni alio potu & cibo, & etiam poſt quadraginta dies. Et ſi aluus interim non demittat ſingulis octo diebus, purgetur cum medicamento tali.

Recipe ſucci caſsiæ nouiter extractæ ℥.vi. pulueris ſoldanellæ recẽtis, & ſenæ añ.ʒ.s. cum ſaccharo fiat bolus, capiat ante cœnam.

Verum hæc generali ratione ita ſe habent non tamen Reuerendiſsimo D. noſtro conueniunt etiam ſi tali morbo laboraret. Sunt enim calida & intemperiem augerent ualde & etiam ipſe indiget urinam prouocantib. Si igitur indigeret exhibitione ligni ſancti hæc deſcriptio eſſet utilis Recipe corticis ligni indici raſi ℔.vi. lachrimę ceraſorum ℔ i. cucumerum ℔.ij. Radicum apij ℔.i.s. radicum cicho-

chorij cum folijs m̃. iij. radicis dulcis ℔. i. s. tuſsilaginis foliorum m̃. i. s. aniſi ℥. ij. ſpicæ nardi ʒ. ij. erithrodani radicum ℔. s. ſeminum melonum ℥. viij. halicacabi, ſabinę an̄. m̃. ij. litho ſpermi ℥. ij. ruſchi radicũ uiridiũ ℔. i. s. umbilici ueneris uiridis m̃. iij. aquę ℔. cx. uini albi potentis in quo ſcillę ℔. s. maduerint tribus diebus ℔. x infundant̃ omnia cortice ligni indici & lithoſpermo pulueratis & deſtillentur.

Perfectis intẽtionib. quę ad hoc tẽdut, ne materia generet̃, oportet etiã ꝓhibere ne materia genita deſcẽdat ad locũ, & ne alio modo diſpergat̃, oportet ergo talẽ materiã craſsiorẽ reddere, & ꝓ hoc eſt uſus diacodionis deſcripti à Galeno ſeptimo (ca. 2.) de cõpoſitione medic. ſecundũ locos, itẽ ſyrupus de mucillaginib. cuius deſcriptio hęc eſt & eſt ſingulare, qa talis deſcriptio ferme à nullis habetur.

Recipe mucilaginũ altheę, pſilij, ſeminũ cidoniorũ, fenigręci, ſeminis lini, ſeminũ pyrorũ, ſeminis marrubij an̄. ℥. i ſeminũ peponũ barberorũ, rhu acaciæ, hipociſtidos, mentę rubeę, plãtaginis, dragagan-

ti, gummi arabici, cameciſtos, oxilapati, capreolorum uitis uiridium an. ℥ ij. coquantur omnia in aqua præter mucilagines, id eſt, in libris tribus aquæ, donec remaneat una libra, deinde coletur expreſsione uehementi, & additis mucilaginibus addantur ſucchari repurgati ℥. xvi buliant lento igne, ad perfectam coctionem, & de hoc ſyrupo capiat ℥. ij. & ſi teneat in ore etiam multum confert.

His perfectis uenio ad curandam diſpoſitionem ipſam. Ea autem, ut dixi, duplex eſt materia tenuis contenta in loco & gypſea relicta ex præſente. Et manifeſtum eſt quod gypſea curatur cura tuberculorum ea autẽ ſimilis ei quæ eſt materię lentæ, ſed copioſiore potu indiget & humectatione maiore, & detergentib. ualidioribus, atque in his ſpirandi difficultatem augeri neceſſe eſt. Ponam autem auxilia experta prius, quorum primum eſt. Recipe florum uiolarũ radicis dulcis electæ, ſummitatũ lupulorũ, aniſi an. m. s. foliorũ ſenę oriẽtalis ℥ x. ficus numero. iij. fiat decoctio ſecũdũ artẽ cui addantẽ ſacchari candidi ℥. ij. inde coletur & de hoc

capiat

capiat ℥.ij. pro uice, hoc eſt ſecretũ cum quo uidi curatum quendam nobilem uirum à conſanguineo noſtro, ego tamen nondum expertus ſum.

Aliud auxilium noſtrum ex ſucco ozimi & croco poſito in xviij.libro de ſubtilitate quantitas eſt ab ℥ s.uſque ad ℥. ij. ſucci & à ℈.s uſq; ad ʒ.s.croci.

Aliud quoq; q̃d expertus ſum in meipſo bis, & inueni ualde bonum, dum anno mileſimo quingenteſimo trigeſimo primo laborarē difficultate ſpirãdi cum magna tuſsi. Et eſt ut capias pulmonem unum uulpis & abluat̃ cũ uino ſtatim & ſiccetur in furno, abſq; eo quod comburatur, inde ſumatur ʒ.s.ex illo pulucrato ſubtiliſsimè cum uitello oui duabus uel tribus uicibus.

Aliud eſt q̃d edere pulmones animalium iuuat non magno auxilio atq; præſenti, ut expertus ſum. Credo etiã quod ſi quis uteretur longo tempore, quod ægregiè iuuaretur quia omne ſimile à ſimili confirmatur.

Aliud. Recipe Dragaganti, ſeminis papaueris radicis dulcis añ ℥:s, decoquatur

in ℔.iij.aquæ ad conſumptionem medietatis, inde coletur, capiat ℥.iiij.ſingulo mane & ueſperi cum uadit dormitum. Iſtud facit in deſtillatione calida & humore tenui, & eſt expertū à nobis in D. Barbara de plenis, quę plurib. annis eo morbo laborabat.

Aliud quod eſt, ſingulare ad purgandum pectus.

Recipe mellis cocti & deſpumati cum aqua lactucæ ℔.s. piperis ℈.i.ſinapis albi ʒ.i.myrrhę ʒ.i.belzoi ʒ.iij.ſucci radicis dulcis, ſeminis albi papaueris an̄.℥.s. butyri recentis ℥.iiij. terbentinæ orientalis ueræ ʒ iij.s.farinæ iridis ℈ iiij.olei de ſulphure ℈.s.cōfice abſq; igne, inde cū balneo & potu copioſo poteſt curare, etiam gypſeā materiā atq; è pulmone extrahere. Aliud expertū ſæpius, ſed ulcera pulmonis tantum facit uel pectoris.

Recipe apiū & abſcinthiū, agrimoniā & lichē & folia liguſtri, & radices ſanamundæ, æquis portionibus, utpote m̄.i. infundantur in uini albi ℔. iiij. prius contuſa inter lapides, inde renouetur, uel ſi placet poſſumꝰ deſtillare cū balneo

Mariæ

Mariæ, & de uino hoc bibat ℥. iij. uſq; ad ℥. iiij uel de aqua ℥. i.s eſt enim ualde potens, quod quilibet poteſt experiri in ulceribus externis, ſanari enim uidi ſæpius chironia ulcera, uel hoc ſolo medicamẽto, facit & ad extirpandam gipſeã materiam cum balneo & decocto caricarum.

Aliud etiam expertum. Recipe radicis dulcis, uuę paſſæ, hyſopi, croci integri, capilli ueneris uiridis, maioranæ, ſcabioſæ añ. ʒ i. ſinapis albi ʒ. s ficus ſiccas numero viij. mellis crudi ℥. ij. aquæ ℥. xxx. ferueant omnia ſimul & deſpumentur & cõſumpta medietate colẽt, & ꝓpinentur ℥. vi. calidæ, ſi uelis facere ualidiorem Adde reſinam, ſal ammoniacũ parũ & ſerpentariæ radicẽ, ſcyllam, & rumicem. Iſtud multum facit cum materia iam fluxerit, & maximè craſſa & lenta, extenuat enim & incidit & lenit pectus & educit ſordes concretas, atque in eodem genere eſt.

(Aliud. Recipe radicis, dulcis uuæ paſſæ añ ʒ. i. caricas numero viij. radicem unam apij, hyſopi m̃. s. cubebarum, centaureæ añ ʒ i.s. ſinapis albi ℈ ij. radicis ſerpentariæ ℥. s. radicis filicis

licis ʒ.iij.nucleos perſicorũ numero. vij. mellis ℥.ij.infundant in ℔.iiij. aquę p ho ras xij.inde tantũ buliant ut perueniant ad ʒ.xvi. & coletur, & propinetur in tri- bus uicibus calidum.

Hucuſq; poſui ſingularia noſtra & ſo- lum deſunt quatuor quę nũc deſcribam: quorum primum facit ad educendũ ma- teriam quæ in cerebro exiſtit, & eſt ut ca piantur ℔.iiij aquæ ardentis trium cocta rum, ex optimo uino & infundant Aga rici electi & ſingularis bonitatis minu- tim inciſi ℔.i. & ponantur in uaſe uitreo & per uiam reuolutionis uel mutui in- greſſus deſtillent per tres menſes inde remotis fecibus capiat ℥.s.de hoc. Qđ ſi fiat cum elleboro loco agarici erit me- lius, ſed oportet quod fiat reuolutio per ſex menſes, poteſt etiam fieri cum colo- cynthida & tunc ſufficit media libra, ſed requiruntur nouem menſes. Vltimo poteſt fieri cum ſucco cucumeris aſinini & ſufficiunt ℥.iiij.ſed requiritur annus, i- ſta quatuor ſe habent ſecundũ ordinem, & ſunt longè difficiliora factu quàm di- ctu, licet uideantur facilia. Et licet cucu- mer

mer aſininus ſit adeò amarus & amarior colocynthida, attamen ſi rectè deſtillatio peragatur totam amittit amaritudinem & fit acerbum, & qui potuerit hoc medicamentum facere acerbum ſine amaritudine per uiam deſtillationis, ille curabit perfectè hunc morbum ſine alio auxilio: dico ratione acceſsionum tantũ. Et cauſa quare amittat amaritudinẽ, eſt quia amarũ fundatˀ in terreo, ſicut docuit Gale. expreſſè in quarto de ſimplicib. medicamentis, ſed per diuturnã deſtillationem ſemper aqua illa attenuatur, igitur fiet adeò tenuis ut pars terrea illa deſcẽdat ad imum, igitur repurgabitur & fiet ſine amarore penitus, & iſtud eſt auxilium certum, tutum & ſecurum, in quo ubi reliqua non prodeſſent confidere deberemus. Eſt enim adeò potens ut aliquando educat ℔. iiij aut ſex aquæ flauæ quã uocant citrinam & ſine moleſtia quod maius eſt. Licet autem peccare tot modis in faciendo, ut uix ex tribus aut quatuor uicibus perueniat ad perfectionẽ: ſemel ubi tamen peruenerit, certa ſalus eſt. Ego dum infans eſſem liberatus ſum hoc

hoc auxilio ab hydrope in una uice, à pa tre meo, ſicut ille & mater ſæpius mihi dixerunt. Et ſimiliter liberauit matrem meam hydropicam una uice, & ideò eſt medicamentum ferme diuinum, cum ta menbis uoluiſſet reficere tale medicamentum in pluribus annis, nũquam potuit. Et propterea de obſeruationibus eius dicam in libris de morbo Indico. Quando autem iſtud medicamentum eſt perfectum, eſt in colore uini rubri & in ſapore eiuſdem ualde auſteri ac quaſi acerbi, & ſi quis demittat in aëre euolat ſtatim. Hinc uerò demiror ſatis Galenũ dicentem (4. de ſimp. Med. ca 7. & 8.) aſtringentia & acerba terrea eſſe & frigida, at huiuſmodi & tenuiſsima ſunt cũ igniis ui omne quod terreũ eſt ſit relectũ, & minime aſtringentia cũ immodice etiam purgẽt: neq; frigida imò calidiſsima uelut etiam ſulphuris oleum totq; alia. Quinimo metallicorũ omniũ olea acerba eſſe uidẽtur aut aſtringẽtia, ꝓpter quę de his in ſept. Paralip. Sec. 14. dictum eſt.

Aliud auxiliũ eſt pro morbo quando eſt in ſtatu, & eſt tale. Recipe cubebarũ albi

albi ſinapis an̄ ʒ.i. ficus aridas x. ſeminis urticæ ʒ.ij. radicis dulcis recētis ℥.i. infundat in ℔.ij. aquę horis x. inde coquāt, de cuius cremore capiat ℥ iiij. cū ℥.s. ſacchari uiolati: iſtud auxiliū eſt exptū à nobis & iuuat tēpore acceſsionis. Aliud quoq; auxiliū fuit expertū à nobis à caſu & poſtmodū ex ꝓpoſito in duabus fœminis ſenibus, e qbus una erat ſororia eius q mihi numerauit pecuniā Mediolani: & eſt q̄ zinziber conditū cum ſaccharo uiridi lenit difficultatē ſpirandi mirum in modum: & cum hoc etiā preſtat aliam utilitatē non cōtemnendā, ſomnū enim prouocat, quantitas eius eſt ʒ.s. ſumpta poſt cœnam, idem ſumptum in mane purgat uentriculū, deijcit aluū, odorem oris cōmendat & uenerē etiam ſtimulat, immodicus tamen uſus eius præparat ad fluxū uentris, & quandoq; exitialem, & maximè tēpore æſtatis, ut ego uidi expimēto in quodā Medico ſocio meo q eo utebatur, ut immodicè poſſet uti uenere. Aliud rurſus & eſt quartum ſingulare noſtrum, expertum in medum laborarem illa pernitioſiſsima tuſsi qua fermè inteiij, eſt aſſumptio terbētinæ ablutæ cū ui-

uino albo ſepties, inde toties cum aquã ſcabioſę, in hoc non inueni utilitatem, quam authores pollicentur, neq; aliud uidi niſi quòd urinam facit redolere uiolas calthas.
His uiſis dubium relinquitur unũ, quod eſt maximè in uſu apud nos & multi iuuati ſunt ex illo, & eſt inuentum Rainaldi de Vilanoua emperici medici, cuius tamen opera habentur impreſſa, & eſt ut fiat fons in brachio profundus uſque ad os. Videnda igitur ſunt tria, primũ quomodo fieri debeat, ſecundum an poſsit curari morbus ex toto per hunc fontem abſq; alio auxilio: Tertiò quid incõmodi poſſet afferre ubi facto fonte uelimus illius uti auxilio, & primum dico quod locus eſt in parte ſiniſtri brachij exteriore inter muſculos procul ſcapula quatuor tranſuerſis digitis, & fit hoc modo. Recipe calcis uiuæ ualde tenuis & albæ, ſaporis teneri añ. partes æquales, ſuperligetur per uigintiquatuor horas, inde facta eſchara & remota inponatur cicer & comprimatur ſenſim, donec uſq; ad os perueniat, & tunc cum cerea ſphærula
apertum

apertum contineatur,& ſi plurimã quantitatem aquæ eduxerit,& ęget alleuietur non tamen quantum oportet, fiat in utroq; brachio,ſi autem aqua non defluat in magna quantitate claudatur. Poterũt etiã exterius aliquando partes foliorum caulium apponi ad attrahendum maiorem aquæ quantitatẽ. Vtrum uerò poſſit curari ex toto per hanc uiam, dico q̃d materia illa aquea uel deriuabitur per uenas,uel per arterias, nam per neruos nõ poſſet tanta quantitas citra corruptionẽ eorũ deriuari ſi igitur per uenas uel per arterias oportet ut ſanguis corrũpatur, poſſet etiam deriuari per cutem,ſed tũc neceſſario uitiaretur cutis intermedia, quod non eſſet ad propoſitum.Item materia illa habet ex ſitu nimis procliui deſcenſus facillitatem ad partes pectoris, ergo non poterit deriuari ad illũ locum, ideo uideant hi qui tam prompte ad hęc cauteria recurrunt, ueluti ad ſacram anchoram,quomodo agant,maximè, ut dixi,ubi materia ſit aquea,in hoc tamen oportet ſtare experimento, aliquando enim rationes rerum ſunt adeò occultæ.

ut experimenta ſint contraria his quę ratio docet. Quod ad pericula uerò & incommoda attinet uidentur eſſe tria: Primum eſt quod ex quacunq; minima cauſa uel labore propter ulcus fiunt inflammationes à quibus dolores & uigiliæ procedunt, adeò ut bonũ etiam ſi quod contingat malo penſet. Secundũ eſt q̃d cum materia aliquãdo immodicè diffluat, adeo omnia corrumpit, & putrefacit ut callosum ulcus reddatur & chyroniũ, adde quod ſi profundũ nõ fiat foramen, non poterit educi tanta copia humoris, quod ſentiat notatu dignũ iuuamẽtum: ſin aũt profundũ, periculũ eſt ne cõtinuo decurſu aquoſi humoris putreſcat perioſtum, inde corrũpatur os & ſequantur poſtmodum mala quæ talibus ſuccedere ſolent, ſcilicet cancri, herpetes & cætera. Tertiũ eſt q̃d perſeuerante fonte cum maxima utilitate, ubi aſſueuerit natura periculum eſt ne concluſo fonte in diſcrimen uitæ manifeſtũ adducatur. Itaq; ubi fiat feratq; utilitatem fons, ſeu fontes qui ex uſu ſint eo animo facere oportet ut perpetuo retinere decernat. Vt niſi eſſet

quod

quod illuſtriſsimus. D. Ferrandus Gonzaga in diuturno ſuo coxendicis dolore nihil tam ſalutare expertus fuerit quã fontem in brachio factam, dicerem prorſus etiã nihil iuuantib. alijs auxilijs ab hoc experimẽto abſtinẽdũ, ſed cũ iſtud ſucceſſerit adeò bene in materia q̃ & ipſa aquea erat à cerebro deſcẽdente, dicam q̃d etiã ſuperius de aliter deploratis ex Galeno ſuperius retulimus. Concludo igĩt quod ſtantibus tot rationib. in oppoſitũ ex altera parte tã euidẽti experimento, & in illuſtriſſ. Viro, q̧ debeamus relinquere hoc auxiliũ ꝓ ultimo, ubi alia omnino nõ cõferrẽt. Verũ forſan tutiꝰ poſtquã, ut dixi, materia in cerebro nõ figitur ſed reſidet in partibus inferiorib. donec tota ad cerebrũ ſimul attrahatur, ut fontes fiant ſub genibus, & hoc eſt ſecurum & omnino ſecundũ rationẽ & eſt ſingulare quia licet fontes ſunt omnib. noti, tamen modus faciendi & experimẽtum illuſtriſsimi D. noſtri facit ut poſsit merito dici ſingulare.

His peractis, reliquũ eſt ut apponã optima queq; auxilia ex authoribus: ſuf-

ficiat autem quatuor elegiſſe præſtantiſſimos, tres ſcilicet Græcos, Galenum, Paulum & Aetium, & unum Arabem ſcilicet principē ſeu Halon falſo uocatum Auicennam, quanquam Paulus parum aut nihil dicat ultra ea quæ Galenus ſcripſit, ſed quia Paulus potuit uidiſſe aliquos libros Galeni forſan ex his qui temporum iniuria interciderunt, ideò etiam illum inter alios adnumerare placuit. I/gitur ut à Galeno initium ſumam, hic ſeptimo de medicamentis (cap. 6.) ſecundum locos docet, tempore acceſsionis opus eſſe multo potu, & reddit ratiōem, quia humor craſſus & lentus non poteſt eijci per tuſsim niſi humectetur, humectatio autem cum potu fit, qualis autem potus, declarauit libro de attenuante uictus ratione (cap. 12.) quod uini flaui dulcis & potētis. Auxilia uerò quę maximè collaudantur ſunt hæc quinq; primum.

Recipe aſellorum ſub hydrijs naſcentium ſextarium unū in uas fictile coniicito. & ad prunas torreto exuſtos terito, ac melle cocto excipito & ante cibū myſtrum delingendum dato. Secundum.

Scil-

Scillæ crudæ ſuccum exprimito, eiq;, parem mellis attici menſuram addito, & ad prunas admota coquito. Dato inde ante & poſt cibum myſtri menſurã. Tertium.

Recipe uuæ paſſæ Rhodiæ exacinatæ acetabulum, fœnigręci loti tantundem, aquæ pluuiæ ſextarium. i. coquito donec diſſoluatur, & liquorem excolatum reponito. Ex hoc præbeto aſsiduè, & iuxta ſingulas irritationes cyathi menſurã calefactam. Eſt autem cyathus minor ʒ.x. mediocris ʒ. xij. maximus ʒ. xvi ſed de hoc in ſecundo de Dentibus tractabitur diligenter. Nunc mediocrem intelligimus. Quartum.

Recipe aniſi, ſulphuris uiui utriuſq; quadrantẽ, ammomachi thymimiamatis, caſtorij, melanthij, ſingulorum ʒ. iiij. A qua diluta in catapotia cogito, unumq́ue in aceti mulſi cyathos iij. dato. Quintum.

Recipe ſeminis ruthæ ſylueſtris ʒ. iiij. ariſtolochiæ, abrotani, abſcinthij ammoniaci thymiamatis, ſulphuris uiui, ſingulorum tantundem, aceto ſubigito, & ca

tapotia cicerinæ magnitudinis formato, ex quibus duo cum aceti mulſi calidi cyathis tribus exhibeto. Hæc medicamenta uidentur ad tertiam intentionem facere, ſcilicet ad morbum iam factum, & materiam ingeſtam, non autem ad prohibendam eam quæ deſcendit & ubi acceſsiones longe eſſent & reſpectu materiæ, quæ iam locum occupaſſet ita ut morbus tranſiret in proprium. Pro quo illud animaduertendum diligenter quod Galenus & cæteri fermè ponunt curam morbi proprij, & non facti per conſenſum & eſt ſingulare conſyderatione ualde dignum, nam Galenus & cæteri claſsici medici præter principem uix fecerunt mentionem de primo genere morbi quem patitur Reuerendiſsimus Dominus noſter, hoc etiam adduxit in memoriam quadrageſimi quinti ſingularis, & eſt quod bolus armenus orientalis ſumptus pondere ℈. i. cum luteo oui, uel cum modico ſacchari boraginati, uel bugloſati multum facit ad dilatandum anhelitum, & eſt expertũ à me & laudatur à recentioribus, &
inter

inter reliquos à Varignana Galeno & a-
lijs, & reddunt cauſam quia optimè ſiſtit
materiam ad pulmones deſcendentem.
Sed mihi uidetur quod experimẽto pro
ſit etiam ad eã quæ defluxerit, quoniam
forſan partem illius tenuiorẽ ſiccat, reli-
quam cogit. Reuertendo ad Galeni præ
cepta, ipſe laudat naſturciũ ſeptimo de
ſimplicibus medicamentis (ca. proprio.)
& eſt loco cibi potius, tñ ualet, ut dixi, ad
acceſsionẽ & materiam tam coniũctam
quam antecedentẽ. Laudatur etiã ab ip-
ſo octauo de ſimplicibus medicamentis
ſemen ſphondylij, quod non ſolũ iuuat
in acceſsionibus, ſed etiam confert cauſę
antecedenti, purgando cerebrum, lauda
tur etiam ab eodem ibi myrrha, ſed myr-
rham ueram uix habemus ideò in tanta
copia auxiliorum ſecuriſsimorum poſſu
mus eam relinquere. In eodem genere
eſt ariſtolochia rotunda, ut dicebat Ga-
len. ſexto de ſimplicibus medicamentis
hæc melior eſt myrrha, melius eſt ſphon cap. proprio.
dylium, quanquam ſphondylium nõ ſit
adeò cognitũ, eſt tñ ualde bonũ, ariſto-
lochia autem rotunda etiã ipſa iuuat in

cauſa antecedente. Laudatur & calamin tha, ſeu nepida, ſeptimo de ſimplicibus medicamentis (capite 1. poſt procemiũ) præſtantior illa eſt centaurea, quæ ſi non eſſet adeò amara, certè eſt efficaciſsimũ auxilium, non ſolum pro Aſthmate, ſed in omnibus pulmonis morbis, adeò ut ſit uehiculum aliarum omnium medicinarum, & ideo propter hoc poterit fieri tale medicamentum.

Recipe fructus cyclaminis eius ſpeciei q̃ uocat cyſſanthemos radicis ſphōdylij, foliorum hyſopi, foliorum naſturcij, foliorum ſmyrnij quod uocari ſolet oluſatrum, foliorum calaminthæ añ. ʒ. i. s. radicum ariſtolochię rotundæ ʒ. ij. boli armeni ℈. iiij. foliorum centaureæ ℈. v. picis liquidæ ʒ. vi. pulmonis uulpis ℥. s. mellis deſpũmati ℥. v. inde fiat electuariũ abſq; igne, ſed pulueres ſint ſubtiliſsimi & miſceatur quotidie per xv. dies, inde utatur ad quantitatem auelanæ, in hora acceſſionis laudatur etiam fructus cyclaminis eius de quo in compoſitione dictum eſt cyſſanthemici uocati, quod hederæ aſsimiletur in floribus. Ex compoſitis quoque

que laudatur ſotira & dat euntibus dormitum libro de dynamidijs. Theriaca quoq; laudatur, unde in libro ad Piſonem (cap. 6.) Hæc ab anhelanti pectore tollit onus. Inuenio etiam in libro de medicinis expertis, medicamentum quod componitur ex radice iridis & ariſtolochiæ & ſucci marrubij: aliud quod conficitur ibidem ex marrubio, ariſtolochia & lacca. Et certe marrubium eſt medicina magnæ utilitatis & à nobis experta, & poteſt connumerari inter ſingularia, & ideo dicebat Author illius libri ſub nomine aduenæ Aegyptiaci. Ego autem ſoleo dare de ſucco marrubij & ſtœcados miſtis cum aqua, in qua decoctum fuerit marrubium uiride & chamædrios. Et dabam Aſthmatico, & ex eo ſanaui multos: ſimiliter numeratur inter medicinas Cathelinæ iſtud.

Recipe iridis ſucci, marubij, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, laccæ an̄ conficiantur, cum decoctione iridis & detur cum aqua calida decoctiouis gentianæ. Eſt etiam medicamentum Soccionis quod mihi multum non arridet, niſi quando

materia deſcendit ad locum. Aliud attri-
butum Gerioni.

Recipe turbith, agarici, ariſtolochię ro-
tundæ añ. ʒ. i. confice cum decoctione
marrubij, & da cũ decoctiõe aſſari, ſimi-
liratione medicina Andro-zeos. Recipe
gentianæ, hyſopi, agarici, añ. ʒ. s. maſti-
ches ʒ: ij confice cum melle & da ʒ. v. &
non eſt ſimilis iſti medicinę, laxat & ſcin
dit humores craſſos. Aliud Achaaſos.

Recipe aſſari aureum unum, ſucci mar
rubij, hyſopi, ſtyracis ſicci, caſtorei, añ. ʒ.
s. trium piperum, aniſi añ. aureos duos,
conficiantur cum oxymellite ſcyllitico
& detur ex eo à ʒ. iij. uſq; ad iiij. Aliud Za
charonis & uocatur electuarium laccę.
Recipe laccæ aureos xx. piperis longi &
nigri, centaureæ minoris, ariſtolochię ro
ſatæ, coſti, galbani, ammoniaci, añ, aure-
os x. marrubij, aſſari añ. aureos iiij, folij,
radicũ lilij cœleſ. liquiritię añ. aureos vij.
pulueriza & cum bono melle da qua-
ſi auellanã & cum aqua calida. Aliud eti-
am Aridionis filij Meliz, quod eſt etiam
bonum in cauſa antecedente & exhila-
rat hominẽ confortat cor & aduerſatur
uene-

uenenis & iuuat hæpar & uentriculum, reſoluit flatus, & ſedat dolores.

Recipe Ariſtolochię roſatæ, radicis lilij cœleſtis, an̄. aureos x. ſquinanthi aureos ix. aſlari aureos xv. piperis nigri, & albi. an̄. aureos vij chamæpithyos, ſucci marrubij, ſucci ſtęchados an̄. aureos viij. ſpicæ nardi, ſpicæ romanæ, maſtiches, ammoniaci galbani, ſcillæ aſſatæ, an̄. aureos x. roſarum iuniperi an̄. aureos ij. turbith, agarici, cyperi, an̄. aureos x. folij, ligni aloës, rhabarbari, croci, olibani, centaureę minoris, an̄. aureos xx. laccę aureum. i. conficiant̄ cum melle roſeo & detur ex eo ſecūdum quod connenit egro. Eſt etiam medicamētum Zenonis in eodem libro, & eſt.

Recipe ſcillæ aſſatæ aureos vi. ſtęchados aureos iij. agarici ʒ. xvi. maſtiches ʒ. ij. gaſit, çoſti trium piperum an̄. aureos x. radicis lilij cœleſtis aureos v. capillorum ueneris aureos iij. floris chamæmeli aureos iiij. confice cum decoctione agarici & melle & da ʒ. ij. cum aqua calida, iſtud electuarium mihi multum placet in comparatione ad alia,

&

& eſt ſatis lene. In eodem genere eſt etiam medicina in libro de ſecretis cuius deſcriptio eſt.

Recipe euphorbij, croci, caſsiæ ligneę, cinamomi, apij, acacię, coſti amari, ſpicæ gummi arabici, ſeminis urticæ, granorum alkernę, bdelij, olibani ſumach, ellebori, ſulphuris citrini, ſtyracis, calamitæ, piperis albi, omnium añ ʒ. vi. roſarũ ſiccatum, pyrethri, arthanitæ, ſethefuſię, ſeminis apij, omnium añ. ʒ. iiij. Seminis albeda, ammeos, ſeminis tartaraxacon amborum an. ʒ. medullæ, carcami, gingibetis, amborum an. ʒ iiij tere, & cribella, deinde infunde in uino antiquo tribus diebus donec fiant ſicut mel, deinde fundatur ſuper ea mel craſſum deſpumatum. Deinde miſceatur & fundantur ſuper ea ex oleo balſami menſura uncię unius, deinde ponatur ſuper ignem leuem & bulliat ebullitionib. duabus leuibus, & fundatur in uaſe uitreo & dimittatur ſex menſibus, & quãto plus antiquatur tanto eſt melius Hic deficit quantitas amei & tartaraxacon, ſed credo quod ſit ʒ. i. Aliud quoq; in eodẽ libro facile ual-

de

de & tutiſsimum.

Recipe hyſopi ſicci, ocimi, capilli ueneris, praſsij, liquiritiæ decorticatæ omnium an̄. ʒ vi funde ſuper menſuram ſacraiati unius de aqua, & coque ipſam donec perueniat ad medietatem, deinde cola, & funde ſuper ipſam cochlear i. mellis deinde da ei in potu. Aliud in eodem genee in libro de cynamidijs.

Reciper galangæ, gariophylorum, piperis, zinziberis, coſti, an. ʒ. ij. ſpicæ, maſtiches, an̄. ʒ. iiij. xilobalſami ʒ. iiij. gomphitæ, myrrhę, an̄. ʒ. s. cinamomi ℥. i. liquiritiæ ℥. ij. roſarum ℥. ij s. croci ʒ. ij. s. mellis quod ſufficit. Inuenio quoq; in libro de facile parabilibus ad Sobonem (ca. 24.) uinum aut mulſam ubi ſcilla decocta fuerit, multum conferre, itemq; radiculam ex aqua calida aut ſedum ex melle, aut caſtoreum ex aceto mulſo. Hæc medicamenta omnia quamuis ſint Arabum & non Galeni, ſunt tamen ualde utilia, & maximè ſecundum illud in libro de ſecretis quod ad præparandum materiam congeſtam eſt utiliſsimum, maximè ſi ficus addantur. Ficus enim ſiccæ ſunt om

nium

nium ad præparandum utiliſsima.

Hic forſitan quiſpiam dicet, quorſum hæc tot tantaq́;: tum maximė quod amare, & aſpera hæc medicamenta adeò ſint ut nemo ciuilis uitæ, qualis eſt R. D. ferra illa queat, deinde neq; uſum neq; electionem doceamus. Ad quæ nos reſpondemus quod omnia iſta medicamenta reducuntur ad unū ſingulare iam declaratum quod eſt ut deſtillentur per reciprocationem, illa quę ſunt minora, ſed aſperiora poterūt deſtillari per balneum Mariæ, & ita omnia poterunt reduci ad magnā ſuauitatē maximė addēdo ſaccharum poſt deſtillationē. Quandoq; etiā in calidiorib. poſſumus addere iuleb uiolatum, & maximė qa per talē deſtillationā omnia iſta medicamenta reducantur in formā aquæ. Nā in deſtillatione reciproca addere oportet aquę ardētis ℥. iiij. pro ſingulis untijs medicamēti, modus eſt deſcriptus ſupra ubi tractauimus de ligno indico in ſingulari & proprie in ultima potus p̄paratione. Nunc deueniendum eſt ad medicamēta Pauli Aeginetę li. tertio, (ca. 29.) inter quę primū eſt illud.

Recipe

Recipe pumicis auripigmenti,alcyonij, añ. partem. i. floris iunci rotundi, aphronitri añ. partes ij.fecis uini combuſtæ partes iiij,puluerata excipiantur unguento pectorali, iſtud eſt potens auxilium ſed à me nunquam expertũ, nam hoc uellet thoracẽ africari. Aliud quod præcipit per os exhiberi ,Recipe ſinapis ʒ. i. ſpumæ nitri gr̃ xij. elacterij gr̃. ij. totum digeritur in octo paſtillos,è quibus duo dantur ſingulo mane, ſed licet purgent uehementer,tamen eſt medicamentum periculoſum & uiolentum. Reuocauit tamen hoc in memoriam ſinapis albi aphronitri uſum,quorum alterum ſcilicet ſinapis eſt mihi expertum, & ſupra connumeratum inter medicamenta prę cipua compoſita,reliquũ ſcilicet aphronitrum eſt potẽs ualde & laudatũ à medicis omnibus ſecũdũ omnẽ uſum intus & extra. Tertiũ auxiliũ eſt ſingulare & certè admirabile & uocat̃ ſphõgion tãto ſecurius quanto quę applicant̃ exterius ſũt tutiora, & licet ego nõ ſim exꝑtus, tñ auſim dicere ꝙ poſsit cõnumerari ꝑ ſingulari ſecreto. Cuius deſcriptio hæc eſt.

Recipe

Recipe picis brutiæ li. duas & ſeminis nitri ℔. i. cucurbitæ ſylueſtris carnis, pyrethri, opopannacis, cocci gnidij, ſingulorum ℥. iij. capparis radicis, corticis thuris, iridis, adipis taurini, elaterij, ſquamæ æris, apij ſeminis, lathyridum ſingulorum ℥. vi. baccarum lauri ſextarij dimidium, fœnigræci farinæ ℥. s. fellis taurini ℥. ij. olei cyprini ſextarij dimidium, ceræ ℔. i. reſinæ frictæ ℔. iij. caprilli ſtercoris montani, cachryos cyperi cardamomi ſingulorum ℥. vi. In iſto medicamento nulla eſt difficultas meo iudicio niſi de tempore & loco applicationis in tempore enim acceſsionis uidetur quod poſsit applicari, ſuper pectus extra, quia multam aquam trahit citrinam & propriè illam, quæ facit morbum, ſed in reliquo tempore dubium eſt an debeat applicari & in quo loco, nam certum eſt quod ubi poſſet applicari in loco ubi traheret aquam citrinam quod plurimum conferret, hoc autem primo docebit præſentia & experimentũ: ueriſimile eſt aũt q̃d ſi poneretur ſuper bracchia multũ profiſceret in loco fontium, totum igitur con-

ſilium

ſilium in hoc uerſatur ut applicetur lo-
co non periculoſo & κατ' ἴξιν, & de hoc
conſyderabimus longè melius. Certum
eſt quod hoc etiam unguentum impoſi-
tum capiti ſuper ſuturam coronalē, mul-
tos iuuaret & traheret multam aquam ci
trinam quę eſt materia morbi, ut declara
tum eſt. Hoc enim medicamentū à Pau
lo excogitatum eſt, ut partem ſeroſam
ſanguinis à ſanguine eximeret: quod u-
bi fieri poſſet magnam curę partem per-
ficeremus. Hic cadit dubitatio, utrum
unguenta quæ uocantur pectoralia ſci-
licet ex pinguedinibus conueniant, &
uidetur quod ſic ſecundum communem
uſum: in oppoſitum eſt quòd neq; Gale
nus neq; Paulus his utuntur. Item quia
ratio docet quod materia illa debet ex-
halare per ipſum pectus, ergo ſi conclu-
dantur pori, non poterit tenuior pars re-
ſolui, de hoc autem aliquando loquar
ſuo loco ſcilicet in contradictionibus,
quia hic non eſt tanta neceſsitas ut co-
gamur determinare hanc difficultatem,
propterea melius ac tutius eſt deſiſtere
ab inunctione ex unguentis pinguibus,

Ef &in-

& inſiſtere diaphoreticis & attrahentibus malagmatibus, deueniendo igitur ad Aetij ſententiam is libro octauo de hoc tractat (cap. 57.) Et primo docet aluum aſsidue eſſe leniendam cum ſero lactis in quo cnici ſeminis duo acetabula fuerint decocta, inde mellis modicũ additum, exterius uerò applicat emplaſtrũ nigrum Archigenis, cuius deſcriptio eſt. Recipe ceræ ℔. i. reſinæ pinus ſiccæ ℔. i. iridis ſeſquilibrã, bituminis ℔. i. picis ℔. i. ęruginis ℥. i. mirrhæ ſexcũcem, thuris ſexcem, radicis cucumeris ſylueſtris, centaureæ, lapidis aſij, ſtyracis cuiuſq; ſextantem, miſyos crudi ſequiuntiam, chalcitidis crudæ, ſeſquiuntiã, ſalis ammoniaci ℥. i. Galbani, terrę cimoliæ, terrę ampelitidis cuiuſq; ℥. i. olei ℔. ij aceti ℔. i. aut ut ego ſoleo ℔. ij. ſtyracẽ cũ modico oleo liquefactum in mortario probe contere: metallica uerò cũ aceto diſſolue, herbas autem contunde & cribro excute, liquefactis uerò quæ eliquari poſſunt, & percolatis ac ab igne ablatis, contrita adijce atq; herbas inſperge, omnib. aũt ſimul iũctis & emolitis utere. Aliud q᷑ uocat᷑ poli

arci-h

archion q̃d' in Alexandria prępatabatur.
Recipe caſsiæ, amomi, roſarum, cyperi, cardamomi, ſpicæ nardi, nardi celticę, folij iridis, ænanthes, compoſitionis hedichroi, maſtiches, croci, meliloti, ſucciabſcinthij, ammoniaci thymiamatis, aloës, bdelij, mirrhæ, cuiuſq; ℥. i. xilocinamomi, piperis cõmunis, helenij, ſtyracis, cypheos, thuris, cuiuſq; ſeſquiuntiam, ſuccos cum aridis committito, admiſcetoq́; xilobalſami ℈. xij. floris iunci odorati, ℈ xij. terebentinę ſexcũcem, unguenti nardini beſſem, roſacei ℔ i. hederæ ℥. xvi. opobalſami ſextantem ſucculẽta uino diluta terito. Aliud appellatur Dialema.
Recipe caſtorei ℥. i. piperis lõgi ſeſquiuntiam, mirrhæ, opobalſami, hedycroi, foliorum malabathri caſ. radicis panacis ſpicæ nardi, cuiuſq; quadrantem coſti, ſextantem, amomi ſextantem, cinamomi ſeſquiuntiam aut pro eo caſsiæ quadrantem, floris iunci odorati trientem, croci ſextantem, cyperi, cardamomi, iridis, ariſtolochiæ longæ, ariſtolochię rotunde, cuiuſq; ſextantem, pyrethri trientẽ, ammoniaci thymiamatis quadrãtem,
 aloës

aloës quadrantem, ceræ ℔.iiij.terebentinæ ℔ iiij.reſinæ trientem, unguenti nardini ℔.iij, quidam etiam ſtyracis ſextantem addunt, uini uerò quãtum omnino ſufficit. Aliud melius forſan.

Recipe ſtyracis pinguis dextantem, foliorum malabarri ſextantem, untiamq́ue dimidiam, malorum cotoneorũ requ purgatorum ℥.xv. maſuaphij ℥.ij.s.ſpicæ nardi, croci, cuiuſq; ſextantem, dimidiamq; untiam, micarum purarum dextantem, ænanthes quincuncem, carpobalſami ſexquiuntiam, comæ abſcinthij ℥.ij.s. maſtiches ℥.ij.s.chareophylli ℥.i.ſcrupulos vi.ammoniaci thymiamatis ℥.xx.colophoniæ ℥ xvi. opobalſami ℥.xij.s.olei gleucini deuncem, nardini dextantem, melini ℥.xx. propolis dextantẽ, roſacei ſextantem untiamq; dimidiam, mellis cochlearia uiginti, terebentinæ chiæ ℥. xx ceræ ℥.xv.uini ſpatitæ quantum ſufficit, ad reliqua cum eo conterenda, & ad rigandas micas. Arida quidẽ omnia contundito, & cribrato, mala uerò cotonea conciſa cum uino ſpatitæ coquito, ac per ſe terito, deinde ammoniacum, & maſtichem

chem, cum uino conterito, ſtyracem uerò cum opobalſamo, in altero mortario diſſoluito, atq; omnia trita, ac diſſoluta ſimul unito liquefactiſqúe quę liquefieri poſſunt, & ab igne ablatis arida infarcito ac donec refrigerent agitato, deindeq; ad ea quæ in mortario trita ſunt adijcito, ac unito, adiecto etiam ſimul melle, poſt uerò emollito, ac optime ſubacto, tanquam ualde probato utitor.

Rurſus etiam per os dicebat Aëtius dabam prima die ʒ. i. herbæ ſabinæ, ſecunda die duas, tertia tres, quarta quatuor, ita ut omnes in quibus cruenta urina mouebatur melius ſpirarent. Vtebatur etiam hiera Archigenis. i. quæ conſtat ex colocynthide cum aceto ſcillitico conuenit etiam ante & poſt cibum ſcillę ſuccus cum melle tali pondere coctum. Aliud præcipuum, & ab ipſo egregie laudatum quod etiam antecedenti cauſę & cerebro confert & extollitur uſq; ad ſydera, mouet aluum & urinas.

Recipe ſcillam fuluam, manum magnitudine ſua implentem, fermento obductam in furnum conijcio, ut quam optimē

me aſſetur, deinde ubi molliſsima facta fuerit ſuperficie eius exuſta reiecta, reliquum optime contero, atq; ei quantum trimembri ſectione facta duę aſſatæ ſcillæ partes ponderant tantum farinæ erui albi adijcio, & ammoniaci thymiamatis ℥.iiij. radicis panacis ʒ.iiij. iridis, & abrotoni & achori cuiuſq; ʒ. ij piperis grana xx. hæc omnia ſimul trita & unita in orbiculos digero pondere ſeſquiobolares: ex his autem ʒ.i. aut etiã obolos tres aut duos cum tribus ciathis lactis aſinini recens mulctu, aut aquæ mulſæ exhibeo, pueris uerò tantum unum orbiculũ prębeo Apponitur & remedium pulchrum Philagrij cuius deſcriptio hæc eſt.

Recipe radicum ſymphyti in petris naſcentis radicis centaureæ maioris, iridis illyricæ, ſingulorum ſextantem, aquę ſextarium. i. radices fractas per biduum in aqua macerato, deinde ad tertias decoquito & percolato, & tantundẽ mellis decocto adijcito, rurſumq; donec cogatur decoquito, deinde rheipontici cõtuſi ac cribrati ℥.i. inſpergito, acuntio. Exhibe circa primam horam diei cochlearia

tia duo. Quod ſi non adſit rheon, centau reæ maioris radicem contuſam & cribratam unciæ pondere inijce, aut eodem modo radicem ſymphyti. Hocce pharmacum pulmoni, & thoraci firmitatem, & robur prębet ſimulq; humores delatos repurgat, ſiccat & expellit. Aliud mirabile cuius aſsiduo uſu dicit etiam ab inueterato affectu homines liberantur, & nomen Antidoti eſt Iſotheos, curat tuſſim & tabem & aſthma per circuitum ueniente, & prodeſt uenenis & ſanguinis eruptionibus & morſibus ſerpentum, & antiquas à capite ad pectus defluxiones & eos qui niſi erecti ſpiritũ ducere non poſſunt, etiã ſi ad multos annos, dicit, affectio durauerit ſanat, cuius per breuis & facilis eſt huiuſmodi.

Recipe ſpicę nardi ʒ. ij. mirrhę ʒ. i. croci, coſti, piperis albi cuiuſq; ʒ. i. Fecis, opobalſami, cinamomi, ſucci mandragoræ ſicci, caſtorei cuiuſq; ʒ. ij. ſeminis dauci ſeſquidra caſsie ſeſquidragma, mellis deſpumati quantum ſatis erit.

Illud etiam animaduertendum quod in medicamentis qnæ adhibentur pe-

pectori exterius iubet Aetius ut etiam dorſum confricentur. Diximus autẽ medicamenta ſuperius. Vltimum ſingulare in caſu deplorati etiam morbi cui nihil audeo neq; addere neq; minuere & eius uerba ſunt.

Cæterum inueterato malo, & medicina omni fruſtra adhibita ad uſtionẽ confugiendum erit, itaq; iuxta medium commiſſuræ clauicularum, utrinq; una cruſta inuratur, cum cautione tamen admotis manibus & diſtenta cute, ne aſpera arteria obledatur: Deinde aliæ duæ paruæ iuxta carotidas, colli arterias infligendæ paululum ſub mento utrinq; una, incumbentis cutis tantum per uſtionem facta. Infligendæ autem adhuc aliæ duæ ſub mamillas inter tertiam ac quartam coſtam. Rurſumq; aliæ duæ retrorſum uerſus inter quintam ac ſextam coſtã in medio etiam pectore unam inurere oportet, & iuxta principium oſsis pectoris (quod à capitis gladij ſimilitudine Xiphoides Græcis appellatur) ſupra os ipſius uentris unam ſimili modo, & adhuc alias duas inter octauam & nonam coſtam

ſtam, utrinq; unam, tres etiam retro inurendæ ſunt cruſtæ una iuxta mediũ dorſi reliquæ duæ ab utraq; uertebrarũ parte paulum infra mediam cruſtam. Omnes autem infra collum inuſtas, mediocriter latas eſſe conuenit, neque ualde in ſuperficie conſiſtentes neque rurſus nimium profundas. Vlcera autem cruſtarum ſatis longo tẽpore fluida permittere oportet.

His uiſis, relinquuntur duæ dubitationes, prima eſt, an conueniat in hoc caſu cauterium actu ſuper ſuturam coronalem? & uidetur quod ſic, quia Albucaſis dicit quod cauterium curat omnem intemperiem etiam calidam, & adducit rationem à paucis intellectam, quia ignis corrumpit omnem intemperiem impreſſam qualiſcũq; ſit, quia caliditas ſua eſt maior omni intemperie, & ideo tollit omnẽ intemperiem, quia caliditas præternaturalis eſt fundata in quodam humido, & ignis reſoluẽdo illud humidum tollit fundamentum illius qualitatis, & ideo tollit illam qualitatem. Et ſi quis dicat, imprimit aliam, reſpondebit Albu

caſis, quod illa qualitas poſtmodũ non remanet niſi per certum tempus, & ita finietur utraque intemperies, altera ab igne, altera ſponte, & hoc ſumptum eſt à Galeno quinto artis curandi, (capite quarto) dicente ubi ex eroſione putreſcentis, alicuius partis profluuium ſanguinis excitatur, maxima neceſsitas imminet ut uel cruſtificis medicamentis uel ignitis ferramentis utendi, ſed cruſtifica dicit indigent aſtringendi facultate, candens autem ferrum maximè neceſſarium eſt, ubi putredo membrum depaſcitur, unde etiam in fragmento paruo Dedinamidijs, cancroſa igne curantur. Verum multa ſunt quæ difficultatem faciuut, primum quod Oribaſius libro ſeptimo ( capite decimoſexto ) non uult applicandas cucurbitulas capiti cum igne multo, quia multum trahunt, ideo periculum eſſet in tali cauterio de multa attractione materiæ, item Hippocrates in libro de Articulis (Com. 1. Gal. Texto. 54.) inquit, ignis neruis eſt inimicus, cum ergo cerebrum ſit neruorum fundamentum, multo minus cõ-
ue-

ueniet ignis ex candenti ferro, nam u-
ſtiones ſi modo fieri debeant pelluci-
dis ferramentis, fieri debent, primo in
librum de articulis. Inuenio in libro de
optima ſecta ad Traſybulum, ignem ha-
bere uim aſtringendi in cute, quare eti-
am uapores non permittit exhalare, præ
terea ſi non fiat uſq; ad pericraniũ, nihil
operatur, ut ego expertus ſum: alios aũt
uidi qui auſi ſunt diligentius ignem ad-
hibere uſq; ad os & mortui ſunt, è qui-
bus fuit una uirgo ſacrata deo, ueſtalẽ di
cere poſſumus, alius fuit uir illuſtris no-
ſter cõciuis ex Bottarũ familia, itaq; iſtud
auxiliũ apud me eſt ualde ſuſpectũ, nec
credo uacare ingenti periculo.

Secunda dubitatio eſt, utrum (uelut ui
detur præcipere (Io. 3. Trac. 1. ca. 4.) prin-
ceps) exercitatio uocis conueniat in hoc
morbo. Nam uidetur eo collandare In
oppoſitũ quinto de tuenda ſanitate Ga-
lenus uidetur nolle, ut omnino mem-
bra imbecillia & læſa exerceantur, dicen
dum eſt quod intelligitur dictum Gale-
ni quando adſunt tres cõditiones, aliter
non eſt uerum, imo eſſet potius cõtra ex
perimen-

perimentum, prima ut morbus ſit per eſſentiam & non per conſenſum, ſecunda ut ſit magnus, tertia ut ſit in ſene & non in iuuene. Nec etiam Galenus illud dicit nec uult. Nam iudicio curandi multum ualuit.

His uiſis deuenio ad ea quæ collaudantur à principe: & primum eſt ellebori albi uſus in raphano, incluſi per noctem per fruſtula, inde abiecto elleboro comedat raphanum, uomitus enim multum confert & eſt tutus, dicit. Secundum eſt uſus capparorum ſalitorum ante cibum. Tertium eſt decoctio ſimplex ex epithimo & melle in aqua, & debet eligi epithimum recẽs. Quartum eſt uis galli decrepiti cum medulla cartami & uolubilis, & ſiclę, & hoc eſt ualde tutum, quintũ eſt inula & illius aqua, ſextum eſt cyminum cum aceto etiam in anhelitu difficillimo ſeptimum eſt pulchrum, mucilago ſinapis albi cum æquali menſura mellis decocta, octauum ponitur infra ab eodem & ponam uerba eius (cap. 42.)

Si eſt illud ex humoribus, Galenus pręcipit, dare medicamen confectum cum melle

melle in omni menſe bis, & fit potio eius xxxvi. kirat: & in die in quo æger ipſum ſumit non loquatur neq; moueatur ante illum diẽ, neq; poſt, duobus diebus & in hora ſeptima recipiat panẽ cum uino commixto & in ſero uitellũ oui cum medulla panis & in mane habeat pullũ paruum de quo ſumat ius, & balneetur in ſero illius diei.

Superſunt præter hæc duo auxilia ex ipſo principe, ſumpta ibidem ualde propria, ut ſint in uniuerſum decem. Nonum igitur eſt in caſu noſtro ſcilicet cum materia deſcendit à cerebro, ut fiant ablutiones capiti omni hebdomada bis cum ſapore & nitro, & quod utatur ſternutatorijs ut ſupra dictum eſt.

Decimum etiam eſt conueniens in hoc caſu & conſyderatione dignum, quia eſt ubi morbus ſit ex caliditate.

Recipe roſarum ʒ. vi. radicis lilij ʒ. xiiij uerberorum ʒ. ij. laccæ, ariſtolochiæ, maſticis, ſucci eupatorij, ſucci abſcinthij, ſpicæ, aniſi, ſeminis fęniculi, omnium ʒ. iij croci ʒ. s. ſeminis citrulli & cucumeris & cucurbitæ & melonis omnium añ. ʒ i.

ʒ.i.gummi dragaganti, ſucci liquiritie, omnium añ.ʒ.i.& oportet ut adminiſtretur euacuatio cũ eo quod educit humores calidos.

Concludo tandem, quòd quamuis & ratio ſpheræ,& excellens D. Gulielmus docuiſſent me de frigiditate aëris ſtotici & de eius inæqualitate,ex quorum altero fit ut materia concoqui nequeat,ex reliquo acceſsiones fiant, dicente Hippocrate(3.Aphoriſmorum primo)quod mutationes temporum potiſsimum pariunt morbos,& maximè cum ſint uehementes adeò ut ſexta de Iulij cogantur conueneſtare ad ignem:& princeps ipſe dicat quod aër frigidus eſt inimiciſsimus pulmoni,ideo oportet facere æſtuarium in cubiculo: aër enim temperatus tria bona faciet,primum concoquet materiam,omnis enim concoctio fit à calido,etiam externa caliditas iuuat,ut Hippocrates ſecunda Aphoriſmorum. Aeſtiuæ quartanæ & cætera ſecundo iuuabit pulmonem qui læditur ab aëre frigido, tertio apperiet facilius meatus naſi. Nam detrimentum quod eſt ex aëre frigido

gido in morbis pulmonis & cerebri uidetur manifeſte in ciuitatibus Italiæ, ubi in æſtatæ uix iuuenies quatuor aut quinque patientes tuſsim, uel difficultatem ſpirandi, & in hieme duo millia. Et ſi quis dicat, iu æſtate deterius me habeo. Reſpondeo quod eſt propter inæqualitatem, ſed ſi trāſiret ad regionem calidam, uel ſaltem temperatam non ita eſſet. Eadem ratione oportet ut utatur ueſtibus pelliceis, non tamen ut onerет ſe. Aeſtuarium igitur ſit tepidum ualde.

Secundum quod eſt maximæ difficultatis quia materia iſta eſt multa adeo, ut ſit ferme quinquaginta untiarum in acceſsione, ut colligere potui, & talis multitudo prouenit, quia quod debet uerti in nutrimentum, uertitur in aquam propter intemperiem ſiccam in toto cum debilitate caloris naturalis, quorum utrunque prouenit ex extenuatione. Extenuatio autem prouenit ex difficultate ſpirandi & ideò ſi dentur nutrimenta ſolida non poterunt bene concoqui ſaltem in membris: ſi liquida

quida augebunt materiam, ſi multa augebunt materiam, ſi pauca uirtus debilitabitur & extenuatio augebitur: Si multum nutrientia augebitur materia, ſi parum corpus attenuabitur. Propter tot difficultates igitur una relinquitur uia, ut utatur pane decocto uel ptyſana hordeacea aſsiduè, & utroq; in iure pulli, uel caſtrati iſte enim cibus mediocriter nutrit, & eſt temperatus, & totus fermè tranſit in alimentum, propter coctionem panis in furno, deinde & iam in iure & ſimiliter ptyſana bis cocta eſt, ſcilicet ſub forma hordei & ſub forma farinæ, & nutrimentum eius eſt ſolidius nutrimẽto carnis. Sed quia auxilium hoc non erit manifeſtum propter nimiam abundantiam materiæ quæ etiam impedit coctionem, oportebit ut euacuetur quàm celerrimè cum diacolocynthida, de cętero oportebit ut utatur regimine herticorum, ideſt, teſticulis gallorum, iecoribus pullorum, carnibus teſtudinum, & limaciarum iuuencularum. Nã iſta & à manifeſta qualitate & à proprietate iuuant in iſtis morbis. Accedit etiam experimentum de pa

ne

ne cocto & ptyſana, nam uidemus quod febriētes & phthiſici & hectici bene concoquunt ipſum; non autem carnem neq; talia ergo multo magis celſitas ſua quæ non eſt adeò extenuata, ut illi, & & multo minore morbo laborat.

Tertium eſt ut bibat uinum album, leue in mane, propter tres cauſas, prima ut confirmetur uentriculus & ſpiritus, ſecunda quia prouocat urinam, tertiam quia fruſtra eſt imponere abſtinentiam, ubi non eſt neceſſaria. Veſperi autem in cœna utatur aqua gliciriʒæ, cum ualde modica parte cinamomi, quia in nocte iuuatur concoctio propter ſomnium, & cinamomum eſt mihi ſuſpectũ in quantitate, tamen quia petit caput, Galen. in illo aphoriſmo: Mulierem ſi uis ſcire an conceperit docet quod omnia aromata petunt caput, & etiam propter ſiccitatem uehementiſsimã, quæ eſt in eo quæ auget intemperiem in membris, & non poteſt cõſumere humorem peccantem propter quantitatem. Quartum eſt dictum in alio ſcripto, de frictione ſingulo mane cum oleo amigdalino dulci & ma

ximè in cruribus & iuncturis, pectore, & dorſo, nam in difficultate ſpirandi præcipiunt authores ut non minus dorſum inungatur quam pectus, ſit autem oleum recens ualde & bene pingue ac dulce. Quintum eſt ut in hora acceſsionis omnino quieſcat in lecto, & non credat celſitas ſua expúgnare morbum uiribus animi, ſed potius expugnare uires corporis, dum enim ſurgit tria peſſima mala facit: primum occurrit aëri frigido & inæquali à quo impeditur coctio materiæ, & augetur difficultas ſpirandi & cerebrum poriq́ eius conſtringuntur, & ita augetur illa mala intemperies calida & defluxio: ſecundo debilitantur uires, nam dicebat Galenus primo de motibus muſculorum, in omni ſitu corporis laborat uirtus, præterquam in illo medio naturali in quo homo quieſcit & ideo reſoluitur. Tertium eſt quia conſurgit, non poteſt ſtare quin aliquid faciat, & uult audire cauſas & legere & ſcribere, quæ omnia ſunt adeò mala ut nihil poſsit eſſe deterius. Commoda quæ ſurgendo uidentur conſequi

ſunt

ſunt tria,& omnia mendoſa, primum eſt quod propter erectionem melius reſpirat:ſed illud idem poſſet facere commodius in lecto,& partes inferne remanent calidæ: Secundum eſt, quod uidetur ſibi ſanus dum ſurgit de ambulatione ac cõuerſatione morbum lenire. Sed iſtud nihil eſt, quia poſtmodum acceſsio fit diuturnior, & eſt ac ſi quis habens multa debita luderet tota die putans minimi ſibi iacturam, quia de illa non cogitet, cum tamen augeret illam, ita obliuiſci doloris, ſicut obliuio cauſam non tollat imo augeat, eſt peſsimum remedium. Quod ad conuerſationem, poteſt admittere aliquos amicos de iocis loquentes. Tertia cauſa qua ſurgit eſt ut hauriat aërem liberũ, ſed ſtando in lecto licebit magis tenere apertas feneſtras, dummodo non ſit tempus malum Beati Martini, id eſt, uentus cum pluuia ſimul, quia tunc non liceret. Et certe ſi manſerit bis uel ter in lacto in alijs acceſsionibus uix uolet ſurgere etiam quod leuiſsimæ ſunt.

Sextum ut dictum eſt in altera parte

conſilij, ut pulminaria fiant ex alga uel ex palea tritici ſicca & minutim inciſa. Et cum lecto de ſtupa ſerici, ut dictū eſt. Septimum ut ſemper à cibo per duas horas, neq; ſtudeat neq; legat neq; ambulet. Dicebat enim Celſus, omnis mentis intentio caput implet, quo nihil deterius eſt Celſitati ſuę. De deambulatione eſt aliqua dubitatio, tamen illa etiam implet cerebrum, nec Galenus unquam illam laudauit neq; admiſit fingunt quidam quippiam de minima deambulatione, ut deſcendat cibus ad imum uentriculum. Sed hoc non eſt de mente Galeni qui uult quod deſcendat cauſa cōſtrictionis uentriculi & non motus, ut in libro de facultatibus naturalibus apertiſſimè docet.

Octauum eſt principale & magna pars curæ, & eſt ut fiat ænema ſingulo die detrahens pituitam in copia, & ponam deſcriptionem læuioris, ſi oportebit faciemus ualidiorem.

Recipe ſeminis cartami ʒ. ij. aſſari, ariſtologiæ longæ an̄. ʒ. i. turbith, agarici an̄. ʒ, s. radicis filicis ℥. i. coquantur in libris

bris duabus aquæ ad conſumptionem medietatis, cum m̃.i. mercurialis aut bli- tis uiridis, inde facta colatura, addantur mellis crudi ℥.ij. ſalis cõmunis ʒ.i.s olei cõmunis ℥.ij.s, miſce, & fiat cliſtera. Hoc poſui pro forma additurus & diminutu tus pro occaſione, ſciendo quod non eſt uia melior iſta pro nunc quia cum mate- ria ſit multa, errhina uel, cauteria, uel diu retica, propter meatuum ſtricturam, nõ poſſunt illam educere, nec regimen ui- ctus ſufficit, oportet igit̃ ut trahatur per uias latas ſi per uias latas illæ ſunt dupli- ces uomitus & ſeceſſus. Vomitus in paſ- ſionibus pectoris eſt contra canones, & etiam nocet capiti. Seceſſus fit triſariam, per medicinas leues, & potentes & cliſte ria, medicinę leues in tanta materiæ mul titudine parum proſunt & potius agitãt quam educunt, ut uiſum eſt de caſsia nu- per, quamuis ego fuerim author dandi illam quia non exiſtimabam materiam eſſe tantam, neq; tã crudam. Validis me dicinis non licet frequenter uti, ſed opor tet adhibere debita interualla, tum quia debilitant, tum propter extenuationem,

corporis, & etiam agitant caput, ideo in modico tempore tantum aggregabitur materiæ ut impediat omnino curationē propter hoc igitur cliſteria educunt materiam peccantē & maximè diuertunt à capite & à membris ſpiritualibus, & non agitant corpus & nō debilitant uires, igitur nulla ſunt meliora quibus poſtmodum ſuccedent diuretica, cauteria & cætera.

Illud quoq; conſyderatione dignū eſt, an morbi ſtante magnitudine conueniat uenæ ſectio? & mihi uidetur quod ſic in hoc caſu ob caliditatem intēperiei in toto corpore. Tempore etiā noctis, ut dictum eſt, teneat bolum armenū & ſumat etiam per os, & hora acceſsionis teneat fruſta mannæ in ore & fiant ligamina in cruribus & brachijs cum coro aſtricta.

Quòd autem ultimū eſt in hoc & quo
„ curari potes Domine, atq; unicū auxiliū
„ ab Hippocr. propoſitum in libro De in-
„ ternis affectionibus his uerbis (Pag. 3.)
„ Hic ſi quidem ab hac curatione ſanatus
„ fuerit loquitur autem de phthoe uera, be
„ ne eſt, ſin minus, ipſum lacte craſſefactū,
&

& in pectore & in dorſo urito. Et paulo poſt de ſuppuratis (pag.4.) Bibat etiam lac caprinum & bubulum pro tempore, prius autem ſuppurgetur lacte aſinino cocto. Craſſefacere in lõgis morbis pręcipuè lacte bubulo, docet etiam in libris de morbis mulierum, & alibi ſæpius ut nil apud illum frequentius inde curare quæ ratio hic maximè neceſſaria eſt. Oportet autem præter lac bubulum etiam carne contuſa id agere. Et certe nulla eſt melior ratio quam aſsiduè craſſefacere corpus & aſsiduè purgare.



FINIS.

# EPHEMERIS REVErendiſsimi D Archiepiſcopi Sancti Andreæ Andreæ D. D Ioannis Amulthon per eundem Hieronymum Cardanum Mediolanenſem. Medicum ſcripta.

QVamuis ex generali conſilio ſatisfactum C. Tuæ eſſe crediderim idq; muneris abſoluturus ſit egregius tuus medicus caſanatus, ne tamen in ullo deeſſe tibi uidear, quandoquidem ex præſcripto in patriam redire cogor, pauca hæc in ordinem diurnum in gratiam tuam memor beneficiorum tuorum, & quod principum preces præcepta ſunt, redigi. Initium ab hora qua expergiſcitur ſumendo, quod in æſtate ſit gratia exempli hora ſexta, ſcilicet more proprio à nocte media: primum explorandum an ſufficienter dormierit id ex tribus habetur indicijs: primum eſt à debito horarũ ſpacio, quod Galenus ſexto de tuẽda ſanitate (cap. 5.) horarum exiſti-

exiſtimat nouem. Nunc omiſsis omni-
bus diſputationibus ſolum neceſsaria &
clariſsima & abſquè dubitatione in me-
dium adducam. Quod ſi quis rationem
repoſcat, eam poſtmodum reddam. Igi-
tur ut ad propoſitum reuertar: ſecũdum
ſignum perfecti ſomni eſt capitis leuitas
& alacritas. Cum enim ſomnus fiat ad
reparandum ſpiritum animalem qui in
cerebro cõtinetur, manifeſtum eſt quòd
ſpiritu animali reparato comodè ſom-
nus ceſſat. Tunc uerò neceſſe eſt ut ca-
put alacre ac leue ſit, & ſenſus ac mens
negeta, reparatis ſpiritibus. Quod ſi ſe-
cus homo ſe habeat indicium eſt etiam
ſi horis debitis dormierit non ſatisfeciſ-
ſe ſomnum. Tertium indicium eſt à uen-
triculi coctione, nam cum uentriculum
concoxiſſe ſenſerit indicio eſt dormiſſe
ſatis. Hæc enim eſt ſecunda utilitas ſom
ni, ſcilicet concoctio cibi in uentriculo.
Cum igitur nondum natura finem pro-
prium aſſecuta eſt, ſi antea ceſſet ſomnus
non ſatisfecit. Porrò quonam pacto con
coxiſſe ſe ſentiet in uẽtriculo? id erit cum
neque grauitas ulla in uentriculo nec ru

 ctus

ctus aliquis ſed quaſi ubi ſit uentriculus penitus ignoret, leuem ſe ſentiat. Quod ſi uel caput adhuc graue, uel uentriculum non concoxiſſe animaduertat, non ſurgat omnino: Sed uel dormiat uel quieſcat ſaltem. Nihil enim proficere poteſt ſurgendo: nã ſi exerceatur, peſsimum eſt, cum crudus adhuc ſit cibus in uentriculo, hoc enim nihil eſt deterius, ut in libro de cibis boni & mali ſucci Galen. docet. Nec ſi quieſcat quicquam proficiet. Nihil autẽ melius eſſe ſomno intelligat nec excogitari poſſe. Nam cum tribus maximè indigeat, bona coctione ne humor ille crudus abundet, & ut poſsit impinguari: ſomnus ſi qd aliud, coctiones iuuat, ut quarta Aphpriſmorũ (Aphor. 67) Galen. docet, ob id ad inſtaurandum corpus quicquã melius ſomno eſſe poteſt, & ad minuendam materiã quæ morbum facit. Hæc igitur duo quæ à coctione perfecta reparãtur ſomnus exhibet, ut nihil melius illius diuturnitate eſſe poſsit nec excogitari: Horũ adduco plures hac in cauſa authoritates, quoniã cũ ſint innumeræ, & neque aliud Galen. di-

cat

cat. primũ quod ſomno uel hac ſola cauſa prolixiori eſſet indulgendum. Secunda eſt totius corporis humectatio ut etiam habetur quinto de tuenda ſanitate (ca.3 in principio.) Manifeſtũ eſt aũt q̃d habítus hic ſenilís prorſus eſt, ſeu ad macilentiam reſpicias, ſeu ad humidi inutilis & crudi abũdantiam. Tertia eſt quod omnia membra per ſomnum interius uires ſuas reparãt, dico pulmo & cor, ut habetur in ſexto de uulgaribus morbis (li. 5. Com. 10. Et ideo cõcludo, ꝙ nihil ſit illi melius ſomno ꝓlixo, quem ſi non conſequatᷣ, qeſcat, & ſi poteſt dormiat donec uentriculũ liberũ ſentiat & ſenſus uegetes & caput leue. Vnum hic non poſſum pretermittere, quamuis preter ordinem, quod Galen. docebat Decimo artis curatiuæ dicens (cap. 11.) Si error uel minimus cõmittatᷣ in his qui exitiali morbo laborãt omnia is ſubuertit: Sed ſi recte & ad amuſsim omnia peragantur ſpes eſt ſanationis etiam in deploratiſsimis morbis. Quamobrem id dixi quod multi cum medicinæ ſint imperiti, ſperant eſſe quædam auxilia ad tales morbos,

quæ

quæ (etiam ſi quiſpiam nihil ſeruet eorum quæ pręcipiuntur, ſed duntaxat medicamen præſcriptum ſumat) poſsint ſanare. Quod quidem uerum eſſe non nego in his, in quibus uires ualidę ſunt, ſed ubi fuerint profligitatæ, caroq́; abſumpta, ne Aeſculapius quidem, niſi ſeruata in omnibus cum ad amuſsim regula tales ſanare poſsit. Accedit quod etiam in huiuſmodi uiris maiora etiam præſupponimus perſæpe pericula quàm ſint, ut non ſolum ualida auxilia, ſed neque mediocria audeamus experiri. Conabimur igitur reuertentes ad ſeriem ſingula ut debent & pro tempore fieri, deſcribere.

Igitur ut ad rem reuertā, ſomno nihil melius eſt illi, ut qui etiam requieſcere cerebrum faciat & reficiat ipſum, ut Galenus docebat primo de ſymptomatum cauſis (cap. 8.) Et dum bene dormit ſciat ſpem ſupereſſe ſanationis, nec propinquæ mortis ſubeſſe periculum. Hacq́; ſola cauſa q̄d ſatis bene dormit, ad hanc uſq; diem ſuperuixit. Quod ſi illum amiſerit, uel errore medici, uel culpa ſua, uel caſu

caſu, intelliget ſententiam noſtrã, quod abſit, nimis ueram fuiſſe. Igitur ut hoc de ſomno concludam, quærat ſomnum copioſum atque quietem ubi ſomnus non ſuppettit. Primum igitur quod quærendum eſt, eſt ſomnus. Neq; enim ſufficit ſcire quæ ſint neceſſaria, ſed quæ magis neceſſaria: Vt ſi contingat iacturam fieri ſciat quæ minus periculi ac detrimenti ſint allatura.

Vbi quieuerit quod ſatis eſt aut dormierit, fricetur, frictio autem cum hîc duos obtineat ſcopos: ſcilicet ut carne impleat, & ut materiam tum à capite tum a pulmone reuocet in quibus hæ duæ intentiones concordant, in his oportet ſequi regulam, ubi diſcrepanr medium tenendum eſt. Igitur ordo talis erit ut in conſilio de puero morbo comitiali laborante Galenus recitat (cap. 3.) Primum quidem crura, inde brachia, poſt pectus & uentet fricanda ſunt: Sed dum fricatur pectus tunc duo etiam ſimul fricare debenr & crura. Scio ibi Galenum docere ut à brachijs incipiamus, ſed licet laborante ſolo capite. Sed cum hic laboret pe-

ctus

ctus nequicquam ad illud deriuetur, tutius eſt à cruribus ipſis incipere poſt ad brachia inde ad pectus, ſed cum pectus fricatur fricentur ſimul & crura. Adeò ut ibi Galenus quinque ſtatuat qui hominem ſimul fricent dum caput fricatur, unus dicit caput, duo pectus & uentrem & duo crura, quæ ratio tenere debet ubi in Celſitate ſua pectus ſit fricandum. Ea ratio docet ut caput dum fricatur etiam adhibeantur cruribus ita ut frictio crurium ante omnes incipiat, & cum capitis frictione quæ ultima eſſe debet finiatur. Atque hæc de ordine. Quòd uerò pectus ſit fricandum docet Galen. quinto de tuenda ſanitate (ca. 3.) ubi uult quod mēbra debilia & infirma ſint quotidie fricanda.

Modus autem frictionis medius ſit inter omnino molle & durum, & in fine modica dura adhibeatur. Galen. hoc dicebat & cauſam eius ſexto de tuenda ſanitate (ca. 8.) Nam ex illa dura clauditur cutis, ne calor poſsit exhalare. Modus autem fricandi eſt cum cutis contraxeris ruborem. Demum inungantur oleo

Amigda-

Amigdalino dulci immixta pice, hoc enim Galenus ibi docet eſſe ultimum ad reparandas carnes in his qui gracili ſunt habitu. Pectus tamen pice & oleo nō eſt inungendum, ſed oleo amigdalino dulci. Oportet etiam maximè iuncturas inungere ne ſiccentur, cum ibi ſint ſolum membra ſicca, ſcilicet oſſa & cartilagines in ſenibus etiam docebat Galen. Quinto de tuēda ſanitate( ca.3.in princi.)oleū inunctu poſt frictionē carnes reparare.

Eſt mihi neceſſarium ſecundo ab ordine digredi, propter uehementē utilitatē rei. Et eſt altera ex cauſis qua curari non poteſt, nā ex prima inueteratus eſt morbus, corpus extenuatū, dum Celſitas tua cōfidit poſſe ſolo auxilio medicorū, nec à negocijs uacando curari: Hæc q̄d cum humids uideatur hæc affectio & tota plena humore crudo ſiccis indigere exiſtimatur, tū ratione quod ſicca humidis aduerſantur, tū quod à ſiccis uidebitur iuuari potius quam ab humidis: cū tamen Gale. ſententia in quinto de tuenda ſanitate doceat. cap.8.)ſenes qui plurimis abundant pituitoſis excrementis(qualia

hic

hic ſunt) licet uideantur à ſiccis iuuari ab initio, & illis iure ſicca conuenire, ab eis tamen ſucceſſa tēporis irreparabili damno lædi. Ideo cōſulit perpetuò humidis uti, ob id igitur cum iam de ſenibus conſtet, in morbo facile celſitas tua tum ob experimentum, tum ob falſam rationem decipi poſſet. Error enim q ab humidis prouenit paruus eſt, à ſiccis autem inemēdabilis, quod intemperies ſicca prorſus non curetur. Et ob id etiam diebus canicularibus peſsimè habet.

Ex quo colligo quod falſa cura ut quę fit per uiolentas purgationes, per abſtinentiam potus omnino, & per ſicca cibaria, uidebitur illi utilior, quàm uera, quàm nunc tractamus, à qua primum neceſſe eſt uideri prius lædi quam iuuari.

Tertium eſt (ut ad ordinem reuertar) ut facta frictione deijciat aluum, & hoc ſponte, ſi poteſt, uel ſi non poteſt, cum leui clyſteri ex mercurialis ſucco uel decocto cum blito & cum oleo roſato quandoq;, quandoq; etiam uiolato & melle uiolato ſolutino uel roſato & modico ſa-

ſalis. Deniq; ut ſit clyſter leniens & mitis, cum non ſit ſpes hanc materiam per aluum trahendi: Et alio quin acres non poſsint niſi turbare corpus, & agitare materiam, & exſiccare, quæ omnia ſunt prę ter propoſitum. Quòd autem non poſſint trahere experimentum docet Cauſa autem, ingenue fateor, mihi occulta eſt, cum in alijs etiã leuiora fecerint. Nec qs mihi obijciat q̊d ſuperius adeo clyſterea laudauerim, quia ibi ſuppoſui quòd educerẽt: cũ nõ educunt amittunt nomen & diffinitionem clyſteris. Verum beneficium alui, ut docet Galenus in libello de enematibus (Sec 1.) plurimum iuuat caput, & illud alleuiat. Et uentriculum expurgat. Et dicebat Auenzoar ad Regem ſcribens, quod lenitas alui conſeruat hominem à quibuſcunq; morbis. Et Galenus ſexto de tuenda ſanitate dicit, quod qui humorum crudorum abundantia uexantur, nullum utilius pręſidium experiri poſſunt ipſa alui deiectione. Hæc igitur ad horam uſquè octauã finientur. Quartum eſt ut bibat ℥.i. aquæ ſuæ limatiarum uſquè ad ℥ ij deſtillatæ cum radi-

ce altheæ, portulacæ foliis atq; plantagi nis, cum modico ſacchari· Et ſit aqua illa tepida & pro ientaculo. Quod ſi capiat eam etiam ante alui deiectionem nihil refert, dummodo non ante frictiones. In de pectat caput leuitet cum eburneis pe ctinibus.

Quintum eſt ut excreatur in aëre libe ro, niſi ſit omnino malus, iaculetur arcu, eat & inambulet, aliquid etiam alta uoce legat, cum ſuauitate tamen. Et ideo dice bat Galenus Quinto de tuenda ſanitate (ca.3.) Non exercitari autem imbecillas partes ſolis ſenibus perſuadeo. Sit igitur exercitatio cũ uoluptate, & ſit bene con tectus pannis ac pellibus, citra omnem grauitatem. Diebus autem pluuioſis & flatuoſis ualde exercitetur loco à uento & pluuia remoto. Poſtquam uerò die bus ſerenis fuerit exercitatus, reuertatur ſi placet cum equo. Sextum eſt ut ſingu gulis octo diebus lauetur caput lixiuio ualde calido per ſpacium octauæ partis horæ antequam exerceatur, & poſt alui deiectionem. Et ſubito ſuperfundatur a qua frigida in quantitate librarum par uarum

tiarum quinq́ꝫ, inde ſiccetur cum linteis non calidis. Nec uereat̃ illius uſum, qui quamuis non iuuiſſe uideatur uſq́ꝫ nunc ꝓpter materiæ abũdanciã, & quia inſuetus eſt lotioni capitis, attamen ſucceſſu temporis cõfirmabit cerebrum: Sed non faciat niſi ſingulis octo diebus.

Septimum, quod eſt maximi momenti, eſt ut ſingulis diebus, cũ exit è domo, deuoret grana duo maſticis, inde dum exercetur maſticet etiam alia grana ex eo, ſed eligatur recens, albus & mollis, & faciet illum expuere maximam quantitatem pituitæ: & non comedat, donec ſenſerit ſiccum uentriculum & os ipſa pituita. Et hæc eſt uera deriuatio, quia illa quæ eſt per naſum non poteſt haberi. Et licet aliquis poſſet dicere quod eſt ſuper membrum læſum: dico quod membrum læſum eſt pulmo. Et ſiquis dicat quod hæc eſt periculoſa: Reſpondeo dupliciter: primo ſicut dicebat Galenus (cap. 10.) Decimo Artis curatiuæ (illius ſententiam ad uerbum referre uolo.) Neceſſarium arbitror Thucydidis conſilium agẽtes aliquid uel periclitari. Ideò

cum errhina nihil aut parum admodum iuuent, nec uideamus quo tanta multitudo inflecti materiæ quæat, Præſtat tentare quam omnino certo exitio nihil agendo dimittere. Sed neque in hoc experimento leuis ſpes eſt, aut ullum periculum, cum poſsimus ut libet quando uolumus nos retrahere: Et abſq; iactura. Perſæpe uerò imò maiori ex parte contigit in iſtis morbis adeò contumacibus ut ſalus prouenerit unde minus iure ſperandum erat. Et ob id ſoleo omnia moderatè experiri, ut nemo à multis annis de me conqueſtus ſit, plures autem præter ſpem ſanati ſint. Propterea non omnibus datum eſt adire Corynthum. Itaq; modo maſticè, modo thure poſſet uti & glyciriza. Sed ego non amo niſi maſtichen, quod plurimam ſaliuam cōfeſtim & abſq; labore educat. Nam nihil aliud meo nomine experiri uolo.

Educta maxima quantitate ſputi, hora nona prandeat cum qua ſi ſiccum os habuerit, comedat ab initio epar pulli uel teſticulos cum gr. iiȷ. Gingiberis aut tribus. Inde comedat panem ſuum

iuri immerſum, ſed prius ius ipſum exprimat: inde bibat parum ualde ad duas untias uini albi odoriferi: Et poſt comedat de pullo aſſo uel elixo, & maſticet optime & bibat parum ualde & poteſt bibere uſquè ad quinquè uices, ita tamen ut non excedat in ſumma untias decem uini. Et ſi poteſt minus faciat. Et ualde bonum eſt in hoc caſu colluere os ipſo uino ſi nimis ſitit. Vſus autem faciet ut paruo contentus ſit potu. Nam potus fermè ex conſuetudine pendet. Et hoc eſt octauum.

Nonum eſt ut à decima hora uel ante, quàm iam pranſus erit, quieſcat ab omni negocio & deambulatione, ſedeatq́ audiens iocos, Videns ludere & muſicam. Poſt duodecimã negocijs incumbat, ita tamẽ ut ipſe nullo modo ſcribat aut moleſti quippiã audiat. Et hoc uſq; ad quartam horam.

Ab hora quarta aſcendat equum, & eat ad aërem liberum per horã, niſi tempus ſit omnino malum, & habeat ſocietatem gratam cum qua colloquatur. Et nunquam deambulet niſi ieiunus & in

mane. Reliquo tempore ſedeat & quam doq; etiam cubet ſuper lectum ueſtitus dum audis cauſas. Et, ut dixi, duabus horis ante cœnam equitet, ſed non ſe arca exerceat. Hora ſeptima non ſit extra domum quia eſt crepuſculum. Vndecimum eſt quod cœna debet eſſe ut prandium, ſed aliquanto leuior, & non fiat niſi hora ſeptima, ut ſit ſpatium horarũ ſaltem nouem uel decem. Et ut appropinquat tempus acceſsionis, cœna ſemper ſit leuior. Et uinum minori quantitate Semper autem ante cœnam ſumat cochlear mellis puriſsimi: nam ipſum aduerſatur crudidati, detergit uentriculum lenitquè pulmones. Et ſenibus maximè conuenit.

Sæpius autem cœna ſua fiat ex lacte ſolo caprillo recenter mulcto & pane. Nam uſus lactis debet eſſe ſomno ſuccedente, ut ratio docet & etiã Valeſcus de taranta & multi alij: licet quidam decepti à quadam authoritate principis (capitulo de cura hecticæ) contrariũ ſentiẽtes mnltos adduxerint in errorẽ, me reclamante. Et nunc uiuit. Reuerendiſsimus Archiepiſco-

piſcopus Mediolanenſis ſenex annnorũ lxiiij. Io. Angelius Aricimboldus, quem honoris cauſa nomino, qui duas perpetuo aluit capras, quarũ lacte multis iam ab hinc annis uſus, cũ ſit ualde macilentus, fueritq́; ſemper: cui optimorum medicorum uſus lactis eſt perſuaſus. Itaquè nihil melius eſt ad reparandum uires & carnem producendam uictu, ipſo lacte caprillo. Quinto de tuenda ſanitate (capite ſeptimo.) Melius hoc etiam eſt lac aſinæ, de quo ſuo loco dicam. Quod autem lac diutius abſq; utilitate ſumpſerit, meo iuditio, cauſa eſt, quoniam ſumebat lac & in copia, ut non poſſet concoqui ante horã cibi, unde auctis excrementis fiebat maior difficultas ſpirandi, à qua cor accẽdebatur, quo accenſo corpus ſuum extenuabatur magis in dies quam aleretur. Et præſertim quod multum dabat & abſq; ſomno uel ſi ſomnus adhibeatur, erat breuis pro quantitate lactis aſſumpti.

Poſt cœnam uigilet dimidia hora aut ad ſummum una, ita ut octaua hora uadat in lectum, uel octaua cum dimidia:

dia: Et poſsit quieſcere in lecto per horas decem. Et dormire nouen ſi poteſt. Decubitus ſit pronus & in aëre ſatis frigido, & caput laneo integumẽto leui & ſolido cooperiatur. Et in die modicus ſit ignis in cubiculo, nocte autem nullus. Et ſi ſit ex lignis erit melior.

Hæc igitur ſunt unius diei generalia præcepta communia. Reſtat ut dicam de diebus alijs primo quo ad tempora: Et ſumamus primo tempus ueris uel autumni, in quo eſt dies duodecim horarum & nox tantundem, tunc ibit cubiculum hora octaua, & ſurget ſeptima, & curabit ſe uſq; ad nonam, inde nona exibit, decima reuerſus prandebit, quieſcet uſq; ad primam à meridie, ideo bonum erit ut habeat exactiſsimum Horrologium & grande, nam omnes principes in Italia habent & etiam plura & bona. A prima hora ad tertiam negocijs operam dare uſq; ad ſextam, poſt cœnabit leuiore cœna ad ſeptimam, inde, ut dixi, hora octaua cubitum ibit.

Tempore hyemis cum dies eſt nouem horarum, ſurget nona hora, curabit

ſe

ſe uſq; ad decimam: undecima prodibit & exercebitur, duodecima prādebit, quieſcet ad ſecundam, audiet rogantes uſq; ad quintam, inde ſe recipiet: Et loco equitationis audiet legentes uel iocos, uel ludet, ita tamen ut non iraſcatur ullo modo, ludus enim conuenit exhilarādo animum, ſed ubi iraſcatur, nihil poteſt eſſe deterius. Imò dico quod omnes animi affectus lęti boni ſunt: Triſtitia & ira mala ſunt, ſed deterior eſt ira. Hora itaq; nona exacta cœnabit, decimaue, poſt horā ibit in lectum.

Pro tempore autem acceſsionis uarianda eſt ratio: & eſt ut ab acceſsione neque cibum ullum omnino ſumat neque ſurgat & perfectè dimittat finiri acceſsionem. Et hanc puto fuiſſe cauſam cur ſit afflictus multum in his acceſsionib. quia in quibuſdam ſumpſit cibum nondum peracta tota acceſsione. Nam conſtat quod ex tali cibo nocetur multum abſq; auxilio, & non ſolum nocetur pro illa acceſsione ſed pro ſequenti. Nam quod non iuuetur palam quia adeò prolongatur acceſsio & aggrauatur, ut quicquid

utilitatis habuerit ex cibo, id totum, & præter id etiam multum quo ad uires & pinguedinem & carnem, amittat. Quod uerò noceat pro acceſsione præter experimentum eſt ratio manifeſta: quia cibus ille adeò impedita natura non omnino concoquitur, & ibi manet & obſtruit & grauat & impedit reſpirationem. Eſt etiam unum aliud quod pars illius materiæ quæ deſcendit à capite etiam peruenit ad uentriculum, & omnino impedit coctionem. Quod autem impediat & augeat ſequentem acceſsionem oſtendo, quia cum natura ſit impedita, cibus ille trahente iecore propter calorem trahitur crudus, & etiam immixtus materiæ quæ ad uentriculum deſcendit, & ita impedit pro alio cibo ſuccedente & male afficit omnino. Et hæc fuit cauſa principalis qua perſuaſi uti apophlegmatiſmis. Igitur pro tota acceſsione ſufficeret modicum mellis & ius galli ueteris purum ſine aliqua additione. Et hoc propter diuerſitatem magnam quam tempus acceſsionis habet. Vellem autem ut gallus in

ib

℔.xxiiij,aquæ coqueretur uſquè ad conſumptionem nouem librarum, & etiam decem fermè abſque ſale. Peracta acceſsione fieret clyſter certa ratione ne quid uentriculo ingeratur donec quicquam ex materia morbi omnino in illo ſupereſt. Poſt accipiat uitellum oui cum granis ij. gingiberis & pane in iure infuſo pauco & colluat os uino ſolo. Poſt ſeptimam horam poterit ſumere copioſiorem cibum. Et hæc de cibo.

Quantum ad reliqua dum laborat ſedat in lecto, & in fine augmenti acceſsionis,non ante dormiat, ita reclinato capite ut ſaliua effluere poſsit. Statim etiam cum ſentit acceſsionem,euomat cibum penna in os iniecta. Nam ex hoc mirabiliter iuuabitur & præſenti auxilio. Poſt ſtatim applicentur uincula brachijs & cruribus cum loro molli, atquè teneantur per quartam horæ partem. Inde ablata iterentur. Quod ſi poſſet noctibus ſuſpectus parum aut nihil comedere in ueſperi eſſet optimum, in mane autem melius comedere.

comedere. Hæc auxilia ſunt potentiſsima, & radix maxima curæ. Morbo declinante ſomnus prolixus & longiſsimus eſt utiliſsimus. Feneſtræ quoq; maneant apertæ, & cum flabello & ſine igne penitus.

*Modus lactis aſinini ſumendi*

TEmpore autem lactis aſinini, notandum eſt quod ipſum debet aſſumi uel ualde paucum, uel multum. Si multum purgandi cauſa, & tunc non oportet ut ſuperdormiat, quia cum ſit debile medicamentum nihil purgaret, imò natura conaretur ipſum alimentum tranſmutare, & cum non poſſet laboraret in irritum. Nam ſomnus excreationes retinet, ſecundo de uictu in acutis (Cō. ult.) Si paucum, inuenio apud Auerroem ſeptimo collectaneorum, menſuram eſſe quantitatem untiæ cum quarta ab initio inde procedere ad ternas circiter untias, & ſumpſit à Galeno decimo Methodi (cap. 11.) Sed in magna quantitate proceditur ad duodecim heminas Quarto de uictu in acutis (com. 29,) Hemina untias habet octo, ut in libro de ponderib. à Gale-

à Galeno habetur. Vt tota quantitas ſit untiarum xcvi. Sed in parua licet adhibere ſomnum, imò eſt neceſſarius. Dabitur autem hora ſexta uel ubi tempeſtiuius quinta à drachmis decem ut dixi uſq; ad metam mediocrem & ut præſcripſimus ſufficiet ſomnus ad decimam uſque horam: tūc enim plane erit cōcoctus. Eſtq; ſolus hic uere modus lac dandi utiliter. Sic enim neq; grauat, neq; replet, neq; corrumpitur: refrigerat, humectat, nutrit, pulmonem lenit, & uentriculum detergit. Quod autem eo in ſpatio concoquatur aliás ex Galeno docuimus. Ab hora xi. curabitur clyſteri, frictionibus, exercitatione, & reliquis, ita ut exeat xij. panem cum teſticulis & iecore pulli comedet, uel iecur tantum & panem iuri infuſum: ita ut concoxiſſe poſsit hora ſexta uel ſeptima. Reliqua ut ſuperius dictum eſt agentur: ita tum ut duas ſolas horas negocijs impartiatur, hiſq; leuiſsimis. Conſiderandum præterea ſi ructus moueat, uel ſi liquida deijciat, quæ duo ſunt argumenta corrupti lactis. Alere præterea aſinam oportet auena & tuſsilagi

lagine ſpinoſiſq; arbuſtis, qualia ſunt roſæ & rubi ſummitates. Ipſum uero lac bibere ſtatim mulctum ſic ut in cubiculum introducatur. Aſina uero humaniſsimè tractanda, & loco aprico & patenti alenda, & concludenda ubi non frigeat.

Cum uero aſſumet deſtillatam illam aquam ex decocto Indici ligni cum prouocantibus urinam, ratio omnis uictus ea eſſe debet quæ dicta eſt: Sed modus hic ſeruandus erit. Primū oportet illum purgare non exquiſite, neque enim tuto licet ſed cum caſsia uocata, & modico hieræ ſimplicis: hoc modo gratia exempli: Recipe ſucci caſsiæ nouiter tractæ ℥. s. hieræ ſimplicis ʒ. iij. uel loco eius ſpecierum hieræ ſimplicis ʒ. i. cum ſaccharo fiat bolus; capiat ante cœnam. Prius tamen præparetur materia cum puro oximelite cum cibo & ante cibum ſumpto. Sed quia hæc eſt ephemeris, ideo dico quod prima & ſecunda die capiet in mane loco aquæ limatiarum: oxymellis. s. ʒ. i. & cum cibo cochlear unum ante cibum, poſt comedet pulpas pulli abſque iure

iure cum pane & bibet modicum uini albi odoriferi. Poſt duos dies ſumet ante cœnam caſsiam.

### *Modus capiendi aquam diſtillatam.*

IGitur mane ſequenti capiet ℥.ij. aquę illius deſtillatæ calidæ, & cooperiet ſe optimè, donec uel ſudet uel mingat. Et hoc loco aquæ limatiarum, ſed capiet hora quinta: hora autem octaua ſurget & curabitur regimine communi, & ita uſq; ad prandium. Prandium erit panis biſcoctus & pulpæ pullorum iuuenum aſſatarum & de aqua illa quantum uult. Poſtmodum ſi non multum biberit bibet hora quinta untias v. & cooperiet ſe in lecto. Et accipiet calidiſsimam quam accipit loco ſyrupi: Sed illam quam accipit loco potus cum cibo (Hora aũt ſeptima cœnabit) capiet frigidam, nihil iuris nihil alterius potus ſumet omnino, ſed erit cœna ad unguẽ ſimilis prandio. Erit pellibus contectus, toto die nihil aget niſi confabulari: Si cœperit mingere plurimũ, proculdubio ſaluus erit:

Si

Si ſudare eſt aliqua ſpes ſalutis, Si neutrum, profectò erit dura omnino cura. Singulis octo diebus purgabitur cum eodem medicamento abſq; Syrupo ullo ſeu oximelite. Credat autem qui ratione uti uult, quod hoc eſt ſupremum auxilium, niſi quod quandoque in illa aqua quæ pro ſyrupo accipitur bis in die poterit infundi radix una Apij inciſa in fruſta. Tempus mingendi eſt inter diem xx & xxiij. ita enim experimentum docet, quo ſuccedente poterit, ſi nihil aliud patitur, perſeuerare ad lx. uſq; aliter ad xl. ſaltem diem. Interim uerò utatur magis etiam quàm antea & maſtichis granis ſupra dictis & alijs apophlegmatiſſimis, quia materiam crudam multum attenuant. Dimittere autem capitis ablutionem non oportet, ſed ſuo ſtato tempore lauare cum lixiuio & frigida etiam,

Nunc ſolū reſtat ut declaremus quod uētriculo aliquid ex priore materia continente, non poterit unquam ſanari, niſi prius tota euacuetur quam quicquam edat: Dicebat enim Galenus quinto de locis: At quia coctionis opus in partibus

bus ab ore in feriorib. fieri nemo negat, neceſſe eſt hanc ipſam partem cum male diſpoſita fuerit cruditatum cauſam eſſe; Cum uidelicet uel ob inordinatam alimentorum ingeſtionem aut multitudinem aut qualitatem homo concoquere nequit. Et ruſus quinto de uſu partium: Quidam cum tribus menſibus non concoxiſſet propter pituitã multam in uentriculo congeſtam, uomitu facto ex raphanidibus, curatus eſt. Reliquum eſt ut quatuor uerbis omnia colligam: Hora igitur ſexta experectus ſi non concoxit, quieſcat: Si concoxit, fricetur totus, primo crura, inde brachia, inde pectus & uenter, inde caput, nunquã ceſſante frictione crurium molli linteo & frictione media ac ſuaui non concitata: Poſt pectus oleo amigdalino dulci inungatur: Reliquum ex oleo eodem pice addita. Poſt deijciat aluũ ſponte, uel clyſteri uel ſuppoſitorio. Et eodem tempore capiat ℥.i. aquæ ſuæ limatiarum cum ſaccharo, uel parũ ante. Inde pectat caput: Et hoc ad octauam uſq; horam uel ante etiam, inde prodeat inter ſeptimã & octauam

in aëre libro pedibus deambulando, ſa-
gitandoque, & interim ſi errhina non o-
mnino educere uideantur, maſticet ma-
ſtichem, ſputum emittendo donec ſenti
at ſiccum os, & grana duo deglutiat ſin-
gulo die, & uoce elata utatur. Domum
inde eques reuertatur Hora nona pran-
deat, ſumendo prius pulli iecur cum gra
nis duobus gingiheris, inde panem iuri
infuſum iure prius eiecto, & quaſi ex-
preſſo: Poſt alas pulli aſſati, bibendo pa-
rum & ſœpius de uino albo leuiq;. In-
de à prandio omnino ſedeat uel ſuper le
cto recumbat ad duas horas integras, &
habeat Horrologium pro hoc. Poſt per
tres horas uſq; ad quatuor ſcilicet inter
tertiam & quartã à meridie, audiat quos
placet: hora autem quarta perfecta pro-
deat bene pellibus leuibus contectus
eques ad aërem liberum: hora ſexta do-
mum redeat inter quam & ſeptimam cæ
net leuiore cœna quam prandio. Quip-
piam ſemper mellis ante cœnam lam-
bendo. Et ſæpe lacte ſolo caprillo cum
pane, nihil uini bibens Hora octaua ua-
dat dormitum, decumbat pronus. Die
modicus

modicus perpetuo è lignis interluceat ignis. Cubiculi feneſtræ à ſexta hora uſque ad duodecimam maneant apertæ, inde de claudantur. Nocte nullus ignis.

Vbi ſenſerit acceſsionem euomat, indeligentur crura & brachia, in fine augmenti dormire incipiat, ſumat mellis modicum & ius galli purum ſed non multum antequam dormiat, nec cibum ante clyſterem: Primus cibus ſit uitellum oui & modicum panis in iure infuſi, cubiculum pateat & flabellum quaſi perpetuo ut aërem frigidiſsimum poſsit inſpirate adhibeatur. Edimburgi pridie Idus Septembris anni 1552.

FINIS.

## Epiſtola Reuerendiſsimi Archiepiſcopi ad Hieron. Cardan.

GRatias tibi ago, Cardane amiciſsime, pro ſanitate mihi tua opera magna ex parte reſtituta, uiribusq; ipſis etiã auctis, imò uita quodãmodo recuperata. Omnia enim hæc cum corpuſculo ipſo tibi accepta refero, cũ à tẽpore tuorum medicamentorũ tanta arte atq; dexteritate præſcriptorũ, morbus ille adeò mihi infeſtus, & rarius & leuius multo me uexarit. Vt acceſsiones ipſę uix in duobus menſib. tametſi aliquando ſemel in menſe ſed multo mitiores inuadãt, cũ antea ſingulis octo diebus ſolerẽ acerbiſsimas experiri. Ingratitudinis uitio me inſimulari ingenuę fateor, ſi tãtũ beneficiũ non ut par eſt recognoſcerẽ. Sed epiſtolã ad te uiuam mitto, Michaelem (ut ſcis mihi è familiarib. pręcipuum, ut qui tecũ agat quæcunq; illi mandaui, ut intelligas te ipſo chariorem mihi eſſe neminẽ. Cęterũ ipſe abijt, uir omni laude dignus. Vale, ex noſtra metropolitana ſede S. Andreę, Calen. Octob. 1554.

F I N I S.

CON-

# CONSILIVM PRO ILluſtriſsimo D. Hieron. Palauicino Marchione curtis maioris, qui laborat difficultate ſpirandi, deſcriptum per Hyeronimum Cardanum Mediolanenſem medicum.

CVm in quatuor conſilijs agitatis per clariſsimos collegas noſtros multa ac uaria diſertiſsimè adducta eſſent, uiſum eſt mihi, ne quicquam memoriæ uitio dilabatur, ut quæ recitata eſſent in unum colligerem, atq; in ordinem redigerem, ſimul etiam addens quæcunq; in rem facere uiderentur. Multiplicem autem ordinem ſeruate neceſſe eſt, primũ quidem tractandorum generalem: ſecundum ut primò ea proponamus, quibus omnes conuenimus: deinde ſi quid eſt (quod tamen exiguum eſt) in quo diſſentiamus, ſubijciatur. Poſt hæc & in cura tertius ordo ſeruandus eſt inter ea quæ conueniũt ciborum, potuum medicamentorum ac tali-

um: atque in eo intermiſcetur quartus ordo, qui duo habet capita Vnum, ſcilicet à quo primum incipere debet, alterum, cui magis inſiſtere oporteat. Hinc quintus ordo exoritur, ſcilicet ut doceamus quæ cuique tempori conueniant: utpote initio curationis, proceſſui atque declinationi. Supereſt & ſextus, in quo doceamus quæ pluribus morbis conueniunt, nam pluribus morbis eum laborare certum eſt, non unico tantum omnium conſeuſu: & quæ uni tantum adhibita proſint, & quæ ualidiora, quæque imbecilliora. Vltimus ordo erit in auxilijs neceſſarijs adhibendis, ut ſciamus, ſi hæc non profuerint, ad quænam alia ſit tranſeundum: atque deinceps ex his in alia: ut demum ſciremus, ſi priora non proficerent, quæ ultimo loco eſſent adhibenda.

Conſtat autem, abſque his ordinibus uix poſſe tantam rerum congeriem utiliter tradi. Atque hos ordines difficillimum fuiſſet in ipſa conſultatione proponere, imò etiam uanum: quandoquidem adhuc difficilius fuiſſet propoſitos memo-

memoriæ commendare.

Primum igitur ſuppono diſpoſitiones, quæ in illo ſunt manifeſtę: nã ut Philoſophus ait, omnis noſtra doctrina à notioribus nobis originem ducere debet. Sunt autem notiora hæc, difficultas ſpirandi, de qua ipſe maximè conqueritur, & cuius cauſa nos omnes aduocauit: deinde flatus erumpens è uentriculo, atq; uitiata concoctio prima, quam ipſe diſpoſitionẽ manifeſtè percipit, tametſi ab illa nõ adeò ſe impediri exiſtimet. Eſt tertia diſpoſitio, inflatio uentris non leuis, ſimiliſq; hydropi, q̃ incipit ab enſiformi ſurcula, & cõtinuè auget uſq; ad umbilicũ, permanetq; etiã infra illum p duos digitos: deinde declinat pręceps, nõ more aſciticorum uerſus pectinem. Ab hac diſpoſitione quamuis lędatur non parũ, ipſe tamen ſe non lædi putat. Quarta diſpoſitio, eſt turbulentia urinę cum paucitate etiã, neq; urina claratur, tameſi ſubſidãt multo modo rubra, modo alba, modo ruffa. atq; hęc ſunt in qbus omnes cõueniunt, quæq; ſenſus ipſe oſtendit. Adeſt & quintũ, q̃d pter naturã eſt, duricies

ſcilicet ſplenis, quàm neq; ipſe curat, neque medici grauioribus intenti magnifaciunt: tametſi & ipſa difficilis ſit curationis. Conuenimus etiam intemperie membrorum principalium, cordis, cerebri & iecoris, quòd calida ſit.

De paſsiuis autem qualitatibus aliq̃d diſcrimen fuit. Erat unus qui exiſtimauit, eſſe ſiccæ temperiei, ſed uſu factam eſſe humidam ob ocium, quod non uidetur uerum: quia ex permutatione ætatis, ut habetur ſexto de Tuenda ſanitate, humida temperies poteſt fieri ſicca, non autem ſicca fieri humida in principalibus: ſecus eſt de habitu totius tertio de Cauſis pulſuum, capite ſecundo. Sed poſtquàm conueuimus, quòd nunc etiam ex illius ſententia eſt humida, ideo uelle uerba producere in hoc, eſſet potius inſectatio, quàm res utilis. Concluditur ergo, quòd temperatura cordis & iecoris omnium conſenſu eſt calida & humida, loquendo de naturali.

De cerebro autem, cum conſentiant quòd ſit calida in paſsiuis, eſt aliqua difficultas. Sed poſtquam etiam cõuenimus quòd

quòd præſens ſit ſicca, curioſi eſſet uerba plura de hoc facere, maximè quòd nullus noſtrum ponit cerebrum eſſet in cauſa alicuius horum morborũ, aut ſymptomatum, uel deſtillationis. Solum apparet paucitas ſomni tãta, ut ſit mirum: plerunq; enim ſubſiſtit intra tertiam horam, nunquam quartam complet.

Conuenit etiam inter omnes, quòd color faciei ſit bonus, & præterea habitus totius ſatis carnoſus: & quod crura iam diu tument cum pedibus, uſq; ad genu fermè, tumore molli, ſub forma anaſarcę uel œdematis. Conuenimus etiam præterea, quòd ipſe paſſus ſit magnos mœrores ac diuturnos, & diu uixerit in ocio & quòd plurimo uteretur cibo & potu, cum tamen antea aſſuetus eſſet exercitationi. Rurſus quoq;, quod natiuã habet quandam difficultatem ſpirandi, quodque eſſet aqualiculus more matris ſuę: & quod iam tredecim uel quatuordecim annis elapſis magnam effuderit ſanguinis quantitatem ex ore: quoq; ueriſimile eſt eum ſanguinem profluxiſſe potius è capite, quàm è pectore, poſtquam tã per

fectè ſanatus eſt, remanſitq́; omninò ſine tuſsi. Conſtat etiã, quod hæc difficultas ſpirandi incepit circiter uiginti abhinc menſib. augeri uehementer, & q̄d licet melius ſe habeat excuſſo flatu per eructationes, & dum ieiunus eſt, tamen nunquam adeò liber eſt, ut poſsit facile ſupinus decumbere: uel quòd redeat ad priorem ſtatum, in quo erat iam duobus annis elapſis. Omnes etiam fatẽtur, pulmonem, uentriculum, & ſplenem, & iecur magis eſſe imbecillia. Hæc ſunt, in quibus conuenimus omnes.

Vt uerò ſingula diligentius exquiramus, ſciendũ eſt, quod omnes reſpirationis difficultates ad tres differentias reducuntur, aut inſtrumẽti, & ſic fit magna & parua: aut motus, & ſic uelox & tarda: aut quietis, & ſic denſa & rara. Manifeſtum eſt autem, quod uelox & tarda dupliciter dicuntur, & de inſpiratione & de expiratione: ſicut & rara & denſa de duplici quiete, ſcilicet ea quæ ſequitur inſpirationem & expirationem.

Magnitudo quoq́; & paruitas etiam dupliciter dici poſſunt. & dupliciter eſ-

ſe: uelut ſi nimis extendatur, aut nimis maneat extenſum membrum reſpirationis, atq; ita de contractione. Fient ergo ſimplices & duplices & multiplices, maximeq; compoſitæ octo modis: uelut ſi quis dicat magnam inſpirationem, bifariamq; & uelocem & raram: expirationem autem magnam, & bifariã denſam & tardam, exempli gratia.

Hoc igitur genus reſpirationis haud magnũ eſt, neq; denſum atq; magis in inſpiratione quàm expiratione laborat, uelut eleganter animaduerſum eſt ab uno ex collegis noſtris, cum tamen diu non poſsit ſubſiſtere ſupinus, uidetur quod ſit denſior quàm oporteat. Impedimentum ergo eſt magis in quiete quàm in motu: quanquam & in motu adſit, & in motu magis quàm in inſtrumento. Vnde conſtat, hoc impedimentum contingere ex parua attractione aëris, propter anguſtiam meatus, quæ multipliciter poteſt contingere: aut per impedimentum, quod ſit in ipſo primo inſtrumento, quod eſt pulmo: aut per conſenſum, qui quidem non poteſt eſſe niſi

niſi in functione ipſins ſepti tranſuerſi. & hoc duplici modo: aut propter facultatem, in ipſo uitiatam, quod non credo, quia nulla eſt cauſa præcedēs, quæ iſtud decernat.

Omnes autem concordant, quòd ex grauitate iecoris & lienis & flatu. Sed iſta non ſufficiunt, cum uitium non ſit neque in inſtrumēto principali, neq; in primo per eſſentiam: ergo non eſſet continuus hic morbus.

Cum uerò concludatur, quòd ſit continuus etiam, quoad magnitudinem exceſſus, ſequitur quod ſit per eſſentiam etiam in altero illorum. Sed non eſt in principali, ergo in primo inſtrumēto, id eſt, pulmone: & hinc uel eſt mala qualitas, uel cōpoſitio, nam de ſolutione continui non creditur.

Et ſi eſt compoſitio, eſt in figura, & ea quæ impedit tranſitum aëris: quare in arteria uenali, quia in aſpera arteria faceret tuſsim: & in uena arteriali, cum ſit plena ſanguine, non poſſet eſſe per eſſentiam. Neq; poteſt eſſe materia, quia tā longo tempore uel indureſciſſet, uel fuiſſet expulſa:

expulſa: necꝫ poteſt eſſe grando, quia grando non generatur, niſi in aſpera arteria: non in uena arteriali, cum ſit piena ſanguine tenui & ſpiritu. Relinquitur igitur tandem, ut uel ſint tubercula iuxta arteriam uenalem, uel craſsicies in ſubſtantia pulmonis, propter quam comprimatur arteria uenalis, uel ſiccitas in pulmone.

Ex his tribus uerſimilius eſt, quod ſit craſsicies & duricies, quoniam non uidentur præceſiſſe cauſæ tuberculorum: neque tantæ, ſiccitatis, quia ſenes etiam decrepiti, quamuis habeant ſiccisſimum pulmonem, tamen non laborant dificultate ſpirandi. Eſt etiam alia ratio, quia uidemus duriciem in ſplene, & ſuſpicio eſt etiam de iecore: & certum eſt, quod iecur generat ſanguinem inæqualem, ſcilicet atrum & ſeroſum, ſicut apparet in urina, & ideo concludo, quod cauſa huius difficultatis ſpirandi eſt duricies in pulmone, cuius indicio eſt etiam, quod ipſe non poteſt decumbere ſupinus: quia partes pulmonis cum ſint graues, non poſſuut facilè leuari in illo ſitu, & ideo licet

hoc

hoc ſignum ſit generale in omnibus difficultatibus ſpirandi, tamen in hac maximè uiget.

Quod ſecundam diſpoſitionem, quæ eſt flatus, omnes concordant adeſſe flatum: & illum eſſe cauſam difficultatis ſpirandi. Sed quidam uolunt eſſe in uentriculo, & in inteſtinis tantum: plures concedunt, quòd ſit inter peritoneum & omentum, & etiam in uentriculo & inteſtinis: & hæc fuit communis opinio. Ego uerò cenſebam, etiam eſſe ſpiritum inter capſulam cordis, & ſeptum tranſuerſum ac pleuram, & quod ille eſſet cauſa difficultatis ſpirandi in ipſo pulmone, comprimendo illum.

Quod autem ſit iſte ſpiritus inter omentum & peritoneum poteſt, declarari ex his quæ dicemus in tertio ſymptomate. Sed quod non ſit cauſa dificultatis ſpirandi, neque hic neque ille qui eſt in uentriculo, apparet luce clarius. Nam multi laborantes dolore uentriculi ex flatu, & etiam alij ex tympanite perfecta, non tamen laborant difficultate ſpirandi, de qua curandum ſit: ergo multo minus

nus hic qui neque laborat tympanite ex acta, neq; tanto flatu, ut uentriculus doleat. Et quia dicunt, quod ab eructatione iuuatur: ideo accipiunt concauſam pro cauſa.

Nam flatus ille eſt cauſa augmenti difficultatis ſpirandi, non autem cauſa difficultatis ſpirandi. Et eſt, ac ſi quis diceret, quod phlegmon in digito eſt cauſa pulſationis, cum ſit arteria, & phlegmon ſit ſolum cauſa ſenſus pulſationis.

Quod ad tertium, dico quod eſt tympaniticus, nõ tamen confirmatus, & hoc declaro, quia eſt tumor uentris: ergo uel ab aqua, uel à flatu, uel à pinguedine, ſed cum creſcat ac decreſcat celeriter, neceſſario eſt à flatu. Quod autem iſte flatus ſit inter omentum & peritoneum, apparet, quia ſi eſſet concluſus in inteſtinis aut uentriculo, faceret dolorem: et ſi non eſſet cõcluſus, faceret murmur. Sed neutrum facit, igitur continetur inter omentum & peritoneum.

Quidam oppoſuerunt dictum Auicennæ, quum dixit: Et quum uenter percutitur manu, auditur ex eo ſonitus utris

utris inflati, non autem aqua pleni. Dico quod diſtinguit inter genera hydropis, non autem ponit tanquam ſignum proprium: imo dicit in eodem capite, loquens de ea: Sed quandoq; eſt tenſio, ergo non uult quod adſit ſemper. Et Aetius libro decimo, capite uiceſimo: In principio inflammatio ſola eſſe uidetur, poſtea tamen flatus inſpiſſatur. ideo cũ non fuerit tenſio, nec erit ſonus, ut iſti credunt.

Adducuntur tria alia in oppoſitum, ſcilicet bonitas coloris, carentia ſitis, & diuturnitas morbi, cum etiam ſenſu percipiatur cute correpta craſsicies illius, & pinguedo. Reſponſum fuit per unũ ex collegis optimè, quod mirum uidetur, quod inter curas & ſummos mœrores ex macilento, ut fatentur, factus ſit adeo obœſus. Et quod tumor crurum cum ſit morboſus manifeſtè, non declarat bonũ habitum in uentre. Ad reliqua diximus omnes, quod ſunt ſigna intercutis confirmatæ.

Quantum ad quartum, & eſt urinæ turbulentia ſupra dicta, de qua omnes

uno ore cenſent, quod ſit ex imbecillitate iecoris, & illam ſignificet. Ego fateor, quod adſit imbecillitas iecoris omnino, & reliqua, ſcilicet uitium in compoſitione, obſtructio & duricies: non tamen concedam unquam, quod iſta turbulentia proueniat ex imbecillitate. Tum primo, quod imbecillitas iecoris facit urinas aquoſas, & non turbulentas: tum etiam, qui uidemus multos cum ſumma imbecillitate iecoris, & cũ hydrope confirmata, qui tamen non habent urinam turbulentam.

Alij dixerunt, quod ſit turbulenta propter excrementa undequaq;, & ex toto corpore aduenientia: ſed & hoc ſuſpectum eſt, quoniam illa excrementa ſepararẽtur, & reſiderent in fundo tota, quod falſum eſt. Quidam dixerunt, quod eſt ulcus & ſanies, è iecore profluens, ſed & hoc dubium eſt, cum non appareant ſigna reliqua ulcerum, & maximè dolor.

Dico autem compendioſe, qnod turbulẽtia urinæ ſit propter materiam, quæ eſt pinguedo, ſicut aliàs declaraui: &

quia illa pinguedo non poteſt ſeparari uel propter imbecillitatem caloris, ut in hyeme: quæ tamen non adeſt ut dixi, uel propter uehementem permixtionem, ſicut uidemus in decoctis, quæ fiunt turbulenta, ſed ſi parum ſint cocta, cito clareſcunt: ſin autem diu, tarde: etſi adhuc diutius, nunquam. Dico ergo, quod hæc urina turbulenta ſignificat multum liquamen, diu concoctum cum ipſa urina propter impedimentum obſtructionum, & imbecillitatem caloris naturalis & magnitudine præter naturalis caloris: & propter hoc ſequitur, quod ſplen ſit purum, quia ſi urina non poteſt ſeparari, quæ eſt res aquea, multo minus fiet ſeparatio in ſanguine. Ex quo ſequitur, quod ipſe ſit paratus ad ſcirrhos, & in pulmone, & in iecore, & in omnib. membris, & cauſa difficultatis ſpirandi inde proueniant & notæ ſint. Hinc etiam coniectari licet, undenam proueniat tumor ille in cruribus, qui quidem eſt ex genere anaſarcę. dicebat enim Hippocrates in primo Prognoſticorum: Quibuſcunque ab epate aquæ inter cutem oriuntur

his

his tuſſes tuſsiendiq́ promptitudo accedit, & nihil memorabile expuunt, & pedes tument, & uenter non egerit, niſi dura & coactus: & circa aluum fiunt tumores, aliqui in dextra, aliqui in ſiniſtra parte tum conſiſtentes tum conſidentes. Manifeſtum eſt igitur pedum tumorem tum etiam crurum, eſſe ex genere anaſarcæ, & non ueri ædematis. Sed quia curatio illius pendet ex curatione tympanitidis, ideo non longius proferam ſermonem.

Vtrum uerò dicatur aſciticus? dico q̃d ſub uno ſenſu non dicitur uerò aſciticus id eſt, quod plurima aqua collecta ſit uẽtre duobus autem alijs modis aſciticus dici poteſt, ſcilicet quod aquæ pars eſt in uentre; alio modo etiam dicitur aſciticus in ſenſu aquæ intercutis, quia aqua continetur inter cutim & peritoneum, principalior tamen morbus eſt tympanites.

His diligenter conſyderatis, deuenio ad prognoſticũ: & dico q̃d hic morbus non poteſt breui ſanari, quoniam eſt cõpoſitus ex pluribus. Secundo, quia ſunt

morbi londi in ætate ſenili. Tertio quia eſt quaſi connatus illi. Addo quartam, quod ipſe patiẽs non conatur morbum propellere exercitationibus alijſque rationibus, quibus tales morbi diminuuntur.

Nam quod ad primum attinet, multi atq; uarij difficilius propelluntur quam ſimplices: atq; etiam eo magis, quod cõtrarij ſint temperaturæ, iuxta illud Hippocratis: In morbis minus pericl tantur ægrotantes, quorum naturæ aut con ue tudini, & cætera. Quod ad ſecũdum ſpectat, dicebat Hippocrates: Morbi longi in ſenibus plerunq; illos comitantur ad mortem. Quod ad tertium attinet manifeſtum eſt quod raro hi qui ſunt læſi, maligno affectu in membro principali uel neceſſario poteſt diu uiuere, & à difficillimis morbis euadere. Maius autem periculum imminet ex ſuppreſsione urinę: nam ſtatim ut ad illam perueniret, uenter intumeſceret, ſpiritusq; deficeret, atque ita breui periret.

Eſt autem paratus ad hanc ſuppreſsionem multis de cauſis: prima, quoniam urina

urina eſt craſſa & turbulenta, quæ facilè intercipi poteſt. Secunda, quia adſunt obſtructiones magnæ, & duricies in uiſceribus, quæq́ calorem naturalem obtundendo tum comprimendo mole ſua urinam facilè ſupprimere poſſunt. Tertia eſt flatus, qui ſimiliter & comprimendo, & refrigerando impedimentum urinę afferrę poteſt. Omne enim elementũ, (ut alias dixi) frigidum eſt, quamuis id Ariſtot. & Galenus negent. Quod ſi demonſtrationib. a nobis allatis quiſquam pertinacius repugnet, diſcat ſaltem experimento ita eſſe: atq; hoc periculũ ex ordine morbi atq; naturę, etiã ſi omnia ritè peragantur, contingere.

Secũdum periculum eſt, defluxio materiæ à capite, ex qua poſſet facile ſuffocari. Sed ad hoc ut minus procliuis, eo magis tamẽ in illud facilis lapſus, & nulla redemptio. Propterea caueat pro hoc Veneris uſum immodicum, cõiunctum cum nimio potu, aut iter in Sole ardenti, ex quo poſſent colliquari contenta in cerebro uiolenter, atq; ita ſuffocari. Tertium periculum eſt, ne incidat in febrem

aliquã malignã ex magnis curis, ad quas procliuis eſt, ex metu uitæ filiarum. Ab omnibus tamen his ſpero tutus erit diligenti obſeruatione.

Dico ſecundo, quod cura iſta perficietur ſatis bene, propter quatuor gradus, qui ſunt in ea, cum quibus tanquam per ſcalam aſcendendo perueniet ad ſperatam ſanitatem. Ex quo manifeſtum eſt, quod oportet ipſum diligenter, quæcunque pertinent ad ſex res non naturales, obſeruare: quia illæ ſunt magis neceſſariæ Tertio dico, quod hæc cura neceſſario erit prolixa, & hoc propter quatuor cauſas, prima eſt, morborum magnitudo & prolixitas: ſecunda, eſt multitudo eorum tertia, eſt nobilitas ſubiecti, quæ facit ut debeamus abſtinere ab omnibus medicamentis ualidis atque potentibus, iuxta illud quod dicebat Galenus in libro de prædictione ad Poſthumum: In principibus non debemus uti medicamentis potentibus, neque ullo modo ſuſpectis. Quarta cauſa, eſt aſcenſus per gradus, de quo dicam ſuo loco. Poſſet & addi quinta, ſcilicet quod ipſe non obſer

ua-

uabit cuncta, quæ ei præcipientur, ita ad unguem, ut deberet. Ex quibus concludo, quod iſta cura non perficietur hoc anno, ſed in duobus annis tantum, aut etiam tribus.

Nam & ſi curaret magna ex parte: ita quod in æſtate uideretur ſibi ſanus, & eo magis etiam in autumno, & maximè in fine: tamen hyeme reuertet̃ morbus, licet non adeo ſæuus, ſicut fuerat antea, nihilominus maxima cura erit circa præſeruationem, ne labatur in deterius, non ut poſsit perfici ſanatio.

Secunda pars prædictionis eſt, quod diuerſis temporibus ualde diuerſam ſubibit conditionem, primum ex ratione partium anni: nam uere mediocriter ſe habebit. deinde melius iuxta finẽ ueris & per totam ęſtatem & dimidiũ autũni poſt deterius & maximè ui ꝓfunda hyeme & φυταλια. Itẽ in temporib. pluuioſis ac uentoſis, maximè borealibus: deinde auſtrinis deterius quam ſereno cœlo: aut Euris uel Zephyris ſpirantibus.

Et deterius etiã nocte quam die, & in die: ueſperi, quam mane: & poſt cibum,

quàm ante cibum peius ſemper. Et hoc generaliter, quia aliquando regulæ hæ fallunt. Et hæc non ſolum conferunt ad prædictionem, ſed etiam ad curationem quia periculoſioribus temporibus oportebit cautius agere, & diligentius præcauere: ſicut etiam in acceſsionibus, ac reliquis.

Ad prognoſticum etiam pertinet ſcire, quoniam quantum flatus diſcutietur tantum etiam decedet ex difficultate ſpirandi: & quod tumor ille uentris modo deſcendet in ſcrotum, modo etiam uſque ad pedes & crura, & quod propulſata materia tumorem ingentem in illis excitare poſsit. Quod ſi contingeret, periculoſum eſſet: ſecus de tumore ſcroti. Eſt igitur periculum de incremento ipſius anaſarcæ. Illud etiam eſt conſideratione dignum, quòd genera hęc hydropum inuicem commitantur & augentur: & una aliam fouet, & ſimiliter, propter dictũ Auicennæ. Et quandoque materia, quæ eſt in pulmone, tanſmutatur ad iecur, & facit hydropem Hæc igitur omnia diligenter ſunt animaduertenda: & quod cum

cum corpus impurum ſit, erit etiam paratum heryſipetalibus & par phagedenis & ulceribus malis, & ſcabiei. Nā ſcabies & pſora fiunt ex humore ſeroſo corrupto. Et ſi contingerent ulcera in cruribus, facile euaderent in prauitatem magnam, & difficillimé ſanarentur.

His expeditis deuenio ad curam, quæ iuxta ſcopos triplex eſſe debet: præſeruatiua, ſanatiua, & ſymptomatis curatiua. Hic enim morbus expoſtulat hanc tertiam partem, ſicut etiam docuit Auicenna decima tertij: & unumquodque horum perficitur tribus auxilijs, uictus ratione, medicamento, & manuum operatione. Rurſus in his ſcopos ſcire oporter, cuius nam ordinis ſint primi, ſecundi, tertij, quarti, ac ſic deinceps.

Primus ergo ſcopus eſt, dilatare uias anhelitus, & ſiccare atque extenuare uentrem. Atq; hic eſt primus ſcopus in intentione. Secundus ſcopus eſt, ut materia impediens, quæ coniuncta eſt, & dicitur flatus, & craſsior humor, tum caro in pulmone diſcutiantur. Vt uero hoc fiat, tertius ſcopus inſurgit auferendæ ma

læ intemperiei, iecoris, pulmonis, uentri culi & lienis. Ex quo habetur quartus ſcopus, ut auferantur duricies, quæ ſunt in liene & iecore, atque obſtructiones. Quintus ſcopus, ut materiæ antecedentes euacuentur, & ut non amplius generentur. ſed ut euacuentur, inſurgit Sextus ſcopus, ut præparentur. Præparatio in quatuor conſiſtit: ut craſſa attenuētur lenta diuidantur, aperiantur obſtructiones, & ut aluus facilè fluat. Intentio uerò prohibendi generationē materię antecedentis, eſt duplex, ſcilicet ut dentur cibi excrementis carentes, & ut bene concoquantur. Ab iſta igitur ſexta intentione curatiua operando inchoare oportet, ut perueniamus ad primā. Et hoc ſeruatis tribus illis conditionibus, quas Galen. in Arte curatiua refert. ut citiſsimè ſcilicet ſalutem, quam fieri poteſt, adipiſcatur, ut perfectiſsimè, & ut abſq; periculo ullo uel noxa.

Et quia, ut dicebat Galenus libro de Attenuāte uictu morbi diuturni plus ratione uictus, quàm à medicamentis iuuantur. Eſt autem animaduertēdum, ut con

cõſuetudines malæ ſenſim immutentur aliter nimis læderetur. Vt ergo ab animi affectibus incipiamus: nam conſtat animi affectus nõ minus mutare corpus noſtrum, quam labores atq; reliqua. Igitur lætitia & ſpes, ſalutis optima ſunt: uitare autem triſtitiam, iramq́; oportet. At id magis à cibo, & hora ſomni, in qua omnes cogitationes, etiam ſi triſtes nõ ſint, multum lædunt.

Quod ad ſomnum attinet, cũ teſte Hippocrate, ſomnus coctiones iuuet manifeſtum eſt, quod quanto plus indulſerit ſomno, tanto illi melius erit. Et quod debet eſſe iuxta Hippocratem in loco obſcuro, in conclaui frigidiore, bene contecto corpore pannis, in cubiculo reſpiciente orientẽ ſicco, inter duo ſolaria: in hyeme ignis alatur: in uere & autũno ſol ingrediens locum illuſtret: in æſtate ſit perflatus à uẽtis: & ſi nõ poteſt dormire, decumbat ſaltem ſemper in lecto, uſq; ad decimam horam ab initio decubitus. De ſitu nihil dicã, quia oportet ut decũbat ut poteſt: et ſi nimia premat̃ uigilia, inungant̃ pulſus ex oleo nenupharino: ſi nõ

ſuffi-

ſufficit,unguento populeon. Vngatur etiam regio cordis: tutiores etiã in hoc ſunt pillulæ noſtræ.

Recipe ſtyracis calamitæ optimæ olentis ʒ. i. fiant pillulæ quatuor cum uino mombaſio nel uinaciola dulci:& de his capiat unam ſingulo ueſpere poſt cœnam per unam horam. Aliud noſtrũ expertum, & eſt ultimum, exhilarans animam,& eſt abſq; cuſtodia.

Recipe ſacchari nenuphari ſeu ex nymphæ floribus ℥.ij.ſyrupi de pomis ℥s.moſchi electi grana v. Miſce bene, capiat poſt cœnam. Poſſunt etiam fieri ſtillicidia & odores, ſomnum conciliantes,& otalgia,& errhina. Sed hæc minus probantur.Animaduertere etiam decet, q̊d iuxta ſomni longitudinem oportet metiri etiam ciborum quantitatem;utſi paucus ſit ſomnus, modico etiam utatur cibo:ſin autem longus,uberiore & magis nutriente,uelut carnibus & ouis. Super omnia autem caueat ne tempore ſomni de triſtibus cogitet. Sed ſolum iucunda ſibi proponat: uiridaria, prata, uenationes. Motus etiam menſurare decet iuxta

ta ſomni prolixitatem: nã ubi bene dormierit, optimè ſe exerceat: ubi malè, penitus non ſe exerceat, ſed ſolis frictionibus & equitatione ſit contentus: & dormiat capite elato, & pectore, uentre autem imo depreſſo, & cruribus.

Cum uerò in motuum mentionẽ incidimus, par eſt ut de illis nunc agamus. Motuum igitur ratio à quantitate, qualitate ac tempore ſumenda eſt. Quod ad tẽpus attinet, dicebat Galenus in libro primo de cibis boni & mali ſucci: Exercitatio ut ante cibum optima eſt, ita à cibo peſsima: & ideo cauendum eſt diligentiſsimè, ut à cibo aſſumpto omnino quieſcat: quod ſi deliquerit in hoc, maximo incommodo afficietur, oportet autem quieſcere à cibo ſeptem horis. Animaduertat etiam, quod licet ab exercitatione uideatur cibus è uẽtriculo deſcẽdere, ipſeq́; leuius ſe habere, atq; facilius ſpirare non tamen in hoc commodo confidat, quia ſucceſſu temporis res in deterius labetur, ſentietq́; detrimenta falſæ ſperatæ utilitatis: pœnitebitq́; ac conqueretur ſe deceptum. Ex hoc etiam patet ratio cuiuſdam

uidam, problematis, ſcilicet cur uideatur cibum concoquere melius de die quàm in nocte, cum hucuſque nox fuerit die longior, & ſomnus ſoleat coctiones adiuuare, & etiam tenebræ: Ratio eſt, quia in die propter ſitum cibus deſcendit è uentriculo: in nocte uerò cum decumbat, non poteſt deſcendere. ex quo colligo aliud multum neceſſarium ad curam & prognoſticum, ſcilicet quod nunquam bene concoquit. Non de die, quia prius deſcendit cibus, antequam ſit concoctus: non de nocte, quia illum percipit in uentriculo mane, atque ita nunquam. Ex quibus ſequitur aliud ſcilicet quod morbus hic in deterius labitur in dies, licet uideatur melius ſe habere. Patet, quia concoctio prima eſt uitiata, & ideo ſecunda & tertia: ergo corpus quotidie magis grauatur cruditatibus: ergo labitur in deterius, niſi quantum ex euacuationibus adiuuatur, ſed illæ debilitant uires: ergo unica ſpes in uirtute uitali. Quæ quomodo labentibus alijs eas poſsit reſtituere, nõ eſt præſentis negotij ut oſtendam, ſatis con-

conſtat id fieri poſſe. Ex hoc ſequitur unum aliud, ualde neceſſarium ſcitu, & eſt quod tunc melius ſe habebit, quando ueſperi ſentiet ſe non concoxiſſe, & ſimiliter mane: quia tunc uirtus retentrix incipiet confirmari. Poſtmodum melius ſe habebit, cũ mane ſentiet ſe concoxiſſe, ueſperi aũt non. Rurſus optimè, cum mane & ueſperi ſentiet ſe bene concoxiſſe Scio quędam hic poſſe uellicari ꝓpter imperitiam quorundã: ſed qui recte quæ ſcripſimus percipiet, de hoc ordine in melius procedẽdi non dubitabit. Ex hoc etiam aliud ualde utile ſequitur, quod ad curã attinet: de quo inferius dicã. Quod ad qualitatẽ exercitationis attinet, dico ꝙ deambulatio nõ exercitiũ in uia Galeni, tamẽ eſt res omnibus utilis: ipſi uerò non ſolum utilis, ſed etiam neceſſaria, & ex hoc genere eſt frictio Cum ergo expergiſcitur, decet ſurgere & deambulare parum ex quo aluus mouebitur: deinde reuerti in lectum, & fricari atque inungi, & poſtmodum indui. Ex quo ordine duplex commodum conſequetur: unum certũ, & erit quod frictio

fiet

fiet poſt exonerationem alui, quod eſt iuſtum & utile: ſecundum erit minus certum, ſed ſi ſequatur, erit utiliſsimum, ſcilicet ſi denuò, poſtquam ſurrexit, aluus ſoluatur. Secundum genus exercitationis eſt equitatio, quę debet exerceri, poſtquam inambulauerit, quantum ſatis eſt in mane. Veſperi quoq; uitando ſemper utrunq; crepuſculum, ut inferius dicemus. Quantitas uerò exercitij, ut ab Hippocrate decernitur, generaliter in uno quoque auxilio eſt conueniens toleranтia. Alia genera exercitiorum ab his tribus neq; laudo, neq; ipſe ferre poterit. Laudari ſolet aſcenſus per accliuia, ſed ipſe neq; hoc ferret.

Illud non omittendum eſt omnino, pertinetq; ad motus & quietis rationē, quòd nō decumbat pronus, ut ſolet, ſed ſedeat. Cum enim ſedendo, non ſolum ſtando urgeatur difficultate ſpirādi, pronus perpetuo manet, tabulæ aut cathedræ incumbens: quo ſitu nihil eſt deterius dimoto uentriculo è ſua ſede, ita ut non quieſcat ſuper inteſtina ſed ſuſpenſus maneat, hoc autem cum peſsimum

ſemper

ſemper ſit, deterius tamen etiam à cibo: tunc enim ſoluitur ipſa uentriculi ſubſtantia, & fit laxitas texturæ in uentriculo, quę parit ſummam imbecillitatem, & cui non eſt remedium, iuxta ſententiam Principis.

Crepuſculi memoria me ad tractandum de aẽre inuitauit. Vitare ergo debet aẽrem nocturnum, tanquam peſtem & ambo crepuſcula: item pluuias omnes, ſolem & aẽrem nubiloſum, & uentos ualidos, Poterit tamen aura flante leniſe exercere, ac ſerenis temporibus: ubi uerò prædicta obſtent, in cõclauibus lõgis ſe exerceat, tutus à uento & frigore. Et ubi periculum ſit in utroque maius eſt in frigore quàm in calore: & ſi lædatur à calore, ubi calor ceſſauerit, ceſſabit & noxa, non ſic in frigore: quia ut rectè dicebat Auicenna, frigus eſt inimiciſsimum pulmoni. Cubiculum etiam debet eſſe purum, mundum, expoſitum orienti, & debet uerri quotidie & quia quæſitũ eſt, an aẽr natiuus ſit illi ſalutaris, reſpondeo quod ſit cæteris paribus.

Sed ſi ſit aẽr in colle ſaluberrimus, mi-

nimè humidus, & ubi homines diutius uiuant, & naſcãtur pomiferę arbores, & mulieres ſint abſq; gulæ tumore, & pueri floridi coloris, & uictimæ candido adipe & rubicunda carne & pulmone, & abſq; lapillis, hic aër multum ei prodeſſet: nam in difficultatibus ſpirandi & cęteris morbis pulmonis nihil plus facit quã aëris qualitas, ſeu bona ſeu mala ad iuuãdum nocendumúe. Hoc aũt unum ſcire expedit, q̃d oportet diligentiſsimè caueat frigus poſt calorẽ eſt em̃ imortale. Itẽ ſolẽ ſuper caput: nã ut aër frigidus eſt inimiciſsimus pulmoni, ita ſol capiti.

Quantum ad quintam intentionem, quæ eſt euacuatio & repletio, dictũ eſt, quod oportet habere beneficium uẽtris: quod ſi non habeatur, fiant clyſteria, & clyſteria quidem mollia non operantur, & nimis acria excitãt corpus: & ideo impediunt in poſterum beneficium uẽtris. Oportet etiam ut reſoluant flatum: reſoluentia flatũ ſunt ſicca, & ſicca aſtringunt aluum. Præterea clyſteria repellunt flatũ ſuprà, & maximè ſi ſunt flatuoſa, ergo uſus eorum non eſt multũ ad propoſitum

niſi

niſi ſint ualde neceſſaria aut ualde utilia, aut ualde bene præparata. Deſcribã autem duas formas eorum, & ſimiliter duo genera ſuppoſitoriorũ. Prima deſcriptio

Recipe chamemeli m̃. ij furfuris m̃. i. ſeminum cari & libiſtici añ. ʒ. i aquę lb. ij coquantur ad conſumptionem duarum tertiarum: inde colentur & in colatura addantur ſalis conmunis ʒ. i. ſalis nitri ʒ. ß. olei anethini ℥. iij. hieræ picræ ſexdecim ℥. s. miſce: fiat clyſter. Aliud. R. olei uiolati ℥. iij. ſaponis teneri ℥. s. oximelis ſimplicis ℥. ij. caſsiæ fiſtulæ ʒ vi urinæ infantis quantũ ſufficit: miſce, fiat clyſter. Suppoſitoria hoc modo.

Recipe cumini & ruthæ añ. ʒ i. mellis uiolati cocti & deſpumati ℥. ij. ſalis nitri ʒ s fiant ſuppoſitoria. Aliud

Recipe radices iridis, & coquantur in oleo uiolaceo: & poſt modum ſiccentur parum, & fiant ſuppoſitoria Per os quoque difficile eſt purgare quoniam quæ purgant, uentriculo plerunq; nocẽt. Medicamentum tamen optimum eſt.

Recipe terebenthinæ orientalis lotæ cũ uino albo ſepties ʒ. ij. uini è paſſa uua,

ſeu potius ſucci ℥.i. miſce, capiat per tres horas ante cibum. Aliud.

Recipe aloes ℥.iiij. lauetur ter in uino paſſulato, inde capiat ʒ.s. pro uice ante cibum. Non ſolum autem ſufficit uentrem ſoluere, ſed etiam urinas mouere neceſſarium eſt, eiuſmodi autē ſunt quæ è fœniculo ſunt, aut ſimilibus, & bene olēt, ut crithmon & ſandix: ſed crithmon eſt ſatis cognitum, ſandix non ita. Crithmon autem prolicit urinam, harum quoque cum oleo optimum eſt in omnibus cibis aluum ſubducens, appetitum excitans, & uentriculum confirmans. A coitu abſtinere debet, quantum fieri poteſt. Oportet etiam ut antequam comedat, excernat flatum, mandendo thus clarū, aut Zaduram, aut antheram, aut aniſum uel libiſticum, & eructando: ſic ut ſingulo mane excernat feces & urinam & flatum.

Cibūs uerò & potus duo ſunt: trifariam aut diſtinguūtur ſinguli, ſimplices & medicinales, & medicinæ cibis ſimiles. Quæ ut minus nutriunt, ita ſunt utiliores. Huiuſmodi gratia exempli eſt cre

tanus

tanus marinus ad diſcutiendos flatus, & proliciendam urinam, & excitandum appetitum cibi. Conſideranda autem ſunt ſex in cibis, qualitas, quātitas, numerus, tempus, ordo & præparatio. Cibi maximè uentriculo conferentes, ſunt cereſolium, quod ſimile eſt cicutæ: ſed bene olet, ſandix, abſinthium & mēta rubra anguſto folio. Sed abſinthium propter amaritudinem uix poteſt edi. Propterea tritum & decoctum cum paſſulis & uitellis ouorum edi debet. Generaliter autem omnia quæ ſunt boni odoris & ſaporis, ſunt amica uentriculo. Et maximē ſi ſint aſtringentia, uelut eſt macer, quod uocaut macim uulgares: & aſtringentia maximē conueniunt in fine cibi, ſicut & calefacientia ante cibum. Vt ergo de ſingulis dicamus, ſciendum eſt, quod ſex ſunt differentiæ ciborū, prima eſt, ut ſint boni alimenti, aut mali, circa hoc dicebat Galenus tertio de Alimentis: Cibi mali ſucci ſunt, qui nutrimentum dant nimis tenue, aut nimis craſſum. Verum ſic intelligendus eſt ut non ſufficiat quod ſit nimis craſſum aut tenue: ſed oportet ut

ſit quia non ſit concoctum à Sole, & ideo multa ſunt craſsi alimenti admodũ: tamen ſunt boni alimenti, quoniã concocta, uelut caro porcina. Quia tamen concordamus in re, dico quod propter hoc excludũt omnia olera & omnes radices: quia olera omnia generant alimentũ ſeroſum. & omnes radices alimentũ craſſum, ergo nullum olus nullaq́ radix conuenit. Et ſi quis dicat, quod nuper laudauimus cerefolium & mentam & ſandicẽ dico quod hoc fuit ratione medicinæ. Ex quo colligitur, quod talibus non licet uti, niſi in modica quantitate: quia nõ iuuant ut nutrimentũ, imò nocent, quia mali ſunt alimenti. Omnia ergo olera & radices ſunt mali alimenti: & eſt regula, quæ non patitur ullam exceptionem: quia ſeroſum aut craſſum & crudum præbent alimentum, ergo omnia talia ſunt uitanda ſub forma alimenti Secunda differentia eſt, ut non facile putreſcãt: per hanc excluduntur omnes fructus horarij. item lac. Excluduntur etiam iſta alijs de cauſis. Lac quidem, quia flatuoſum iuxta illud Hippocratis: Lac dare caput

caput dolentibus,& his quibus illa murmurant, malum: horarij autem fructus, quia ſeroſum præbent alimentum. Tertia differentia eſt, ut plurimnm exhibeant. Iſtud enim non eſt neceſſarium in omnibus hominibus, ſicut priores duæ conditiones.

Sed in hoc ægro eſt maximè neceſſarium, quod ſic declaratur. In hoc ęgro eſt maxima imbecillitas uentriculi, ergo minimus cibus dandus eſt: ſed minimus cibus & parum nutrimentum non poteſt alere corpus, imò nec mediocriter nutriens: ergo neceſſarius eſt cibus maximi alimenti, ut quod detrahitur ex quantitate ſuppleat qualitas. Ex quo ſequitur, quod omnes fructus etiam non horarij ſunt uitandi, quia omnes parum nutriunt. Sequitur etiam quod ptiſana hordeacea, quæ mediocriter alit ſecundum Galenum, & cibus ex amygdalis, qui parum nutrit, in hoc caſu non conueniunt, id eſt, in magna quantitate, neque frequenter: nã ad recreationẽ uentriculi, uel quia ſnnt cibi medicinales, exhiberi poſſunt. Iſta tria poſſunt admitti paſſulę,

ſtacia & cibus ex amygdalis. Quarta differentia eſt, quod ſint facilis coctionis: patet, quia hic uentriculus eſt imbecillis ualde, ergo indiget nutrimentis facillimæ coctionis. Ergo per hoc excluduntur omnia legumina. Nam omnia legumina non ſolum ſunt difficilis coctionis ſed difficillimæ. Pro dignoſcendo autem cibos, qui ſunt facilis aut difficillis coctionis, ſolent dari plures regulæ. Sed pręcipua eſt illa Oribaſij, & eſt, ut ponantur in aqua: quæ celerrimè diſſoluuntur aut molliuntur, facilis ſunt coctionis, ut panis: quæ tardæ, difficilis ut caſeus: quæ nunquam, difficillimæ, ut legumina. Radices ergo rurſus ſunt explodendæ. Quinta differentia eſt, ut ſint paucorum excrementorum. Hæc uidetur coincidere cum cibis multi alimenti, ſed non eſt ita, nam ptiſana multum nutrit, & non eſt excrementicia propter raritatem: ſicut per contrarium caro iuuenci multũ nutrit, & tamen eſt excremẽticia propter denſitatem. Hac igitur ratione quicquid eſt rarum, & multum nutrit, caret excrementis, ut lutea ouorũ: & quidquid eſt
denſum

denſum & parum nutrit, eſt excrementi
cium, uelut radices & tubera & oſtrea.
Sexta differentia eſt alimenti, quod ſu-
per excedentem habet qualitatem, uelut
nimis craſsi uel lẽti, uel frigidi, per quam
excludũtur caſeus & omnes piſces. Nam
licet piſces petroſi, quorum etiam copia
apud nos non eſt (cum omnes ſint mari-
ni) in promptu eſſent, non conuenirent,
quia ſunt nimis frigidi alimenti: poſſet
tamẽ aliquis uti ea ratione, qua dictum
eſt ſuperius. Ex hoc ſequitur quod om-
nes piſces parui uitandi ſunt, quia parũ
nutriunt ex ſuperius dictis: & magni ſi-
militer, quia craſſum & lentum exhibẽt
alimentum: mediocres ergo & maſculi
& ſaxatiles poſſent aliquando admitti
præparati, ut dicemus ſuo loco. Excluſis
igitur radicibus omnibus oleribus præ-
ter pauca condimenti gratia & medici-
næ, quæ ſunt crithmon, menta, ſandix, ce
tefolium, abſinthium & petroſilium: ci-
chorea quoq;, quod uentriculo & ieco-
ri conueniat. Item reiectis omnibus fru-
ctibus præterquam paſsis uuis, piſtacijs
& pulmentarijs: ex amygdalis excluſo

quoque caſeo & lacte & piſcibus omnibus præter ſaxatiles, quorum uſus rarus eſſe debet: oſtreis quoque, & his quę cruſta integuntur: tum ranis, cochleis relinquitur anguſta rerum, quæ conueniunt deſcriptio. Palam autem eſt, quod cibi omnes ueri uno ſunt ſapore præditi, ſcilicet pingui, aut leuiter dulci, ex quo ſequitur, quod mel & ſaccharum cibi cauſa non conueniant: quoniam neq; ſunt pinguis ſaporis, neq; etiam parum dulcis, quare parum nutriunt ſecundũ Galenum. Reliquũ eſt igitur, ut cibi puri ſint, carnes & uitelli ouorũ & panis, & quia, ut dictum eſt, oportet ut cibi omnes habeant uim medicamenti, ideo incipiẽdo à panè, dico quod panis, ut ad præparationẽ deueniam, ita faciendus eſt. Accipe farinæ tritici partes duas farinæ zeæ ſeu ſpeltæ partes tres: cribrato, pinſito cũ aqua decoctionis cubebarũ, & maceris, admixto modico uini albi, inde adde grana fœniculi, & confice panem bene fermentatum & ſpongioſum, & bene coctum. Ex carnibus optimæ ſunt auium exercitatarum: & ideo nulla eſt melior carne

carne perdicis, quia faſianus parum ſe exercet. Reliquæ uerò aues aut ſnnt aquaticæ, aut paruę, quę parũ afferunt nutrimenti, pulli tamẽ cortis ſunt poſt perdices & phaſianos, & ex pullis meliores partes ſunt alæ ſine cute: ſcilicet pulpa, nec ultra has tres aues ſunt aues bonæ, exceptis columbis: ſed tamen omnes nõ aquaticæ poſunt comedi, & maximè iuuenes & pingues. Columbi è turribus ſunt optimi, quando nondum poſſunt uolare, ſed eſt genus palumborum, quo nihil melius uocant Arabes Altaiugi: & generaliter ſunt optimi, qui ſunt admodum iuuenes. Ex carnibus autem pedeſtrium melior eſt hœdina & ſuilla: & ætatis qui exceſſerit unum annum. Verum circa ſuillã iſta tria obſeruanda ſunt, primum, quod ſit maſculi ſuis: ſecundum, quod non exceſſerit annum, uel parum: aliter enim fit ualde dura eius caro. Tertium, quod ſit educatus in nemoribus & agris, ubi ſe exercuerit, debet aũt eligi caro cluniũ abſq; cute & pinguedine. Poſt has carnes eſt caro uituli lactentis: caro quoq; ericij utilis eſt, & maximè ma-

magni. Dicebat Dioſc. Ericij caro confert renibus & cacheſiæ & hydropicis & elephanticis. Caro quoq; apri iuuenis confert & utilis eſt, ut ſuilla caro: cuniculi (de lumbis loquor) etiam edi poteſt. Reliquæ non ſunt utiles. Solum reſtat dicere de gallinagine, quæ licet ueſcatur piſciculis, quia tamen ueſcitur etiam uermibus & habet roſtrum ſubtile, ideo cum ſit etiam ſuauis guſtu, edi poteſt. Caro pauonis eſt nimis dura. Caro galli, paui, multum nutrit, & ſuauis eſt: tanto melior carne pauonis, quanto deterior carne pulli. Ideo comedi poteſt, ſi ſit iuuenculus. Præterea ius teſtudinis & cochlearũ etiam multum conuenit, ſed longe magis teſtudinis: caro autem eſt nimis dura præcipuè cochlearũ. Carnem accipitris multi laudant, ego tamen non ſum expertus. Caro bubonis auis eſt optima pro difficultate ſpirandi, ſcilicet alæ: & ſimiliter pulmones uulpium recentes, ſi ipſe ſuſtineat edere, nec abominetur, nã hæc duo multum poterunt illi conferre in longo uſu, & ſanare ipſum. Cibi quoque omnes, qui ex farina conſtant, peſsimi

mi ſunt, ut itria & ſimilia. Farcimina q́q; & carnes ſalitæ, iſtia lucanicæ, botelli, nihil horum ei conuenit. Ex oleribus præter cretanum marinum & mẽtam & reliquas dictas, cõueniunt & cardui: nam cõfirmant uentriculum & urinam cieũt, & appetẽtiam excitant, & humores diſſecant. Ab aſparagis tamen cauere oportet. Apium & petroſiliũ & herbã, quam uocant Alexãdrinam, quæ eſt ſpecies apij probo. Ex fructibus uuæ paſſæ poſſunt edi, quia multiplicem habent utilitatem conferunt enim uẽtriculo, pulmoni, iecori: & in his eligendæ ſunt pingues, recentes, dulces & tenui cortice, & mundæ, & ſi quis utatur ſucco earũ abſq; cortice, melius erit. Piſtaciorum uerò uſus non debet eſſe ſimplex, ſed olei tantum. Vel hoc modo: Contundantur piſtacia optimè, inde cum duplo ſacchari, uel etiam cum tantũdem ſolum, & portione maceris fiant offæ, & coquantur in furno leuis caliditatis: & unam ex his poterit comedere in fine prandij, & hoc erit ei utile: ueſperi autem poterit uti oleo amygdalarum recenti. Huius autem cauſam

ſam ſuperius docuimus, quãdo diximus quod in die nimis celeriter cibus à uentriculo deſcendit, & in nocte nimis tardè, & cur. A cæteris oleribus & fructibus præterquam malis granatis dulcib⁹ tempore magnæ ſitis & ab omnibus radicibus caueat: licebit tñ quandoq; edere quatuor aut ſex cappares ſale conditos. Confirmant em̃ uentriculum, & Oriſius refert, mouent aluũ, aut urinas detergunt, diſſecant, apperiunt obſtructiones: appetentiam cibi excitant, & flatum potius diſcutiunt quam generent, cũ ſint à genere calidorum in tertio ordine. Ex piſcibus ſi quando uti uelit truta, mediocris maſcula & è flumine lapidoſo eligi debet, inde perca & aloſa: ſed capita uitare oportet, atque hæc de genere ciborum. Fercula ſint, chondrum, panis coctus, panis infuſus in iure, panicum, pulmentum è carnibus pulmentum ex ouis, oriza mala & cibus albus. De potu non eſt aliqua difficultas, quia oportet ut ſit uinum medium inter flauum & album: clarum ſuaue, maturũ aliqualiter aſtringens & odoratum omnia em̃ ſunt

iucunda & amica uentriculo. Etſi quis per duas horas ante aliquãdo infundat corticẽ citri: nam & ipſe uẽtriculo utilis eſt ſed tenuiſsimum, & mediũ inter ſiccum & uiridem, erit utile. Vel eius loco mentam uel bibinellam. Licebit & quandoq; imponere aliquid maceris. Licet etiã in fine cibi non ſuperbibendo edere unam oliuam Hiſpanicam. Aqua nulla conuenit: ſed ſi modo neceſſaria eſt, incoquatur macer & cinamomum tenue in aquam, auro cãdenti quater aut quinquies chalybeatam. R. igitur aquæ ℥. xxxx. quæ dum feruet, auri fruſta quatuor aut quinq; magna & accenſa in ea extinguantur, inde addantur cinamomi electi inciſi tenuiſsimé, ſed non contriti ʒ. s. maceris ſimiliter ʒ. s. coquantur paululũ, ſed uehementer, & permittatur refrigerari. De quantitate autẽ cibi ſit iuxta ſomnũ, ut dixi, & appetentiam, & iuxta qualitatem ipſorũ ciborũ, nam de cibis medioctib. aut quę multũ nutriũt, aut q̃ ſunt durę cõcoctionis, minus comedere oportet. De mediocriter aũt nutrientib. & optimi alimẽti, aliquãto plus comedere licet

licet. Si comedit, uitella ouorum poteſt aſſumere tria, comedat etiam plus in ueſperi quã in mane propter cauſas dictas ſuperius. Quia quod uideatur concoxiſſe cibum ueſperi, docuimus eſſe falſum, & hoc niſi longa obtinent cõſuetudine. De tempore oportet ut inter prandium & cœnam ſint nouem horę ſaltem. Prandeat ſecunda hora diei in hyeme, æſtate tertia hora diei, & poſt cœnã tardet per unam horam, antequam eat dormitum: nec comedat, niſi bis in die, & cibos magis nutrientes ueſperi. De præparatione ciborum uidetur oleum, ſecundum Dioſc. multum conuenire, nam & omphacinum confert uentriculo. Auicenna tamen & Iſaac dicunt, quod omnia olea labefactant uentriculum. Soluitur hæc difficultas ex Galeni uerbis, cum dixit, qđ oleo aſtringentia cõferunt & confirmãt membra, ſed reliqua relaxant. Oleum ergo omphacinum cum ſit aſtringens, uentriculo confert tum alijs rationibus & longe magis oleum piſtaciorũ, quo perpetuo in edulijs debet uti. Garum quoque in cibis utile eſt, & in uſu fuit antiquis

quis. Detergit enim atque aſtringit: & multo magis ſal, quod etiam digerit. Verum garum guſtu iucundius eſt itaque modederatus uſus confert. Inter reliqua quæ pro condimentis conueniunt, eſt macer quod quidē initium caliditatis tertij gradus attingit, quamuis alibi Galenus aliter ſentiat, ſed de hoc de contradictionibus ſcripſimus. Mathiolus credit aliud eſſe macim, aliud macerem: neque Galenum uidit in libris de compoſitione ſecundum locos, neque eſt adeò ſiccum, ut Galenus refert. Confert autem uentriculo multum, quia duplici ſubſtātia eſt hic cortex. Altera quidem parum frigida, & uehementer ſicca: altera fermè temperata in humido, & uehementer calida: quo fit ut uehementer excalefaciat & exiccet nec tamen extenuet & confirmet uentriculum, ac flatum diſcutiat. Attenuet autem ac diſſecet, quoniam tenuiū eſt ualde partium: quo fit etiā ut ipſum ſolum & nux myrepſica nutriant inter optimè odorata nā neque piper neque cinamomum nec gingiber nec cardamomum, aut aliquid eiuſmodi nutrit, Acetum in exigua

quantitate admodum aſtringit, diſiccat appetentiam excitat, copioſum autē maximè nocet. Cętera pinguia aut omnino labefactant uentriculum, aut aſtringentibus ſunt commiſcenda, interq́ꝫ nihil melius rhu: ſed recenti, nam & boni odoris particeps eſt planta eius. Acida quoque omnia uitanda ſunt: uehementer enim uentriculum lædunt. Crocus non uacat aſtringente ui. Piper etiā quandoq́ꝫ, ſed parcè: & non contuſum, uerum uix con fractum. Vt uero de præparatione generalius loquar, quinq́ꝫ ſunt modi coquendi edulia: elixatio, aſſatio, ſuper prunas, & in ueru, iurulentum atq́ꝫ frixum. Elixata parum nutriunt, & refrigerant ideo uitāda omnino. Frixa quoq́ꝫ anhelitum cohibent, quoniam pingue cum ſine aqua concoquitur, aduritur illius tenuior pars: quamobrem anhelitum maximè lædit. Qua ratione & ſumma cutis aſſatorum in ueru uel etiam ſuper prunas ſuſpecta eſt. Si quid uerò craſsius eſt, in intima parte nō coquitur, quamobrē quæ aſſantur in ueru, ubi exhalauerit pars aquea, cōtinuò atq́ꝫ ꝑpetuò uitulina pingue

guedine, aut gallinæ ſunt aſpergenda: nec pinguedo ipſa pura ſit, ſed quæ immixta: ſit autem flamma uehemens, ut celeriter excocta caro non ſiccetur nec aduratur, neq; ſumma pars nec intima ſit uſui. Decet etiam roris marini ramulos circunduci dum coquitur, at intus fœniculum includi cum paſſulis atq; petroſilio, uitulinaq; pinguedine aquæ immixta: iuuat etiam non parum dum torretur, aquam frigidam ſuperfundere, ut calor in intima ſe condens, coquat carnes & teneriores reddat. Sit aut omne q, ſic torret, ſucculẽtum, eadẽ quoq; termè ratio eſſe debet eorum, quę ſuper cratẽ aut prunas aſſantur. Iurulenta autẽ optima ſunt, in qbus parui pu'li atq; teneriores tum aues minores coq poſſunt. Quæ uero in paſtillis coquunt, nõ omnino mala ſunt, ſed tñ inferiora cæteris iurulentis, ſi ipſi paſtilli nõ ſint iurulenti. Sunt eñ paſtilli iurulenti, tũ grati tum ſalubres. His ergo admiſcenda ſunt, pinguedines, acida ceraſa: ſed nõ pruna paſſæ uuæ, maximè nigræ, macer crocus, petroſiliũ, menta, fœniculus, piperis aliquid. Quæcũq;

enim grata ſunt, iuxta Hippoc. ſententiam, etiam ſi paulo deteriora ſint, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus ſunt præferenda. Cruda uerò omnino uitare oportet, & ubi largum adſit. Eſt etiam animaduerſione dignũ, quod ipſe in tanta imbecillitate uentriculi, & etiam quia non mandit cibos, ſed deuorat, deberet omnino abſtinere à cibis ſiccis, & omnia quæ edit liquefacta edere, imò potius bibere. Quapropter ei melius conferrent carnes optimè contuſæ & ſpiſſæ. Et ego me hoc unico præſidio iuuaſſe multum Archiepiſcopum urbis S. Andreæ. Vbi enim eſt ſumma imbecillitas uentriculi, & homo non mandit diligenter, meliora ſunt contuſa ex carnibus, quam carnes ipſæ. In ouis autẽ melior præparatio eſt, ut cũ cortice coquãtur in aqua, aut ſub cineribus, & non ſint dura, ſed apala, ut uocat Galenus: & cum modico ſale & pane edantur. Ipſa etenim multum ſunt neceſſaria in hoc caſu. De ordine aũt dici ſolet, q̃d omnia liquida in fundo uentriculi, ego aũt potius dicerẽ omnia bene nutrientia, atq; hæc eſt rei ueritas. Dico

co ergo, quod in initio debet accipere pa
rum contuſi, uelut eſſent ℥.iij. & ſic ut il-
la ſit baſis totius prãdij uel cœnę potius:
quia in cœna debet accipere plus, ueluti
℥.iij. contuſi, ſpiſsi, & in prãdio ℥.ij. & no
lo reddere rationẽ, ne ſim prolixior. V-
num eſt quod niſi ita fecerit, ignoſcat mi
hi ipſe æger, uix poterit diu perdurare.
Tres enim ſunt columnæ uitæ ſuæ, ex-
excitatio, ſomnus, & contuſa, quia non
manditur & hoc quo ad rationem ui-
ctus, non loquor nunc, de medicamen-
tis alius ordo eſt, ut non bibat niſi iux-
ta finem ipſius cœnæ & prandij: & in
prandio colluat bene os ter & quater, an
tequam bibat. Deinde bibat parum, in
ueſpere autem bibat uſque ad decem uel
undecim uncias, in mane autem niſi ℥.iij
& ita hoc modo minus bibet, & ſitim ſe
dabit magis. Si etiam comedere uelit
res confirmantes uentriculum, ſi ſint res
frigidæ, aſſumendæ ſunt poſt cibum: ue-
luti citonia condita, quæ non uitupero,
modò ſint facta cum ſaccharo. Si uerò
ſint calida, debent aſſumi ante cibũ. Eſt
etiam ſciendũ, quod oportet ut conetur

mandere panẽ & duriora edulia diu, & non deuorare ſicut facit: & ad hæc pro mutanda cõſuetudine ego apponerem horologium dimidiæ horæ, quod tempus uellem conſumere in ipſa comeſtione. Oportet etiã ſcire, quod diuerſitas ciborum magnã difficultatẽ in cõcoquendo uentriculo exhibet Ideo unico cibo uel duobus ad ſummũ intelligo, tamẽ exceptis bellarijs, utpote offa, piſtachina aut citonio, uel ſaccharo uel oliua, uel cũ ſimilibus uellẽ eſſe contentus, Quandoque uerò licet uti ferculis, quę locum nutriendi habent, & multorũ ferculorum, quale eſt hoc: Capiantur germina petroſilij, & modicũ abſinthij, ſi placet, & tria lutea ouorum, & modicum caſei florentini, quẽ uocant marzolinum (ſolus enĩ ille uacat lentore) & optimè mixta cum malua aut beta, fiat ferculũ uel ſolutum, uel modum offarum cum macere & modico gingiberis, & coquãtur in iure pingui, & bene. Hoc enim ferculum eſt gratum uentriculo: nõ admiſceo ſaccharum iuxta dictum Auicẽnæ: & ſcias quod res dulces ad faciẽdam oppilationem, ſunt

uelo;

ueloces. Et Paulus: Res dulces inflammant iecur, ideo caueat ab omnibus dulcibus præterquam uuis paſsis. De numero aſſumendi cibũ, cõſtat quod nõ plusquam bis oportet comedere in die: ſed ſi fieret debilior, tunc oportet aſſumere ter & in minori quantitate. Et ſi contingat quod male ſe habeat, nunquã tamen debet abſtinere ex toto à cibo in quo peccant multi, exiſtimantes ſe optimè facere cũ eunt dormitũ ieiuni: quia ut habetur à Gale. 3. de Facultatibus naturalib. Ventriculi tunica interior nutritur ex cibo aſſumpto. Et ideo tantum nutrimenti aſſumendum eſt ab habẽtibus uentriculum imbecillem, étiam ſtante cruditate aliqua, quantum poteſt nutriri uentriculus utpote uentriculus, ſi nõ ſentiatur cruditas, ſed ſit grauatus ab alia diſpoſitione, aſſumat uitellũ oui: et ſi ſentiat cruditatẽ, aſſumat ℥. i. panis madefacti in iure pulli, modo cruditas ſit citra pondus & nauſeã. Illud etiã obſeruandũ, ꝙd cũ uitellus oui ſit uiſcidus & lẽtus, debet admiſceri aliquid qđ diſſecet: ſitq; tẽperatũ, quale eſt modicũ oxymellitis, ſed longè melius

rum offæ ex piſtacijs, aut modicum herbæ, quam draconem uocamus: aut cretani ex aceto. Et ſcias quod ſuperius in ferculo illo admiſi betam, quia aperit uehementer obſtructiones iecoris, authoritate Oribaſii.

Circa intentiones quæ ad medicinam attinent, ipſæ ſunt attenuatio cum diſſecatione, purgatio materiæ, & confirmatio membrorum, remouendo malã qualitatem. Prima intentio debet cõiungi cum tertia, ita quod omnia quæ diſſecãt & aperiunt & extenuant, confortent etiam membra. Eiuſmodi etiam debent eſſe temperata, quoniam calida nimis calefacerent iecur, & frigida nimis nocerent uentriculo: ergo debent eſſe temperata, uel prope declinantia potius ad calidũ quam ad frigidum, & ad ſiccum quã ad humidũ. Et hæc poſſunt eſſe trifariã: uel talia ſimpliciter, uelut chamæmelon & ſtœchas & acetum: uel quia ſint compoſita ex contrarijs, & fermentata, ſicut ſirupus acetoſus de duabus radicibus & oxymel compoſitum, & amygdalæ ſunt inter ſimplicia eiuſmodi: uel quia ſint cõ-

poſita

poſita ex ſimplicibus contrarijs non fermentatis, uelut ſi quis ſuccum limonij aut arancij miſceat cum ſcilla. Deueniendo ergo ad ea quæ maximè conueniunt in hoc caſu, dico quod ſi quis admittat illud quod dicit Galenus & Auicenna, ſcilicet quod membra trahunt medicamenta ſibi contraria & oportuna, melius eſſet uti medicamentis ſimplicibus nuper in uicem mixtis, quam quæ iam fermenteſcant, atque ferè cũpoſitis: quãuis alibi de hoc diſputauerimus. Dico etiam, quod propter dictũ Galeni in lib. de Prognoſtico ad Poſthumum, ubi negat eſſe danda medicamẽta principibus quæ non ſint tutiſsima, quod talia non ſunt danda, quia prius imprimũt aliquid quam trahantur à membro indigente, ideo nocent. Quamobrẽ oportet ut non ſint uehementer talia: aut ſi ſint, ut prius fermenteſcant. Oportet autem obſeruare duo, primum, ut ſint odorata: quia omnia odorata conferunt uentriculo, & omnibus membris principalibus. Secundum, quod non ſint diluta multum, quia talia gerant flatum & augent ma-

teriam aſcitis: etiam quod ſint calida uir tute & ſicca, habent neceſſario partem frigidam & humidam, & hæc etiam cauſa quare aſcitici perpetuò uehementer ſitiant: & tamen morbus eſt frigidus & humidus, & fit â frigida intemperie iecoris ut plurimum. Nam cum aqua illa prętер naturã ibi contenta, tum quia ibi retinetur abſq; motu, tum ob calorem putreſcat & corrũpatur, & ideo fit calida & ſicca, hoc enim declaratum eſt à nobis in libris de ſubtilitate, quod omne putridũ, in quo non eſt facta ſeparatio partium, neceſſario eſt igneum, & ideo uapores aſcendentes faciunt ſitim adurẽdo humidum roridum, & exſiccando quod eſt in ore uentriculi. Eſt etiam alia cauſa, quia humor eſt corruptus in uenis, ex quo non poteſt generari humidum roridum. Reuertendo ad propoſitum, dico quod præparantia erunt eiuſmodi. Recipe oxymelis ſimplicis ℥. i. s. ſucci arancij ʒ iij. abſinthij cuſcutæ ſeu caſſuthæ & ſtæchadis contritorum añ. ʒ. s. maneant in balneo tepido mariæ per quatuor horas, inde colentur diligenter, & exhibeatur. A-

liud

liud. Recipe oxymelis ſcilitici ℥. vi. ſucci limonis ter colati ℥. ij. abſinthij, nucis muſcatæ, ſpicæ nardi añ ℥. s. maneant in balneo, ut ſupra, colentur & propinētur. Aliud Recipe ſucci cicorę ℥. iij. abſinthij cuſcutæ, ſpicæ nardi, aſplenij añ. ℥. s. ferueant, ut ſuprà, colentur bis aut ter, & propinetur. Aliud ſingulare. Recipe eupatorij, ſeminis altheæ, chamæmeli, glycirizæ añ. ℥. i. coquantur in balneo marię leniſsimo cum ℥. vi. iuris pulli, ita ut non bulliat: coletur & non comedat donec beneficium uentris aut copioſam urinam habuerit: & deambulet quantum poteſt, antequam comedat. Aliud paratu facile. Recipe ſerapij de biſantijs uel de eupatorio uel de abſinthio, ſi uentriculus multum laboret, ℥. i. ſpecierum dia curcumę ℈. iiij. miſce, & capiat in forma boli hoc modo: Addatur ſpeciebus tantum ex illo ſirupo, ut reducatur in formam boli, inde bibat reliquum ſirupi cum modico iuris. Aliud ultimum in hoc caſu. Recipe centaureæ triſſaginis, ſeminum petroſilij, radicum capparis añ ℥. i. ponātur in balneo tepido in ℥ ij. ſucci

fœniculi

ſœniculi, coletur, ut ſuprà. Quod ſi uelit præſentem utilitatem, imponantur hæc quatuor dicta abſque ſucco fœniculi in ℥.ij. aquæ ardentis factæ, ut infra cum ℥. s. ſacchari roſacei neapolitani, & habebit medicamentum ultimum in ſecuritate, in iuuamento, celeritate operationis, & ſatis ſuaue, & maximè ſi ſubducatur centaurium. Ex compoſitis autem oxyacantha, paſtillus eſt ultimum: reſoluit flatum tympanitidis, confirmat uentriculum, aperit obſtructiones iecoris & lienis. ℞. ſucci liquiritiæ, oxyacanthæ roſarum, ſeminum cucumeris an̄. ℥. iij. maſtiches ſpicæ, eupatorij an̄. ℥. ij. rhapontici ueri uel rhabarbari croci an̄ ʒ. i. ſeminis endiuiæ, caſutæ an̄. ʒ. iij. ſpodij ℈. s. terito ſubtiliſsimè, leuigato, & cū̄ manna confice paſtillos. Laudantur & paſtilli ex abſinthio & dialacca. Paſtilli quoque berberis, Sopirium antidotū ac talia, & hæc de præparatione. Fuit etiam laudatus ſyrupus acetoſus diarodon, & species diarodon & aromatici roſati utriuſque deſcriptionis. Sunt & ſpecies aromatici nardini optimæ.

Quod

Quod ad euacuationem autem atti-net, antequam ad eam deueniamus, ſci-re oportet an materia ſit p̃parata: quod quidem difficillimum eſt ob turbulen-tiam urinæ, & ideo cum oporteat, ut ſi-mus in caſu Hippocratis, concocta me-dicari atq; mouere nõ cruda, modo non turgeant, ſequitur ut non parum pericu-loſa ſit purgatio. Eſt etiã alia ratio, quia Princeps dicebat in capite de cacheſia: Oportet & cõſiderare ne uentriculus il-lorum lædatur à ſolutiuis, & ideo opor-tet ut ponas in medicamentis eorũ quæ confirmant uentriculum, uelut lignum aloës crudum, item, quia in capite de cu ra tympanitidis inquit: Et non ſit multi-plicatio ſolutiuorum, etſi cauſa hydro-pis fuerit, debilitas uentriculi conforte-tur uẽtriculus: quaſi uelit innuere, quod in hoc genere hydropis raro uel nun-quam conueniat euacuatio. Maius eſt quod Aetius libro decimo, tractans hãc curam, ne unumquidem medicamẽtum in hoc genere morbi ſcripſit, ſed ſolis epi thematibus contentus eſſe uidetur. Qđ etiam Alexander longo proceſſu curam

exor-

exordiens, in tertio libro obſeruare uidetur: nam nullius medicamenti purgantis meminit, ſed ſolis etiam contentus epithematibus, & ratione uictus. Paulus tamen uult, ut aqua in tympanitide expurgetur, & eo magis in aſciti: ob id concludo, quod ratiõe tympanitidis cauere oportet maximè medicamenta purgantia. Et ego uerè obſeruaui plures tympaniticos, & uidi quod ex aſſumptione medicamẽtorum lædebantur: nec ullũ uſq; nunc ex purgationibus conſuetis iuuari uidi, & multo minus ſanari, niſi ſemel ex medicamento ualido, quod non deſcribo. Et ratio eſt etiam clara, quia uẽtriculum horum patiẽtium, eſt admodum extenuatus & tenuis ut charta: quod ex diſſectione apparet. Eſt etiam aliud obſeruatione diguum, ſcilicet q̃d Auicẽna in capite de Aſcite inquit: Et aloës ſolum eſt malum ualde epati, quare oportet ut abſtineat ab illo, niſi propter neceſsitatem, aut cũ fuerit bene correctum & ideo propter tot difficultates non cautè, ſed cautiſsimè purgandus eſt, cũ damna purgationis ſint manifeſta & præſentia,

tia, utilitates autem obſcuræ & incertæ, & ambiguum tempus atque occaſio. Quia tamen ipſe non utitur exercitatione, quod optimum cenſetur ab Auicenna: dicit enim loco ſuprà adducto, illud quo melius curantur, eſt exercitium temperatum. Et alij celebres authores dixerunt, quoſdam ſanatos ſola uectatione. Ideo neceſſarium eſt ut purgetur, non tanquam adepturus magnam utilitatem ex hoc, ſed potius ob neceſsitatem, oportet autem obſeruare canonem Auicennæ, ut purgatio ſit leuis & frequens potius quam ualida & rara. Item oportet ut ſit triplex, per aluum per urinas & flatus, ut omnes authores concordant: & non oportet tamen ut utamur uehementer prouocantibus urinã. Rurſus clyſteria in hoc caſu multum laudantur pluſquam medicamento, propter propinquitatem & epithemata: in aſcitedico, & principio etiam tympanitidis, nam tympanites confirmata ſæpius prohibet clyſteria. Ex quo ſequitur, quod cũ ipſe ſit priuatus utilitate epithematum, qui uix poteſt ea ferre propter ſpirandi

diffi-

difficultatem, ideo priuatus eſt magna parte commodi. Ego tamen deſcribam illa ſi uellet tolerare. ſup omnia uerò habeamus occaſionē purgādi, cū ex urinis neq; excrementis alui non poſsimus illam deprehendere. Ideo dico, q̊d tribus ſignis alijs concocta materia à cruda dignoſcitur, præparataq; à non præparata: primum eſt, quod corpus non adeo lædi tur ſicut antea, atq; hoc colligitur ſecunda Aphoriſmorum in commento illius Aphoriſmi. Cum morbi inchoant, ſi quid mouendum uidetur, moue: cum uerò conſiſtunt ac uigent, melius eſt quietem habere dicebat ibi Galenus. In ſtatus ſalubris morbi tempore, cum materia concocta ſit, omnia ſymptomata remittuntur, contigit ergo ſi adſit febris, remiſsio illius: ſin autem non corpus ſentit quandam titillationem, quemadmodum patiuntur qui Veneris deſiderio abſq; alio incommodo detinentur. Sentiunt enim grauitatem atq; moleſtiam leuem cum caſu nonnunquam appetitus, uiribus tamen ualentibus & corpore uegeto, atque inter cætera hoc maximum

ſignum

ſignum eſt coctionis & præparationis materiæ, ſomni tranquillitas atq; prolixitas. Secundum ſignum colligitur à Galeno tertio de Præſagio ex pulſibus dum agit de temporibus febris: & eſt, q̊d contractio redditur tarda in pulſu cum aliqua uelocitate in diſtenſione, oſtendo modo q̃uod ita ſit nam ſi materia eſt concocta & prçparata, non eleuantur fumi praui: & ideo tardior redditur contractio intellige in febribus in alijs uero tarditatem quidem contractionis, imo & raritatem quandam ut ſecundo de Præſagio ex pulſibus. Velocior quidem cum ſit extenſio, ac longiot, quies, quæ antecedit contractionem tum etiam ob ipſius contractionis tarditatem rarior uidebitur: ſed & quæ ſequitur contractionē mediocris, cum uerô rara ſit contractio, frequens autem ſit extenſio, fit ut pulſatio moderata tota ſit. Itaq; ubi non adſit febris, contractio tamen atq; diſtenſio ulociores iuſto erunt, & prçcipuè contractio, & frequentiores quam in ſanitate: tardiores uerò, & maximè cõtractio, atq; rariores quam ante concoctionē &

Nn præ-

præparationem. Rurſus cũ plenitudo ipſa inæquales ſoleat facere pulſus, & paruos, atq; ob id crebriores, cum materia ipſa melior facta fuerit, minus naturam prægrauabit: erunt igitur pulſus fermè æquales & maiores, & ob id etiã minus crebri. Tertium ſignum eſt mutatio ipſius urinæ, quam probat Hippocr. niſi ad mála mutatio fiat, & ſimiliter in excrementis alui, & quædam uoluntas euomẽdi, atq; ſatietas. Licebit & urinas diu permittere in urceis: quanquã enim non rectè ſedimentum ſecernant, tamen melius una die quã altera, & maximè poſt longam quietem. Pars enim grauior ubi pinguedinis portio tenuior ob pręparationem abſumpta fuerit, aut ſaltem ſeparata ab elemẽto terreo, facit ut quod terreum ſit, deſcendat ad imum: q̃d & experimento ſuccedit. Tametſi enim neq; exacta concoctio nec præparatio oſtendi poſsit, apparẽt tñ indicia mediocris atq; melioris coctionis, ea uerò quamuis in urinis ſolum mediocris uideatur, nihilominus etiã abſoluta eſſe poterit. Quamobrem licebit tum utiliter expurgare, &

ma-

maximè cum leuibus atq; innoxijs medicamentis, ut dictum eſt. Licebit etiam & coniectura id aſſequi, cum poſt longas præparationes ſerapiorum nulla facta eſt excretio: & poſt frequẽtes mutationes urinarum iam amplius nulla fit mutatio, ſed in eodem ſtatu manent. Licet enim ex his cõiectari, materiã eſſe præparatã atq; concoctam. Vt uerò omnia uno uerbo cõplectar, poſtquã non licet exactè cõcoctionis ſigna ex urinis deprehendere, eas obſeruabimus cum copioſius excernuntur, cũ aliquo modo quod continet, cum poſt diẽ unã pars craſsior ſecedit ad fundũ, idq; craſsius eſt quã antea: urina uerò & clarior & minus colorata, cum pulſus ſunt meliores atq; pacatiores, cum ſomni ſunt longiores atq; tranquilliores, cum ipſe uegetior ac lętior fuerit: cum quãdã ſenſerit leuem nauſeam uerumtamen ſine grauitate uentriculi: cum uenter fuerit mollior, obſeruare etiam debemus, poſtquam illud uerum eſt q̃d dicebat Galen. decimo artis curatiuę dũ de tabificis agit in morbis maximis. Quælibet noxæ, quantumuis minimæ,

exitiales ſunt, quod in hoc caſu maximè uerum eſt: ut tēporis conſtitutio ſit mollis, temperata abſq; uentis, potius pluuioſa, quam ualde ſicca. Sitq; luna ab omnibus ſolis radijs noxijs immunis, ſcilicet quadratis & oppoſitis: libera quoq; ab aſpectu maleficarum, abſolſtitiū & ęquinoctium: nō ſit etiā in coniunctione Iouis neq; Veneris, ſed in quadrato uel in oppoſito, uel trigono uel ſextili. Signa autem optima ſunt, atq; in quibus Luna debet conſtitui, Cancer: deinde Libra, deinde Piſces, deinde Gemini. Peſſima ſunt Leo & Scorpio. Aries Taurus ſunt bona ſigna, niſi quod uomitum faciunt: ſicut & Capricornus. Aquarius quoq; malum eſt ſignū, quia medicinæ parum operantur, licet ſit tutum & minime concitans uomitum. Virgo & Sagittarius non ſunt ualde mala, nec tamē bona. Atq; hæc de occaſione:

His uiſis dico quod per aluum purgationes duplices ſunt: aliæ quidem, quæ parum trahunt à remotis: aliæ, quæ multum. Quæ multū trahunt à remotis, non ſunt idoneæ, quia trahunt ad locum debilem,

bilem, & euacuant quod non eſt neceſſarium, & multum debilitant, & multum calefaciunt, ut Galenus in prima Aphoriſmorum iuxta finem libri: Medicamenta purgãtia calida ſunt, ut etiam declaratum eſt ſuperius. Oportet ergo ut medicamenta trahant aquam, & non aliud, & hoc ratione materiæ coniunctæ: quia ratione materiæ aggregatæ propter ſuperfluum ocium aliud eſt dicendum.

Sunt etiam multa medicamenta ex oleribus, quæ purgant iucundiſsimè, quorum uſus exoleuit propter pharmacopolas, uelut aſarum & cinocrambe, quæ ſoluit bilem, pituitam & aquam: eſt autem mercuriali non abſimilis, & marina braſſica quam uocamus ſoldanellam. Eſt etiam tripolium, cuius radix eſt in uſu pro turpeto: mutatque flos eius, ut dicunt colorem ter in die: Centaurium quoque purgat bilem & craſſos humores, euacuat quoque uſque ad ſanguinem, Deueniendo ergo ad ſingularem illorum deſcriptionem, Recipe ſoldanellæ recentis & uiridis ℥. i. abſinthij, aſari añ. ℥. s, ſubtiliſsimè terantur, & cum ſirupo de

ſucco ebuli, & ſaccharo fiat bolus. Deinde ſi uult, mandat ℥.ij. mãnæ electæ calabrenſis. Aliud medicamentum. Recipe ſoldanellæ, aſari añ. ℥. s. (electæ ſemper intelligitur) ſucci mercurialis ℥.iiij. ferueant in balneo mariæ per horas quatuor: inde coletur, & ei addantur corticis cinamomi interioris ℈.i. diſſoluãtur in eo mãnæ electæ calabrenſis ℥. i.s. bibat & non edat poſt quinq; horas. Libet etiam pro tertio medicamento medicamentũ Auicennæ ex Galeno, quo curauit ſenem amicum ſuum aſciticũ ex cauſa calida deſcribere: & quamuis poſsit legi in ipſo codice, quia tamen uix poteſt intelligi & eſt barbara ſatis elocutio, deſcribã illud commodius, inquit ergo: Curaui ſenem amicũ meum aſciticũ, ex cauſa calida cũ uiribus imbecillib. alui ipſum carnibus hœdi aſſati, & carnibus minutim inciſis ex auibus, maximé perdicibus & pane, cui furfur permixtũ erat, & lentib. cũ aceto. Ita tamen ut abſtineret omnino à iuribus, niſi quod in die in quo dabã medicamentum permittebam ut uteretur iure carnis elixatę in aqua cum aceto & melle

le cum cumino. Nam acetũ maximè cor rigitur noxa medicamentorum conueni entiam aſciti, & maximè calidæ: & per- mittebam etiam ut comederet carnes cũ aceto mediocri. Purgabã aũt hoc medi- camento. R. mirabolanorũ citrinorum ℥. vij. fumi terreę. iiij. abſinthij, eupatorij, ſeminis, endiuiæ roſarum ſpicę nardi añ. ℥. ij. Endiuiæ uiridis pugillum unum co quantur in ℔. iij. aquæ ad conſumptio- nem tertiæ partis. Sed ego credo q̃d dice re uelit duarũ tertiarũ & poſtquã excola ui ipſum, addidi ℥. x. ſacchari, & dedi in potu. Dedi etiã catapotia ex lacte eſulæ cum ſaccharo, uel cum carne ficuum. In- de dabã ſerapium ex omphacio & ribes. Epithemata quoque ex luto armeno cũ aceto & aqua applicabam ſuper uentrẽ, uel ex farina hordei & milij, & ſtercore uaccino atq; caprino, & cineribus quer- cus & uitis & nitro atq; ſulphure. Quan doq; uerò faciebam emplaſtrum ex con diſi ſeu radicula nel herba lanaria, quæ ſtruthion uocatur à Græcis, & thime- lia, ſuper iecur uerò imponebam infrigi- dantia epithemata, & maximè ex ſantha

lis. Quãdoq; etiam purgaui ipſum cum ſirupo roſaceo, in quo thimeleam iam in fuderam, & conceſsi ei uſum ſacchari & ficuum ſiccarum & amygdalarum, & præcepi ei ferre ſitim: ſed cum non poterat, dabam acetum cũ aqua commixtum & quandoq; exhibebam folia thimeleæ cum lacte ficuũ, & dabã ante cibũ & poſt cibum, & nunquam dimiſi eum aliquo die, quin ipſum purgauerim. Hoc autẽ quod dixerit ſe dediſſe medicamentum tam ualidum poſt cibum, quibuſdam uidebitur abſurdum, alijs admirabile, mihi uerò non ita, qui ſciam Auguſtinũ Tornariũ, uirum nobilem aliquando curatũ ab hydrope ſolo potu decoctionis radicũ geneſtrę, uel aqua deſtillata ex illa, ſumebatq; eam ante cibum cum cibo, & poſt cibũ, & ſanatus eſt perfectè. Morbi enim ualidi non curantur caſia nigra aut rhabarbari exigua ſumptiõe in quindecim diebus ſemel. Vt enim temerarij medici eſt in morbis tutis ualidioribus uti præſidijs, atque periculoſis, ita imperitiſsimi eſt, quos alia uia ſanare poſſe non ſperamus, non audere quod præceptum

ptum Galeni eſt decimo Artis curatiuæ, dum de tabificis loquitur, & dictū Hippocr. Extremis morbis extrema exquiſitè remedia optima ſunt, intelligitur nō ſolum de morbis extremis in magnitudine, ſed in genere, cuiuſmodi eſt hydrôps Qui enim utroq; modo ſunt extremi, ſunt prorſus inſanabiles. Sed hæc nō conueniunt, quia non ſumus in uera aſcite: adduximus tamen hoc exemplū Galeni, quia multa ſunt quæ noſtro propoſito cōueniunt, uelut ſoluere uentrē quotidie, emplaſtrum ex ſanthalis, & potio illa, ut ita dicam, benedicta: & ferre ſitim, & non uti iuribus. Quartū medicamentum ſalutare, & periculo uacans.

R. lactis caprini nigrarū caprarū uncias centum, lactis ficulnei pondus aurei dimidij, miſceantur & tepefiāt, ita ut lac coaguletur celeriter: inde accepta aqua, bulliant perpetuò deſpumando, donec perueniat ad ℥. x. inde ſumantur aſari ʒ. ij. agarici optimi mundi ʒ. i. rhabarbari electi ʒ s. infundantur per noctem, inde ferueāt cum ℈. s. aniſi, & coletur ita ut remaneant ʒ. vi. uel parum plus, & hoc eſt

eſt medicamentum optimũ non ſolum ad hydropem, ſed etiam ad difficultatem ſpirandi. Cui etiam conferunt reliqua ſupra ſcripta, etſi inueniretur lac camelarum, poſſet fieri medicamentum ex eo: imò ipſum lac ſolum ſufficeret. Medicamentum aliud ex Auicenna, & eſt mirabile: Accipe capram, & eam nutrias abrotono & timelea & abſinthio odorato, & ſoldanella & cichorio & aſaro, & caſſuta & endiuia: & ſi homo utatur hoc lacte tantum, & pane abſq; alio medicamento, ſanabitur dico ab aſcite, quæ eſt fundamẽtum tympanitidis. Iuuat etiam deſtillare urinam caprarum per balneum mariæ, & purgat maximè cum manna. Verutamen quia lac eſt flatuoſum, & nõ oportet diu inſiſtere in illo, ſicut neq; in clyſterib. quoniã iſta magis conueniunt aſciti, ſicut etiã ea quæ ꝓuocãt urinã dicebat etiã Auicẽna: Oportet ut in tympanitide euacuet̃ humor hnmidus, ſi pẽdet ex ea, & utamur aſperſione atq; inciſione, ſicut in aſcite. Vtemur aũt prouocantib. urinã, & refrigerantib. ſimul, quale eſt iſtud. ℞. ſucci cicoreæ purgati ℥. ij.
ſpicę

ſpicæ nardi ℥. s. erithrodani ℥. i. leuigati dent in potu. Aliud melius. R. ſacci caſſiæ purgati ℥. i s. trociſcorum ad incipientem hydropeſim Auicennæ in antidotario. ʒ s. ſumantur ſeptẽ diebus continuis. Deſcriptio alia medicamenti boni.

Recipe aquę uitæ primo deſtillatæ ex uino albo odorato libras ij. aſari, caſſuthæ, abſinthij uiridiũ añ ʒ x. aloës hepatici abluti cum ſucco roſarum ℥. ij. miſce, & concluſo uaſe optime ſepelies per ſeptem dies in fimo equino, poſtmodum deſtillabis per balneum mariæ cum luto ſapientiæ, donec remaneant feces ſiccißimæ: in hanc aquam immittantur ſacchari roſacei ſolutiui, quantum eſt quarta pars aquæ, & concludatur uas optimè, & maneat per uiginti quatuor horas in balneo mariæ tepido, & capiat de hac ℥. ij. ſingulo mane donec ſanetur. Purgat enim quotidie, & reſtaurat uentriculum & iecur, & eſt ſuaue ualde, & boni odoris: & aperit obſtructiones omnium uiſcerum, ſed oporteret facere ſaltem decem libras ex eiuſmodi medicamento. Poſt hæc deueniendũ ad ea

quæ

quæ reſoluunt flatum, & ex ſuppoſitorijs eſt illud Auicennæ, quod conſtat ruta, nitro & cumino, melle excepto. Emplaſtrum Alexandri ad hoc: R. aluminis, nitri, ſulphuris uiui, thuris craſsioris, reſinæ frixæ añ. ℥. iij, picis aridæ naualis, ceræ nouæ añ ℥. vi. olei ueteris ℥. iiij, aceti quantum ſatis ad diſſoluenda medicamenta. Hoc ceratum diſſoluit flatum & omnes internas affectiones. Eſt etiam longe eo melius ceratum perſarum, de lapidibus deſcriptione Aetij, ſed difficulter conficitur. Frictio quoque uentris cum ſucco allij diſſoluit flatum: tamen nimis calefacit, & fœtida eſt, & caput petit. Subſcribenda ſunt autem medicamenta ex Aetio. Primum eſt ex cochleis cum cortice: quod quidem nõ ſeparatur, niſi penitus abſumpta aqua. Ex ſimplicibus ſunt lathirys. Tertiũ ſtercus caprinum. Quartũ eſt ſquamma æris. Hæc tria tamen uelut & cucumer agninus non multum in hoc caſu conuenire exiſtimo. Tum quia aſciticis magis conueniunt, tum quia ualidiora quã pro morbi magnitudine & nobilitate perſonæ. Ad tympanitẽ autẽ magis

gis,quod conſtat ex pane cumino & py-retro,amaraco & ſtruthio. Sunt qui ad-modum laudent ſtercus aquilæ:ego ſcio efficax eſſe medicamentum:an tutum ſit neſcio,neq; an ad unguẽ conueniat tympanitidi. Quæ uerò ad tympanitidẽ magis faciunt,ſunt thus, dragachantum & libanotis cum melle. Sunt etiam potiones quædam temperatæ, uelut ex carne cancrorum exiccatorũ,& iuncus odoratus,& lauer & phu,quod eſt ualeriana& polium & amaracũ & calamintha & myurus herba, & nitrũ exterius, interius autem:exterius etiam alumen,& aquæ calidæ & ſmyrnium,& umbilici Veneris radix & ſolanum hortenſe & granum cnidium. Compoſitio urinam ciens.

Recipe ſeminis fœniculi, cardamomi, radicis, eryngij corticis, radicis capparis cuiuſque ℨ.i. ſtercoris columbini cochlearia duo, contere & confice cum aqua catapotia ciceris magnitudine, & quinque ex eis quotidie præbe. Potus hydropicis commodus, experimento conſtans, qui tum per urinas tum per uentrem euacuat:caroi ℈.xxvij,fœniculi ℈.xiij.

℈.xiij.s. alias uncias. pro ſcrupulis aniſi ℈.xiij.s. cumini lati ℈.v. mei ſeſquiſcrupulum, iridis ſiliquas tres, mellis ſeſquilibram, uini ℔.vi. exhibe menſuram mediocrem ieiunis in inſeſſu ſolij balnei præcalefactã, eſt & ſuaue guſtu. Alius potus uiciens urinam, ex cuius uſu inſignem uirum tympanitide detentum ſeruatum uidimus, etiamſi à multis medicis iam eſſet detritus: Ammoniaci thymiamatis ſextantẽ, radicis herbæ lõchitidis ſextantem, petroſelini ſeſquiunciam, calami indici, coſti, cinamomi, ſpicæ nardi, piperis longi, myrrhæ ſtactes ſingulorũ ℥.i ſeminis rutæ quadrantem, phu ʒ.iiij. ſtyracis ʒ.iiij. phylli quadrãtem, mellis deſpumati quãtum ſufficit, excipe melle, fabæ Aegyptiæ magnitudine, prębe cũ calidę aquæ cyatis tribus. Emplaſtrum noſtrũ, quo ego plures ſeruaui.

Recipe foliorũ rutę, ebuli añ.℔.iij. excipe ſuccum, & cum corticibus aranciorum cõtritis fiat emplaſtrũ. Sacculus noſter, quo aurificem quendam ſanaui.

Recipe ſtercoris caprini ℥.iiij. erithrodani ℥.i. cumini, iunci odorati ſingulorum

rum

tum m̃.i. ſalis nitri purgati ℥.i.s.ſpongię minutim inciſæ ℥.ij.omnia præter ſpongiã terantur, & ſacculo indita perpetuo ſuper uentrem teneantur.

Vbi uerò ſanatus fuerit ex humore, expedit faſcijs puluere thuris & libanotidis inſperſis uincire uentrẽ.atq; rationẽ uictus obſeruare. Et per interualla accipere aromaticũ nardinum aut oxyacanthã, paſtillum ſuperius deſcriptũ, in quibus ꝓ ſingulis libris adſit ℥.i.s.pulueris germinum ebuli uirentiũ, & in furno exiccatorũ. Vbi tympanitidis cura ſucceſſerit, ad difficultatem ſpirandi nos conuertere decet, atq; ea conſtat tribus aũxilijs peculiarib. ecclegmate, medicamentis & inunctionibus. Ecclegma ſimplex, ſed perpetuò continẽdum in ore, eſt oleum piſtaciorum, quod tota nocte debet teneri in ore. Aliud facile. Zulapiũ ex capillo ueneris, cõmiſceatur croco, ita ut in ſingulis uncijs zulapij ʒ.s. orientalis, croci ſic miſceatur, ut diſcrimen nullũ appareat. Sunt & alia notiſsima ex ſcilla pini nucleis, de caulibus, ex pulmone uulpis, ſanum & expertum Aliud.

Recipe

Recipe ſanguinis ſuilli recentis, carnis limaciarum añ ℔.i. pulmones uulpium numero iij. carnium bubonis ℥. viij. deſtillentur per balneum mariæ in uaſe uitreo, inde commixta aqua ſaccharo teneatur in ore, ut ſenſim deſcendat. Vtilis eſt etiam hæc aqua, ſi ex ea bibātur ℥. iij. cum ʒ. iij. ſacchari & granis vij. croci. Eclegma noſtrum ſuauiſsimum.

Recipe mellis uirginei repurgati ℥. iij. manuæ electæ pinguis ac recētis ℥. ij. zulapij de capillo ueneris ℥ i. auri puri folia numero xij. miſce in mortario optime, & de hoc teneat in ore Mel ſic repurgatur: cape mel uirgineum, & pone in uaſe uitreo, quando eſt liquidum, & ſingulis tribus diebus partem ſpumoſam & ſordidam auferto. De medicamentis eſt aqua ſupraſcripta hoc modo (poſt quadraginta dies, quibus utetur medicamēto infraſcripto) capiet alternis diebus ℥. iij cum ʒ. ij. ſacchari: immiſces & puluerem hunc.

Recipe ſanguinis bubonis ſiccati, pulmonis uulpis ſicci añ. ℈. i croci grana v. terantur ſubtiliſsmè, capiat cum dicta aqua

qua tardando cibum quinq; horis. Medicamẽtum quadraginta dierum, cuius ſuprà meminimus.

Recipe aquę Padi fluminis ℔.xxx,coquantur donec redeant ad xv.in illis xv ℔.aquæ imponãtur cicerum rubeorum ℥.vi.ſinapis in linteolo ligatę ʒ.ij.permittantur per horas xxiiij.in cubiculo calido,inde abiecta ſinapi coquantur in eadem aqua, donec aqua redeat fermè ad ℔.i.poſt coletur exprimẽdo ciceres per linteum tamen ſpiſſum, & de hoc capiat ab ℥.vi.uſq; ad viij.cum ℈.i.croci, continuando per dies xxxx. & nunquam interim exponat ſe frigori,nec comedat uſque ad ſex horas.Eſt manifeſtum, quod hoc decoctum ſatis faciet ei pro duabus uicibus. Caueat etiam ne aſſumat illud, dum ſentit cruditatem in uentriculo.Exterius applicanda ſunt hæc. R.butyri recentis ℥.ij.olei amygdalini tantundem, ſucci corticum aranciorũ, qui prouenit expreſſo cortice leuiter & ſine contuſione grana vij.miſce,&inungatur dorſum & pectus,& maximè inter quintam &ſeptimam coſtam,ubi pulmo tãgit pectus

Aliud melius. Deſtillet butyrũ per balneũ mariæ, & miſeatur cum oleo amygdalarũ, & ſucco illo & ℥. i. aquæ uitę ſeptẽ coctionum, & inungatur ut ſupra.

Quòd ſi per hæc auxilia nõ iuuaretur, deueniendum eſt ad exhibitionem aquæ thermarum, aut decocti ligni Indici in quo obſeruare oportet ne aſſumat corticem in hac cauſa, quia difficultatem ſpirandi facit: unde ſequitur, quod aqua nõ uino uti oportet. Quidam tñ è collegis, uir clariſsimus, dicit ſe obſeruaſſe corticis uſum etiam innoxium, patientibus difficultatem ſpirandi. quod ſi ita eſt (malo enim illi credere quã mihi) & cortex & uinum poſſet exhiberi. Dictũ tamen eſt per alium collegam clariſsimũ quod bonum eſt ab initio ſubſiſtere ab exhibitione uini, & uidere an ſuperfluo calore afficiatur à potu aquæ. Menſe ergo Maij ſi alia non profecerint, ſumat hoc decoctum ab initio menſis.

Recipe ligni Indi bene olentis & acris guſtus, & tenuiter deraſi ℔. i cubebarum ʒ. vi. labruſcæ uiridis m̃. i. infundatur lignũ in aquæ ℔. xv. per uiginti qua-

tuor

tuor, inde coquāt ad cōſumptionē quartæ partis: poſt adddantur cubebæ cōfractæ & labruſca, & permittatur decoqui ad conſumptionē alterius quartę partis, deinde colet, & de hoc bibat ℥.vi. mane: & ſi poteſt ſudare, ſudet. Primis quinque diebus abſtineat ab omni cibo, ſed ſit cōtentus pane leuiſsimo ſupraſcripto & uuis paſsis: & ſi non poteſt ferre inediam per quinque dies, ferat ſaltem per tres. Bibat etiam cum cibo de hac aqua uſq; ad triginta dies ſaltem, & nihil aliud, niſi quod ſingulis tribus diebus aut quatuor bibat ℥. v. uini flaui ſubdulcis odorati, & hoc ſi uentriculus uideatur illi debilis, uel uehementi deſiderio uini teneatur: interdiu non bibat aquam, nec aliud, neq; enim multū ſitiet ob labruſcam, necſe exponat aëri niſi trāquillo ſereno calido & ante prandiū uel ante cœnam. Aqua deberet fieri ſingulo die: & ideo ꝓ medietate tantū, uel ad ſummū alternis diebus. Poſt illos quinque dies uel poſt tres, ſi non potuerit tolerare in mane hora xij, comedat ſolū panē & paſſulas, ut dictū eſt: in ueſperi aūt hora xxij edat per

aut pullum aut columbum ſylueſtrē iuuenē, aut duas aues paruas, quales ſunt turdi, merulæ aut galinaginem: aut grauiam auem, quā nos uocamus pauonculum cū uuis paſsis etiam. Antequam uerò aſſumat hoc decoctum, purgetur cū manna, & his quæ ſuperius dicta ſunt. Et hæc eſt opinio noſtra de potu aquæ ligni. Clariſsimi collegę addiderunt ſuper hæc in decocto abſinthium, cichorium, aſplenium, eupatorium, paſſulas: quæ omnia cum ſanthalis, quæ à nobis commemorata ſunt, maximè conueniunt, ut nihil melius: uerum adeò ingratam reddent potionē, ut uix eam perferre poſsit. Si tamen perferet, erit admodum utilis: & ego eam maximè laudo. De aquis autem thermarum, quia tempus exhibēdi longius abeſt, dicere ſuperſedeo.

Quod ſi nec ex his ſoluatur morbus, ut pote cōtumaciſsimus, fontes fiant ſub genu in utroq; crure. Fontes enim hi trahunt materiam ex profundo, quamuis uideantur ignoti fuiſſe antiquis: nec ſcio aliquem authorem Gręcum aut Latinū, aut Arabē, qui de hoc tractauerint. Propter

pter hoc exiſtimo opportunum eſſe, ut
hocloco hanc doctrinam breuiſsimè ex
pediam. Omnis dolor fit circa mediocri
tatem, & non fit ex mediocritate, ut ex
tēperamento, id eſt, quod illud quod de
bet facere dolorem, oportet ut generet
intemperiē & generet in mediocri tem-
pore: quia ſi nimis celeriter aut tardè do-
lor non fit, aut ualde exiguus, ergo ſi fiat
eſcharoticum, quod celerrimè operetur:
uel tardiſsimè nullum faciet dolorē, aut
ualde exiguum. Et ideo deſcribam duo
genera eſcaroticorum, quorum unū ope
ratur in uigintiquatuor horis, & nullum
facit dolorem propter tarditatem.

Recipe calcis uiuæ, ſaponis Gallici an.
partes æquales: miſce & ſupponatur.
Appello ſaponem Gallicum, ſapone ni-
nigrum, ſeu tenerum, alterum propter ce
leritatem minimum affert dolorem, cui-
us deſcriptio eſt.

Recipe capitelli ℔. ij. calcis uiuæ ℔. s.
cineris roboris ℥ iij. His contritis ſuper-
fundatur aqua, & poſt horam educatur,
& ſtatim ſuperponatur alteri calci uiuę
& cineribus, & rurſus excipiatur: poſt ſu

perponatur tertio alteri calci uiuæ & cineribus, quibus addantur chalcanthi cõtriti ℥. i.s. & poſt horam tollatur: ultimo ſuperponatur tantundem calcis uiuæ cineris & chalcanthi, & addantur æruginis in puluerem redacti ℥. s. poſt horam accipe aquam, & eam coge lento igne, & proijciatur ſuper lapidem marmoreum, & ita cogetur & conſeruetur in uaſe uitreo in loco ſicco. Modus operandi talis eſt. Acccipe ceratum diaquilon ſimplex, & extende ſuper corium rotundum, & in medio eius fac foramen rotundum quantitate grani milij Indici ſeu melegæ & ſuperpone ceratum loco: deinde madefacito è directo foraminis cum ſaliua: deinde ſuperponito, eſcharoticum, & ſuper eſcharoticum ſuperponatur ceratum aliud diaquilon ſimplex, & ligetur locus, & nullo modo moueatur, nam in motu magnum eſt detrimentum & maius periculum. Melius autem fit cum ferro: & ideo dicebat Rinaldus de Villa noua in parabolis: meticuloſis tantummodo conuenit uti medicinis. Quo ad locum dicebat idem ibidem, quę ſunt educen-

educenda per eſcharotica medicamenta inter muſculum & muſculum prope locum, & prope uenam magnam: quæ à loco ipſo deriuetur facto ſuum, ſunt educenda. Ex quo patet, quod tres conditiones debet habere talis ſinus, quod ſit inter muſculum & muſculum, ne lædatur motus: & ut melius materia colligatur, quod ſit è directo loci patientis, iuxta doctrinam Galeni κατὰ ἴξιν, & hoc eſt melius quam prope: quod ſit prope uas magnum, ueniens è loco. Addo duas alias conditiones, quod non ſit nimis profundum, ne tranſeat in ulcus chironium, & ne ſit in loco obnoxio motui, ne ex quacunque cauſa proritetur à motu. Fiat ergo ſub genu per quatuor digitos in parte domeſtica, ſi nolit equitare: in ſylueſtri, ſi uelit. Vtrum uerò propè an procul, dico (non in hoc caſu tantum, ſed in omnibus alijs, quia de hoc auxilio nullibi tractauimus, niſi hic, ut faciamus perfectam doctrinam) quod ſtatuendus eſt ſinus prope locum affectum, ſi materia ſit pauca & procul: ſi ſit multa, dũmodo, tamen in medio, non ſit membrum

principale,ſuper quod uas illud tranſeat quod deriuetur ad locum. De utilitate dicebat Rinaldus loco ſupradicto, materia quæ non poteſt deduci per naturales locos ullis medicinis, inſtrumẽtis, prope locum per ſinus eſt educenda. Et eſt ſumptum ab Auicenna quarta quarti, ubi agit de ulceribus. Natura expellit (inquit) ad ulcera reſiduum ſuperfluorum, quæ in morbis generantur. Et ita patet, quantum inutilitatis in hoc caſu fontes afferre poſsint. Cuſtodia uerò talis eſſe debet excidente eſchara, quod fit plerunque iuxta ſeptimam diem: imponatur cicer cum acie infrà, & ligetur ita quod perforet ſenſim carnem ſine dolore tamen, quod contingit propter corruptionem eius: ubi uerò caro perforata fuerit, q̊d contingit poſt unam diem, pleruncp imponatur ſphęrula ex cęra alba, & ligetur ſic, ut comprimat carnem ſine dolore tamen, interponendo lanam aut cotum inter uinculum & ſphærulam. Quod ſi locus inflammetur, inungatur iugurca oleo roſaceo omphacino. Sin autem conſolidetur nobis inuitis, fiat puluis ille de
ſcri-

ſcriptus in libris de ſubtilitate, ad carnē narium, & in collo ueſicæ exedendā, & imponatur ſub pila: quia lōgè melius eſt præcipitato, à quo omnino cauendū eſt, quia offendit reſpirationem. Et hæc de tertia intentione & auxilio fontium generaliter dicta ſint.

Deueniendo modo ad proprium caſum, periculum eſt ne ex fontibus ulcera prauè euadant, non ſolū iuxta dicta Auicennæ, ſed etiam Hipp. & ne materia uniuerſa ad locum confluat, & crura inflentur. Sed tamen ſi purgato & ſiccato bene corpore hæc fiāt, nullum imminet periculum. Tandem ſi nec per iſta curetur morbus facta miſsione ſanguinis, & iā ſublata tympanitide, & præpurgato diligentiſsime corpore cum medicamentis etiam ualidis, utpote cum catapotijs aggregatiuis, uel melius cum hiera, quæ excipit colocythidam: dico autem hierā Galeni factam cum additione colocynthidæ, uel melius cum frequenti expurgatione medicamentorum ſuperius deſcriptorum in tēpore autumni, uel alio ueræ ſequenti, adhibeat quartum genus

curationis quod exuſtione conſtat. Cuius cũ locuplex mentio fiat apud Aetiũ & apud ipſum ſolum, placuit, ne ut dici ſolet, bene dicta uertendo malè ut rẽ faceret ſuam, aſcribere ipſius authoris propria uerba, quæ ſunt: Iuxta medium commiſſuræ clauicularum utrinq; una cruſta inuratur, cũ cautione tñ, admotis manibus diſtenta cute, ne aſpera arteria oblædatur. Deinde aliæ duæ paruæ iuxta carotidas colli arterias infligẽdæ, paululũ ſubmento utrinq; unà, incũbentis cutis tm̃ peruſtiõe facta. Infligendæ aũt adhuc aliæ duæ ſub mamillas inter tertiã ac quartã coſtam, rurſumq; aliæ duæ retrorſum uerſus inter quintam ac ſextam coſtã. In medio etiã pectore unã inurere oportet & iuxta principiũ oſsis pectoris, q̃d à capitis gladij ſimilitudine Xiphoides græcis appellatur: ſupra os ipſius uentris unam ſimili modo, & adhuc alias duas inter octauam & nonã coſtã utrinq; unam. Tres etiam retro inurendæ ſunt cruſtæ: una iuxta medium dorſi, reliquæ duæ ab utraq; uertebrarum parte, paululum infra mediam cruſtam. Omnes autẽ infra

collum

collum inuſtas, mediocriter latas eſſe cõ uenit, neq; ualde in ſuperficie conſiſtentes, neq; rurſus nimium profundas. Vlcera autem cruſtarum ſatis multo tempore fluida permittere oportet.

Hæc igitur de morbis principalioribus quæ etiam aliĳs annexis magna ex parte conueniunt, quia tamen adeſt tumor in cruribus qui ut dictum eſt, poſſet uehementius augeri, & ubi ad ſuperiora contrahetur, afferre periculũ uitæ, ideo etiam de illo aliqua dicere conuenit. Et manifeſtum eſt, quod debet reponi in capitulo hypoſarcæ, non œdematis: quia cura ei conuenit hypoſarcę principalius quã œdematis, igitur debet reponi in capite hypoſarcæ. Nam cum hypoſarcę cura ſit fermè ea quæ aſcitis, ut Auicẽna refert: ædematis aũt ut aſtringentibus, & repellentib. utamur, ut docet in tertia quarti, & cum uinculis & cum ſpongĳs ex aceto uel lixiuio impoſitis, & cũ aqua caulis & ciceribus & noſtra ætate utũtur caliga ex corio canis, & multũ conferre ſolet: quæ nihilominus, ut dixi, hic nõ conueniunt. Conueniunt tamen confirmantia

tia

tia membrum, uelut lotio ex uino nigro, in quo libanotis, ſaluia, betonica, ſal & ſulphur incocta ſint. Sicut è diuerſo non coueniunt quædam, quæ ſoli hypoſarcę ſunt propria, ut cucurbitulę, quę aquam extrahere ſolent. nam cũ membrum ſit imbecille, plus trahitur materiæ ad locũ, quam poſsit euacuari ex tali ſectione: ideo in talibus fit error peior priore. Ideo ego cum curarẽ cauponem quẽdam ex hypoſarca, abſtinui ab hoc auxilio, quãuis Aetij. Ex auxilio autem Aetij licet ab initio uideantur leuari omnes, tandem perijſſe uidi: & ſi tempus eſſet, declararẽ cauſam huius, ideo non conuenit niſi robuſta adhuc parte. Eſt igitᷣ medicamentum hoc. R. fructuum iuniperi maioris, quæ planta eſt cedro ſimilis, & fructus æqualis fructui cupreſsi ℥. ij. aquæ ℔. iij. coquãtur donec redeant ad ℔. i. & fiet aqua illa rubens, de qua capiat ℥. iiij cum ʒ. i. fructuum iuniperi minoris, & conuenit in alijs diſpoſitionib. dictis. Prouocetur quoqꝫ ſudor, & fontes & aqua ligni: etiam huic diſpoſitioni ualde auxiliabũtur, exterius aũt applicetur hoc. R. foliorum

rum lilij in clibano ſiccatorum, thuris, ſty racis ſiccę, abſinthij, calami aromatici, ſpi cę nardi, muſci adnaſcentis coniferæ ar= bori, & eſt herba minuta odorata ualde, ſingulorũ ℥. i. fiat caliga è ſpongia, & ſu= perfuſo hoc puluere ſuper alligetur, & iu uabit multum. Hæc exiſtimo ſatisfa= ctura, & ſi rectè obſeruentur: ac ad ungu em, Deo dante, ſpero ſanitatem recupe- raturum, ſaltẽ magna ex parte. Sed ſi deli querit uel minima ex parte, ſciat qd Ga- lenus dicat dum de tabe agit: & ſi quæ clara minus uidebũtur aut abſoluta, me dicus cum ſit peritus & expertus ſup= plebit. Talibus enim, ut inquit Gale= nus, multa eorũ arbitrio ſunt relinquen= da. Atq; hæc forma eſt conſilij medio- cris, nam magnum conſtruximus in cau ſa Pontificis Amulthonis: parui au- tem hoc erit exem- plum.

*Conſilij pro laborante difficultate ſpirandi Finis.*

CON-

# CONSILIVM PRO MERCATORE MEDIOLANENſi De Caſsinis, laborante iam biẽnio doloribus uentriculi cum alijs diſpoſitionibus ob morbum Gallicum malè curatum, qui eo ſanatus eſt intra quadraginta dies, ut fratribus ſuis pollicitus eram. Et eſt Hippocraticum.

OPortet eum qui ſanare uult morbũ, illum cognoſcere atq; eius cauſam. Quod ad morbũ attinet uerſatur maximè circa uentriculũ multiplici affectu: mala coctione, dolore, flatu, alui duritie atq; huiuſmodi, quæ omnia pendent, ut recte inquit Hippocrates, in libro de ueteri Medicina ex duobus; ex comparatione ciborum & eorum quæ aſſumuntur ad hominem, & exuperantia ac uictoria rei quæ aſſumitur ſupra uires, uel ẽ cõtra. Ideo & in hoc conſyderare iubet ut quæ aſſumuntur, morbum haud augeant. Et ideò cum ue

risi-

ſimile ſit quod & dictum eſt ab excellentia tua, eſſe humores crudos, craſſos, lentóſque qui intemperiem procreent frigidam, utroque modo, & imbecillitate caloris naturalis, & qualitate, ut tandem iecur ſibi concoquat. Tertio de Facultatibus naturalibus, cogitur ſupplere uices defectus uentriculi, atque ita ſupra modum excoquere, unde tum ob id, tum ob obſtructiones incaleſcit & exurit feces: unde fit durities alui, tum etiam exurit materiam quæ protruditur ad renes, unde fit dolor adeo magnus, ut ille ſit qui primum reuocet animũ patiẽtis ad ſe. Et quoniam magnus eſt conſenſus inter renes & teſticulos, ideo tranſmiſſa portione materiæ & flatus, ad huc compatitur teſticulus alter. Cauſa ergo eſt intemperies & defectus caloris naturalis cum materia craſſã, lenta, cruda, ideoq; terrea, etiam cum flatu dolore & obſtructionibus.

Prædictio: morbus hic non eſt ſatis conueniens ætati, eſt tamen conueniens regioni, & cauſæ morbi, ut pote Indici, uel etiã auxilijs, ut rectè dictũ eſt,

de

de exhibitione colocynthidæ ideo quod ad uitam minuspericuloſus, quia tamen dolor eſt propriè cauſa abſceſſuũ & maximè in locis ſanguineis, ut docet Hippocrates libro de ueteri Medicina, (In fine) ideò circa renes eſt periculum ne abſceſſu aliquo tentetur. Dolor præterea uentriculi diuturnus ut princeps dicit, ſolet abſceſſum durum generare. Quia tamen huiuſmodi diſpoſitiones ſoluuntur medicamentis morbi illius Indici, quamuis genere ſint inſanabiles, & ſi cura propria non ſoleat ſanari, cura hac ſanabitur perfectè ut infra.

Et ideo circa curationem intelligendum eſt, quod curatio debet fieri per attenuantem uictum & quia hic eſt quadruplex apud Galenum & Hippocratem, ſcilicet in quantitate, ut ſit paucum alimentum quod exhibetur, in qualitate ut parum nutriat in ſubſtantia quod exhibeat nutrimentum tenue & poteſtate quod attenuet: De primo, tertio & quarto modo nõ eſt dubitatio, quia paucum, ut dicit Hippocrates libro de ueteri Medicina, facilius coquitur quam multum

tum,& tenue alimentum opponitur cauſæ morbum facienti celeriuſq; diſtribuitur. Et rurſus attenuantia, ut Galenus ait in libro de Attenuante uictu, multũ conferunt in longis morbis. Ideo in genere habemus rationem uictus.

In ſpecie autem oportet animaduertere communẽ errorem eorum qui putant quod ſicca in actu conferant, cum hoc ſit falſum ſed debẽt muniri liquidis & ualde coctis ac enictis à multa aqua & igne ac diuturna coctione. Et ideò ptiſana ordeacea facta ex ordeo & non farina in iure columborum ſylueſtrium uel ſaltem turritorum eſſet bona. Addendo in fine ℈.i.piperis confracti non contriti et ℥ iij. Sachari de Medera & ſapæ optime ℥ s. & origani & maxime cretici, q̊d optime olet ʒ.i.pro quibuslibet ℥.vi.ptiſanæ,& ita eſſet ſuauis,& ualde utilis ad morbum, cauſam morbi,& ratione cibi.

Vtrum autem conueniat cibis in ſecundo genere attenuans? reſpondeo, quod debet eſſe mediocris ſcilicet ex pane leuiſsimo,artopyro & ptiſana prædicta,propter uires & ex alia parte humo-

res crudos & coctionem impeditam.

Conuenient ergo carnes auium non aquatilium & maximè, ut dicit Hippocrates in ſecunda de dieta, uiuentium in montanis locis & ex granis ut palumbium, turturum, tũ etiã pullorum & ex his maximè alæ. Et ex quadrupedibus ſolæ hędinæ. Et aliquando in alium deffectu auicularũ paruarũ, & maximè paſſerũ. Et uitellis ouorũ raro, & quãdo nõ comedit carnes, ſorbilib. uti poterit. Ergo uitabit reliquorũ quadrupedũ carnes & oẽs cibos ex farina uel lacte cõfectos, & oẽs radices, & legumina oĩa & ius eorũ etiam.

De fructib. aũt poterit uti uuis paſsis, capparibus, piſtacijs in marciopane confectis cum ſaccharo, & alij non ſunt tuti donec ad ſanitatem reſtituãtur. Cibi tamen poterũt cõdiri Alleo, cœpis ac porris, ſed nõ edat illos. Ex oleribus plurima utilia ſunt, & primo ruta à qua forſan egregiè iuuabitur, menta, ſiſimbriũ, draco, ſerpyllũ, Naſturtiũ, ſinapis, ſaluia, ozimũ, maiorana, fœniculus, eruca ſed cocta gingiber etiã ſeu zinziber, pip, ut dixi, cinamomũ uulgare, macer, croc9, amomũ,

uerum

uerum lignū aloēs, Cardamomū maius, lōgū piper & Antropophagorū, omnia rite adhibita utilia ſūt. Cerefoliū etiā ualde utile eſt. Sed caueat à cicuta q̄ illi ſimilis eſt, & paſtinaca, laudo etiā piperitim.

Acetū, oleū, ſal, mel, ſaccharū moderate adhibita & ſumpta, nō tantū ſunt utilia ꝗ̄ neceſſaria. Piſciū ſquāmoſi, lati, pōdere leues, in alto mari uel inter ſaxa degentes, alba carne, mediocri magnitudine, & ex his qui ſaxatiles uocantur optimi. Sed piſcium qui in aquis dulcibus naſcuntur nullū genus recipio, quāquam ex his omniū ſaluberrimi ſint Percæ & Vairones, qui ſunt minuti piſces. Vinum laudo flauum, odoratū, non tamen ualde potens, modica aqua deſtillata per uas uitreū licet non in balneo permiſtum. Quod ſi quis uelit aquę illi ante quam diſtilleť incoquere in ℔.x.℥.s thuris minuti lucidi & bene olentis aut Carmomi maioris uel cinamomi electi uel ueri amomi inde deſtillare, erit lōge melior. Quod ſi uinum huiuſmodi non inueniať & uelit bibere aquā, eādē faciemus.

Recipe Sacchari mederę uel mellis Hi

ſpani uel Græci ℥. iiij. Aquæ ℔. vi. Cardamomi maioris, Cinamomi interioris, piperis longi, gingiberis, nucis myriſticæ, ligni aloës, ſingulorũ drach. s. liquiritiæ recentis ſiccatę in furno ʒ. vi coquantur ſaccharum & liquiritia ad conſumptionem tertiæ partis, inde reliqua omnia odorata trita ſubtiliſsimè addãtur feruẽte adhuc aqua, & tegatur optimè uas, & ſuper calidos cineres ſinatur refrigerari & coletur & erit iucũdior ab uſu ipſo uino, & ualde ſalutaris. Sed ſi poteſt ferre crocum orientalẽ, addatur cum reliquis odoratis, & ſimiliter ſi habeat uerum amomum.

Et quia, ut dixit Hippocrates (2. De Nat. H Et de decenti ornatu) neceſſe eſt etiam medico ſcire loca & regiones conuenientes morbis aut quæ augent morbos & domos & ita permutare. Quia ergo Belgica Gallia admodum frigida eſt & hyems & materia morbi frigida, ideo oportet ut habitet inter duo ſolaria in cubiculo è larice toto & in eo perpetuo accenſus ſit ignis ex lignis iuniperi ueteris & ſiccialiter ex lignis uitis aut ficul-

culneis & pyri aut lauri, aut denique ex his quæ reſinam mittunt, larice, abiete, pinu, piceaue: uel in horum omnium defectu, apponantur ſuper ignem thus uel ſtyrax aut roſmarinus aut aſſa odorata, quam uocant belzoi ſuccinum, lignum aloës uel crocus aut reſina ipſa abietis. Et ſimiliter habeat in cubiculo Moſchū, zibetum, Ambram orientalem. Et quando Sol illuceſsit permittat per duas horas perflari cubiculum, quod parte qua aperitur reſpiciat orientem.

Curet præterea ne ciborum quantitate exuperet, nec uarietate, nec edat ſine fame: pręcedatq́ exercitium & frictio cibum, & hæc omnia alui deiectio: quę ut facilis fiat, fiat canalis ex plumbo albo in quem ponatur embolus, & impleatur butyro & modico ſale, & per embolum exprimatur in anum uelut de clyſtery, & eſt res facilis & ualde commoda. Et ante omnia hęc, utatur ſomno diuturno & nō ſurgat donec ſenſerit cibum è uentriculo deſcendiſſe. Et ita his pręceptis proficiet ualde, & erit ſecurus quod ex cibi aſſumptione non lædetur.

Quod ad medicamenta attinet probo omnia quæ adducta ſunt per excellentiam tuam, nec opus eſſe credo multum illis medicamentis purgãtibus, quia multipliciter ſunt in exceptione Hippoc. libro de uermi uſu. Et ideo ab illis ſuperſedeo optimũ autẽ meo iudicio fiet per dyſteres huiuſmodi concocta materia.

Recipe Vrticæ, betonicæ, rute, uiticis, naſturtij, radicis ariſtolochiæ lõgæ. Mercurialis, origani. pulegij, diptami albi, hyſopi, hypericonis, omniũ ſi fieri poteſt oriẽtalium añ. m. i. foliorum ſenę, camomillę, anethi, baccarum lauri añ, ʒ. x. gallum uanum ueterẽ, polypodij ʒ. xi. Gingiberis ʒ. i. s. aquæ ℔. xxx. coquantur omnia gallo incluſa aut duobus gallis donec redeant ad ℔. iij. inde coletur & antequam rę frigeretur diſſoluantur in eo iure ʒ. iij. ſalis communis. De hoc cape ℔. i. aut paulo minus diaçatholicõis ℥. i. mellis crudi ℥. i. olei de cnico uel loco eius de lini ſemine uel olei de croco uel de ſpica communi ℥. ij. diaçatholiconis ℥. i. fiat clyſter, ponantur tria, unum ſingulo mane uel alternis diebus, ſi plurimum purgent, ante

te prandium, & ſint ſimilia in omnibus. Inde quieſcat per duas horas antequam comedat & leuiſsime prandeat.

Item deferat ſmaragdum collo appenſum magnum & ſatis uiridẽ orientalem, licet non ſit admodum perſpicuus, quia tunc eſſet immenſi precij. Et etiã bibat ʒ. i. illius ſubtiliſsimè contriti & ſit uiridis admodum & perſpicuus, ſed ſint parua fruſta & tardet cibũ ſeptem horis, & die antecedente nihil cœnet, & bibat cũ modico pinguis, iuris. Et parum admodum comedat in prandio. Et ferat pellẽ leporis albi bene dẽſam ex his q̃ ex Sarmatia deferuntur, quæ tegat totum uentrem.

Et cum preſeruatus fuerit hoc modo uideat an tantum proficiat ut curetur, ſi curatur, bene eſt, ſi nõ, bibet uinũ hoc infraſcriptũ etiã media hyeme cõcluſus in cubiculo calidiore ac medio inter uaporarium & domum omnino temperatã. Et comedat in mane uuas paſſas tantum cũ pane & ueſperi uncias duas tantũ panis leuiſsimi. Et totã carnem alarum unius pulli. & bibat etiam modicũ illius uel madefaciat in eo panem optime & non

comedat aliud per illos triginta dies,& in mane etiam comedat panem illũ madefactũ in iure pulli adeo diu ut ſit quaſi panis coctus & ſit artopyrus. Et bibat de uino infraſcripto.

Recipe Corticis ligni Indi electi nigri intus recentis,& cuius lignum ſit pinguiſsimum ℔.i.s. pulueratũ optime,infunde in ℔ xxx. uini flaui, tenuis: odorati, clari, ſynceri & potentis, thuris electi ℥. s. ligni aloës, cinamomi, Cardamomi maioris,piperis longi,añ ℈.ij.mentæ rubræ, origani cretici, añ. ℥.s. infundantur per horas xxiiij. cum ℥. s. rhabarbari electi maturi ac quaſi rubentis & ponderoſi,minutimque inciſi,inde coquantur in uaſe uitreo concluſo orificio in balneo mariæ,donec decreſcat quarta pars. In fine dum ab igne remouetur, addantur ſyrupi de pomis completi de corticibus citri & ſabor regis,añ.℥.iij.& miſceatur cum ligno ſpicæ uulgaris donec refrigeretur. Et de hoc bibat colato ℥.vi. hora xx.& ℥.v. hora ſecunda noctis tegendo ſe in lecto & comedat poſt tres horas ſcilicet prandendo hora xviij. &

cænan-

cænando hora quinta noctis, & ſumat calidiſsimum & colatum tamen. De eodem bibet colato ſed frigidum cum cibo, & nihil aliud omnino. Et ſpero quod perfectè ſanabitur. Sed oportet ut habeat Medicum prudentem & qui intra limites huius conſilij ſe contineat. anno 1560. Papiæ.

*Hieronymus Cardanus Medicus Conſilij Hippopocratici in dolore uentriculi ex morbo intercutis, Finis.*

CON.

## CONSILIVM HIERONYMI Cardani Mediolanenſis Medici pro Magnifico Domino Franciſco. Maria ciue Genuenſi: pro ſurditate.

QVoniã altius repetere rem oportet, ob illius difficultatem, ſciendũ ꝙ impedimenta qbus homines uidentur ab aliqua operatione ꝓhiberi, ſunt ſeptẽ. Primum eſt à natura uelut q̃d equus non utatur ratione, uel homo intellectu, nã homo non uere intelligit, ſed perfectio ratiõis, quæ in illo ſumma eſt, hoc nõ eſt in caſu. Secundus modus eſt ut inſtrumẽtũ ſit corruptũ ſecũdũ cõpoſitionẽ, ut in oculis effoſsis, ubi facultas in inſtrumẽto abolita eſt, nã facultatẽ eſſe abolitã non corrupto inſtrumẽto eſt abſurdũ ſiqdem, nunquã uidemus quanquã deſtitutũ facultate, imo ne functione quidẽ plene, niſi inſtrumento corrupto: anima em̃ cũ omnes facultates in ea una ſint & uidere, & audire, & cogitare, per ſe priu ari non poteſt aliqua illorum,

rum, ſed ut in inſtrumẽto: ſed neq; hic ſecundus modus eſt in propoſito, nam priuatio facultatis eſt, cum omni plenaqúe priuatione functionis, ſed hic non eſt priuatio totius functionis, igitur neque facultatis. Tertius modus eſt cum facultas aboletur ſine corruptione inſtrumenti, ſed ſola manet intemperies, ſed neque ſumus in caſu quoniã operatio non eſt abolita. Quartus modus eſt, cum operatio eſt ex toto abolita, ſed ex cauſa mobili, uelut in aphoriſmo illo: quibus in febrib. aures obſurduerint, hic deſunt duę cõditiones, materiæ mobilitas & abolita functio. Quintus modus eſt ut ſit impedimentum in functione ſtabile, per quod tota habeatur functio & hoc non eſt in caſu. Reliquuntur duo modi in caſu, unus eſt quod ex obſtructione lapidea iſtud contigerit, ſicut uidi in quodam Hiſpano, ſed hoc non credo, quia iam in tot annis fuiſſet factus iam perfecte ſurdus, tum quia talis durities ſemper auget̃, tũ q̃a frigiditas ex illa duritie in cerebro magis creſcit, & etiã illa duritities perciperetur per auriſcalpia, & cũ digi-

digito, quod non credo. bonum fuiſſet tamen ut ſcripſiſſet de hoc, præterea raro tales obſurdeſcunt, ex hac cauſa in ambabus auribus ſimul, & clara eſt ratio. Concludo ergo quod hæc non ſit ſurditas ſed imbecillitas magna auditus, facta ex diſſolutione ſubſtantiæ cerebri, propter adhibitam ſtillam anno 1529. Corſene & 1530. in ſancto Philippo, quod etiam concordat cum experimento quod ei ſuccedit, & ſimiliter ex hoc patet cauſa quo omnia auxilia adhibita uelut pinguedo anguillę & ſimilia non iuuerunt, imò audacter dico quod nocuerunt. Eſt enim una regula noſtra in primo libro de dẽtibus: Omne auxiliũ quod eſt proprium & non eſt proprium illi affectui, neceſſario nocet & nouum morbum generare aptum eſt. Quod ad prognoſticum attinet, imbecillitas uehemens quę prouenit à diſſolutione ſubſtantiæ membri principalis, ſeu fuerit in ſene ſeu diuturna, eſt prorſus inſanabilis. In iuuentute autem fuiſſet ſanabilis, licet etiam maxima difficultate.

Quantum ad curationem, tota conſiſtit

ſtit, ſi quidomnino ſuperſit auxilij, quod ualde per exiguum eſſe exiſtimo, in confirmatione ipſius cerebri quæ ſic habetur ex primo libro noſtro de dentibus. Quæ confirmant caput & cerebrum in regione temperata ſubtilis aëris & boni aprica & eleuata & non iuxta aquas ſed terram arenoſam. Cubiculnm eligere oportet in quod ſolis radij ab illius ortu hyemali uſq; ad tertiam horam ſolſtitialem nec ultra ingrediantur: Aeſtate uerò per primam horam diei ſolum quod ratione mathematica conſtat. Manifeſtum uerò ex ijſdem quod boreali uenter exponetur. Cum uero ſol abfuerit, & tempus ſerenũ fuerit, feneſtrę oppoſite ſemper pateant, ut locus perfletur, & nõ ſub crepuſculis neq; nocte ſed die tantum: & ſit cubiculum, ut dicit ſolet, inter duo ſolaria, deferat etiã collo appenſum ſmaragdum magnũ orientalem, & cum lauerit caput lixiuio lauet poſt ſtatim manibus madidis aqua frigida deinde ſuperfundat confertim ℥.vi. aquæ frigidæ alia uice duodecim, alia decemocto, & ita aſcendendo uſq; ad ℥.ſexaginta, & hoc faciat

ciat non duabus conditionib. Prima q̃d ſit aſſuetus lauare caput cum lixiuio. Secunda quod ferat facile hoc auxilium, & ubi potuerit ferre, ſiccet caput poſtea cum linteis frigidis & non calidis & ſiccetur perfecte, impēdendo ſaltem horā. Comedat autem carnes columborum ex turri qui nondum perfecerint plumas, ſint teneri, & cerebra gallinarum & cerebra leporum, condita cum ligno aloēs, & cardamomo maiore, & aniculas aſſatas in ueru cum rore marino plenas fructibus iuniperi recentibus, & amigdalas in pollinem redactas & decoctas in iure pulli cum ſaccharo, & ſingulo mane purget nares quantum poteſt, etiam cum aqua tepida ſi eſt neceſſe, & odoret roſas & ambram & quod expertus fuerit conferre, & prandeat mane tempeſtiuè poſt exercitationē & ſatis bene: poſt quieſcat ſaltim per quinque horas & inde non exerceatur niſi lento paſſu, uſque ad horam cenæ. In aurem ſi quid eſt quod poſsit prodeſſe, quod etiam tentandum ſuadeo, eſt elyſirnite, atque hæc ſatis, nam & ſi multa alia ſint quæ prodeſſe

deſſe poſſunt, ſi tamen hæc non profue-rint neq; illa, ſi autem profecerint ſcribe-tis & reſcribam.

Et quia requiris ultra hoc, an ex aſtris hoc decernatur, & an ab illis paſsio peti auxilium? Reſpondeo quod aſtrologia noſtræ ætatis non eſt uera, quia non eſt cognita. Principia enim illa Ptolomei euariant ab eo quod uidetur & contingit. Sunt præterea errores in motibus ac locis aſtrorum, ut apparet ex tabulis Prutenicis, quæ ſolæ conſentiunt cum experimento. Præterea oporteret ſcire modum motuum illorum. Declaratum eſt enim à nobis in Quintodecimo Paralipomenon quod neque per excentrices neque paruos circulos neque per utroſque poſſunt ſeruari quæ apparent in aſtris, & niſi ſciamus cur, gratia exempli luna ſit dimidia, non poſſumus ſcire quid decernat. Quod tamen eſt perſpicuum, eſt quod Sol & cæteri Planetæ cum ſint in piſcibus decernunt ſurditates & muritates. Piſces enim parum audiunt & uoce carent. Et Sol in oppo-ſito

oppoſitio Saturni infelicis tale incōmodum ſignificabat Et affectus apparuerūt annis MDXXII. XXIII. & XXX. cum Saturnus premebat Iouem ac Mercurium & ideo cum ars ſit imperfecta licet adumbret aliquid, poteſt tamen magis eſſe cauſa erroris quam iuuare nos. Et etiam hæc contemplatio eſt extra medicinā. Nec uideo auxilium ex directione Iouis ad Venerem, quæ enim apud nos ſunt tametſi illis ſubijciuntur tamen ſunt certiora. Et ſi ſpes etiam aliqua in hoc diligentius etiam conſideraſſem.

*Conſilij pro Surditate Finis.*

CON.

# CONSILIVM GENERAtale, pro fluxu ſanguinis coercendo.

TRia eſſe conſtat conſideranda circa ſanguinē fluentem immodicè coercendum: locus, cauſa, auxilium: circa locum duo, uel ex qua parte, ut ex ſimilibus inſtrumentis. Ex ſimilibus, quia uel fluit è carne, quod raro contingit: uel uenis, qui maior eſt: uel ab arterijs, & eſt difficillimus, & tunc ſuccedit ratione compoſitionis in arterijs & uenis, ut ſint paruæ uel magnæ, & ita ſunt iam quinq; modi.

Sed ex inſtrumentis etiam eſt, quod locus uel ſubijcitur oculis, uel tactui, & non oculis, id eſt, quod manus poteſt attingere, uel non poteſt: uel eſt ualde profundus locus: exemplum eius qui uidetur loci, dum è uulnere fluit: exemplum dum pertingimus manu, ut in hęmorroidibus & fluxu ſanguinis narium: exemplum cum non pertingit, ut ſi ex uentri

culo, iecore: exemplum ualde profundi, ut in pulmone & renibus, ut Galeni utar exemplis. ſunt igitur ductis quatuor in quinque iam xx. modi.

Circa cauſam illa eſt uel apertio oris uenæ, uel eroſio, ut in ulceribus: uel diuiſio uenæ. Hæc uerò duplex, aut tota diuiſa, & eſt inciſio: uel pars, ut plerunque eſt, & uocatur ſectio. Sed uterque horum modorum, & etiam eroſio fit à cauſa exteriore uel interna, ut iam ſint ſeptem modi, eroſio ſcilicet uiolenta, & à cauſa interna & ita de inciſione & diuiſione, ut ſint ſex modi: deinde apertio, & erunt ſeptem modi: duo qui ſunt à cauſa interna diuiduntur in tria, uel à multitudine, uel à malitia humoris, uel à motu ſeu caliditate.

Sed cum eroſio contineat malitiam, erunt duplicati modi à ſectione & inciſione tantum: qui cum eſſent quatuor, fiunt octo, additis igitur tribus fiũt 11. hos igitur ſi duxeris in 20. fient modi omnes quibus profluere poteſt ſanguis à corpore 220. Ex his ſunt in carne ſeu ex uenulis 44. hi ſunt faciliores. Inter hos tamen diffi-

ficiliores ſunt 11 qui fiũt in profundo lo-
co, & ex his inſanabiles, propemodũ u-
nus qui ab eroſione interna: ex 33. reliqs
difficiles omnes, qui ab eroſione, & ſunt
ſex: igit in carne difficillimus, unus pro-
fundus cum eroſione, inde alij ſex ex ero
ſione non in ꝑfundo loco, & decẽ in pro
fundo loco, nõ ex eroſione. His propor-
tione reſpõdent, ſed deteriores 44. in ue-
nis paruis: adeo ut unus ſit propemodũ
inſanabilis, ſex alij difficiles, ſed non cũ
tanto periculo: reliqui decem cum mag-
no etiam periculo, reliqui 27 faciles.

Succedunt his 44. ab arterijs paruis
longe deteriores, & reſpondent primis,
adeo ut primus ſit penè inſanabilis, ſex
alij non cum paruo periculo difficiles e-
tiam, alij decem cum maximo periculo
difficiles, poſt qui ſunt ex uenis magnis
44. Vnus eſt abſq; cura, item, 2. qui fit in
membro non ſubiecto tactui, item alius
oẽs: is cum imminenti morte, reliqui 27.
cum maximo periculo, & uix ſanari poſ-
ſunt. Modi tamen 44. oculis ſubijci-
untur, facile ſanantur in comparatione
ad reliquos, poſt 44. alij quibus ſaltẽ ſpe-

cillo auxilia admouere licet. Modi uerò 44. arteriæ diuiſæ magnæ 33 ſunt mortales, id eſt, quę non ſunt extra: ex 33. letaliores, & pręſentem magis afferunt mortem, qui in locis iuxta cor uel ſpinā dorſi, & ita patet ratio præcedendi, item curandi, quæ difficilliores morbi auxilijs ualidioribus curari debent.

Intentiones duæ curatiuæ ſunt generales, auertere influentem ſanguinem, & prohibere fluentem: & in omnibus his præſupponitur, ut tollatur cauſa antecedens. Diuertimus ſecundum directum inter iecur & locum læſum ſi remotus ſit uel ſi locus læſus ſit propinquus iecori ultra iecur: ita quod ſemper uel iecur uel locus unde diuertimus, ſint in medio nū quam locus ex quo fluit ſanguis: nam tunc plus attraheret, ex duobus uerò modis in loco remoto, ubi ſanguis fluat diuerſio fiat iuxta iecur: ſi autem propinquo, ultra iecur: & hæc etiam conuenit, ſi à remotis fluat, ita q̃d ſi fluat à remotis primo debemus incipere ultra iecur, deinde inter iecur & locum læſum in propinquo cum loco iecoris: ſi autem fluat

ex

ex loco propinquo iecori, fiat retractio ex loco ultra iecur.

Quod ſi ſanguis ex arteria fluat, idem in corde obſeruetur quod in uenis de iecore diximus, & ſemper ex latere patientis loci. Sed prohibitio fit tribus modis, uel cum his quæ à proprietate agunt, uel locum implendo, uel partes diuulſas iungendo. Quæ implent uel aliena materia implent, uel ſanguine ipſo, uel carne uel eſchara. Ergo in uniuerſum ſunt ſex modi, horum quatuor trifariam adhiberi poſſunt; nam eſcharotica ſolum ſuper locum adhibẽtur, uel igitur intus, uel extra, ſupra locum uel è directo loci fiũt 14. modi auxiliorum, quędam autẽ habent intentiones plures ſimul, agam tamẽ de ſingulis ſeorſum.

Primus modus eſt ſiſtentium à proprietate ſanguinem applicando extra è directo, & eſt iaſpis orientalis ualde uiridis cum ſanguineis guttis magnus: & ſi neſciatur locus, applicetur ſuper iecur in ſanguine uenarum ſuper dextrũ hyppocondrium, in arteriali ſuper cordis apicem inter quintam & ſextam coſtam,

aſcendendo, ab ultima ſpuria.

Super locum ex proprietate agit ſtercus aſininum, ego tamen addo acetum: & ſit ſiccum illud: & melius, quod Maio colligitur. Item herba ſicula, quæ in xxiiij. horis conſolidat. & eſt quaſi ſimilis anetho.

III. eſt ſiſtens à proprietate intus, & eſt lachryma ceraſii, item cortex oui tritus. Qartus modus eſt cũ eſchara, & eſt ut ſuper uenã candenti ferro eſchara: excitetur, & eſt potens ualde, ſed oportet ut uena uel arteria non ſit multum profunda.

Quintus modus eſt ut extra uenæ partes iungantur: hoc autem fit duobus modis, ſubito, & cum tempore: ſubito fit tribus modis, cum digito comprimendo, & uocatur bucelatio, donec ſanguis coagatur: ſecundo ligando arteriam uel uenam iam à carne liberatam: tertio fit incidendo uenam per tranſuerſum: dicebat Galen. Concidit caro, & comprimit os uenæ, & ita ſiſtitur: dico etiã quod in bucelatione fit compreſsio loco eius cum puluinis paruis conſtringendo. Sed conſolidatio, quæ fit cum tempore, fit cum au-

auxilijs, quæ infra dicam.

Sextus modus eſt, ut iſtud fiat intus accipiendo: & hoc fit cum conglutinationibus: & in hoc genere ſunt lachrymæ omnes fermè, & thus & gariophylli incogniti. pro his uiribus & ſymphitum & mucilagines omnes, & gelatina & cibi glutinoſi, ut caſeus recens, pedes porcellorum., itria.

Septimus modus eſt eorũm. quæ exterius applicata, interiora ulcera conſolidant, & hæc parum faciunt: ſi tamen aliquid iuuat, eſt exemplum ex ſymphito & luto armeno.

Octauus modus ex implendo aliena materia: & ita facimus exemplũ ex gipſo & glutine piſcium, & non eſt melius.

Nonus fit implendo ſanguine ipſo omnia quæ refrigerant actu poteſtaúe, uel cogunt. Igitur primo aqua frigida aſsiduè ſuperimpoſita bolus armenus orientalis, lemnia terra, aqua plantaginis: apud Galenum hæmatites non ille uulgaris, ſed optimus, & herba camecisſos uocata uinca prouinca materno ſermone, acatia, hypociſtis, citini, portulaca

polygonium. Eadem uero inſeruiunt intus exhibita, uel è directo loci appoſita, ſed cum modico aceto, ut uirtus in profundum poſsit penetrare, & ita patet decimus & undecimus modus:

Duodecimus fit cum his quæ carnem generant, & eſt auxilium Galeni, primo cum thure, aloë, & pilis leporis: conſolidant & ſarcocolla, unde illi nomen inditum: ſtrenuè quoq; lachryma abietis, itẽ maſtix: eadem ut dixi, etiam cõſolidant uenas in pueris, & arterias quandoque, aut generant aneuryſma. Omnium præſentaneum auxilium afferens ad hoc. R. lachrimę abietis, ℔.i. maſticis, ſarcocolę, thuris añ ℔.s. aloës epatici ℥.viij. deſtillentur per cineres calidos, oleum ita ut non uratur. Aliud s. hyperiсonis cũ herba ℥.vi. fructuum balſaminę ℥.iiij. terebẽtinæ claræ, id eſt, lachrimæ laricis (nã fermè idem poteſt cum abietina) ℔.i. croci ℥ i. gariophyllorum ℥.i.s. miſce cum ℔. vi. olei ueteris; & maneat in ſole per xl. dies caniculares, uaſe bene concluſo: & ut fit antiquius, oleum eo redditur melius. Eadem hæc ſumpta intus ſanant, & appoſita

ſita extra in directo aliquid faciunt: unde patet decimus tertius & decimus quartus modus. Ex his licet complicare has intentiões: nam ſingularia ipſa ſunt infinita.

*Conſilij pro fluxu ſanguinis coercendo Finis.*

## HIERONYMI CARdani Mediolanenſis medici Conſilium pro Mantuano lepram patiente.

PRo declaratione huiũs morbi ſciendũ eſt, quod elephantiaſis, lepra, ſcabies, impetigo, pruritus, leuca, & alphos quæ eſt uitiligo, fermè eiuſdem ſunt generis, differuntq; tum magnitudine, tum proprijs quibuſdam differentijs & magnitudine, præſertim elephantiaſis diſſert à cęteris, adeò ut ſit carcinoma uniuerſale: omnes tamẽ hi morbi

bi conueniunt in quibuſdam, in membro affecto: quia in omnibus cutis afficitur, & quod ſunt fœdi & contagioſi licet aliqui parum, aliqui uehementer, & ſunt omnes cronici & endemij, propaganturq́ à maiorib. in deſcendentes, & ideo uocantur hęreditarij Elephantiaſis aũt eſt morbus, qui nũquam curatur: hic autem morbus non eſt elephantiaſis ſed eſt lepra Gręcorũ: quod facilè dignoſcitur, quia cũ ſit profundus, differt à ſcabie & alpho ſeu uitiligine: differt etiam à leuce, quæ eſt albaras Auicennæ, quoniam non eſt cum defœdatione cutis alba, imò potius tendit ad rubedinem differt etiam à pruritu, quoniam ibi non eſt permutatio ulla in cute, quantum ad ſubſtantiã & calorem, aut formam: ſed ab impetigine, de qua maior eſt dubitatio, quia impetigo eſt parua lepra. ergo cum hic morbus ſit difficilis, debet appellari lepra & non impetigo. conueniunt iſti affectus, quia ambo ſunt cũ pruritu profundi, ſerpunt, ſparguntur circum circa, fiunt ex humoribus aduſtis: ſed differunt in hoc propriè, quod impetigo fit ex ſe-

roſis admixtis craſsis, lepra ex craſsis admixis ſeroſis, & hæc omnia colliguntur à Paulo Aegineta in initio quarti libri à primo cap. uſque ad 6. Fiunt ergo hi duo morbi (quoniam in horum alterum neceſſe eſt ut cedat affectus hic) ex materia craſſa & melancholica, & ſeroſa, exuſtis cutem inuadentibus, ac profundius ſe immergentib. tum ſeſe in ambitum ſpargentibus cum pruritu. Aetius autem libro xiij. ca 134. dicit, quod lepra fit ex tenaciore ac craſsiore ac magis atro humore, & eſt magis aſpera ad contactũ. & pruritum inducit, & non penetrat, niſi cutem & ſquãmas magnas gignit: & ideo poteſt uocari ſcabies maior. nã niſi hoc ſigno ab ea differt & licet circa hoc multæ eſſent dubitationes: quia tamen non librum intendimus componere, ſed conſilium conſcribere, ideo properamus ad curam: tum eo magis, quod omnes autores in hoc concordant, quod iſte morbus eſt ſanabilis, & quod auxilia quæ uni conueniunt ex his affectibus, conueniũt omnibus. Et cõſtat, quod talis morbus, ut dictũ eſt, eſt elephantiaſis minor.

ſed

ſed eſt una regula generalis, quod quæcunque curant maiorem morbum, curant & minorem, ſi ſint ad unguem unius generis, uelut quæ curant comitialem, curant etiam incubum: ergo quæ curant elephantiaſim, curabũt multo magis hãc lepram: & hunc morbum eſſe puto, de quo Moſes agit in Leuitico, ubi uidetur diſtinguere lepram, quæ eſt elephantiaſis Arabum, à ſcabie & lepra Græcorum tribus ſignis, mutatione pilorũ, & quod caro ſit depreſsior, & quod morbus in dies augeatur, tunc enim eſt elephantiaſis: & ſi unum horum ſignorum deficiat, tunc maximè attenditur incrementum & diminutio morbi, & quod caro ipſa uiua appareat ſeu detegatur: ibi etiam facit duo genera lepræ, corrodens, & non corrodens: & locus ille uerò eſt difficillimus, in uiuerſum tamen etiam poſt curationem uult eradi pilos, & lauari ueſtes: & nemini dubium eſt, quod ubi morbus ſit cutaneus, mundicies mnltum cõmodi affert. Scriptum eſt etiam in Deuteronomio. Curatote in morbo lepra, diligenterque operam date, nt eis quibus uos

Le-

uitæ ſacerdotes ex meo præcepto inſtru
ent, pareatis.

Igitur ad rem deueniam, cum omnis
cura conſtet ex dignotione morbi, ſed
longè magis ex dignotione cauſarum,
oportet cauſam ſcire ipſius lepræ: cũ er-
go cauſa ſit humor craſſus, & lentus, &
melancholicus, item ſeroſus exuctus: ſci
endum eſt, quod ſi ſeroſus ſit atq; abun-
det, tunc eſt cum pruritu maiore: ſin aũt
materia craſſa ſolum ſit, pruritus mini-
mus aderit, ſed dolor, & ſanies & fœdi-
tas maior: quicunq; etiam morbus fue-
rit cum pruritu, facilius ſoluitur: ubi exi-
guus ſit, aut nullus difficillimè: & hęc eſt
cauſa, quod hic morbus non potuit ad
hanc diem uſq; curari: nam cum non ne-
getur magno pruritu materia eſt craſſa,
lenta & multa, tum quia à primordio ui
tæ, anno ſcilicet fermè quarto eum cœ-
pit inuadere: tertiam cauſam eſſe opor-
tet uel prauitatem humoris, uel ualde fi-
xam qualitatem in membro, generante
uel recipiente, uel utrunq;: omitto nunc
regimen prauum aut aërem non aptum
curationi.

Quæ

Quæ autem ſuadent curationem fieri poſſe, ſunt genus morbi: quod ut dixi, per ſe ſanabile eſt: nam ſola elephantiaſis in hoc genere inſanabilis eſt: deinde quia eſt iuuenis, annũ agens uigeſimum primum uel circa: & eſt terminus incrementi ſecundum longitudinem: deinde quia eſt pinguis, & ſatis bonæ temperaturæ, eſt etiam tempus uernum: & etiam quoniam non ſunt tentata auxilia magnifica & præclara uſq; nunc, neq; omnia neq; præcipua: & quoniam quędam inuenta ſunt noſtris temporib. quæ à proprietate agunt & erant ignota antiquis, uelut quæ illinuntur arterijs, his ſex cauſis uidetur omnino morbus eſſe ſanabilis: quæ tamen oſtendunt difficultatem, ſunt prolixitas ipſius morbi: nam uidentur iam decem & ſeptem anni exacti, ex quo laborat hoc morbo: & etiã quia, ut dixi, caret pruritu, & quia ſerpit & eſt ꝓfundus, propter quod uolunt etiam leucen eſſe inſanabilẽ: & quia curatus fuit diligenter, & non potuit ſanari, licet non cum ualidiorib. auxilijs, ut dixi: nõ enim omnia tentata ſunt ualidiſsima auxilia, ſed

ſed quædam ſolum: concludo tandem, q̄d Deo dante, ſanabitur ſeruatis ſeruandis maxima cū diligentia, tn̄ & longo tēpore: & licet reuertatur, tn̄ iiſdem auxiliis occurrendo poterit ex toto ſanari: & ita quod fieri non poterit in una uice, fit in pluribus.

De cauſa patet, quod ſunt duo membra: unum, quod generat & mittit, & eſt iecur. alterum, quod recipit, & eſt cutis. Eſt etiam triplex cura uera, quæ ſanat morbū & quæ fucata eſt tegens illum, & quæ mitigat ipſum: nam ipſe conqueritur maxime, quod morbus ille aſcendat ad collum & faciem, unde deturpat eum. Ergo cura ipſa qualiſcunque ſit, per regimen uictus, per topica uocata, & per medicamenta fit. Sed primum id uidendū, poſtquā duo eſſe membra in cauſa diximus, iecur generans & mittens: & cutim, quę recipit. An igitur maius uitium erit in cute an in iecore? iſtud ſcire expedit, cū enim medicamenta paria eſſe debeant uitibus, ipſius uitio, conſtat oporteret nos ſcire quāta pars pertineat ad iecur, quanta etiam ad cutem.

Videmus enim in his morbis aliquando medicos fruſta, niti in mittendo ſanuinem, in purgando corpus, in regimine ordinando, quæ omnia tandem parum aut nihil conferunt & in nihilum reducuntur. Adueniente autem aliquo qui cutem unguento illeuit, ſanantur: & contra, aliquando accidit ut multis medicamentis cutis illinatur, nec tamen ſanatur æger, at purgato corpore & ſola uictus ratione curantur. Rurſus in aliquibus neceſſarium eſt utrunque, oportet igitur ſcire quid maximè ſit in cauſa. Iſtud autem maximè & facillime cognoſceretur, ſi auxilia adhibita ſciremus, & à quibus leuatus eſt morbus, & quæ nihil prorſus cōtulerunt. Clarum eſt autem, quod cum cutis, ut dicebat Galen. in libro de Morbis, nullas pene habeat uires, non attrahendi, non expellendi, nō retinendi, non concoquendi, id non contingere proprie uitio cutis, niſi quatenus ipſa eſt læſa, & ob læſionem natura tranſmittit excrementa ad illam. Quomodo ergo medicamenta, quæ illinuntur, poterunt curare lepram, impetiginem, ſcabiem, cum

(licet

(licet reſtitutis uiribus) ipſa non poſsit repellere humorem noxium: ſicut neq; infans ſanatus ex morbo magno, non propter hoc poterit ferre pondera magna, quia non poteſt reſtitui ultra gradū proprij roboris? & ideo ſtat dubitatio magna, an ſcilicet materia quæ ibi redundat, tranſmittatur ex alio loco corrupta: an ſit alimentum cutis, quod corumpatur & tranſeat in materiam cōiunctam? Et uidetur generaliter ſaltem, quod debeat eſſe materia, quę tranſmittitur: quia alimentum non poteſt eſſe adeo copioſum, ut ſufficiat ſubminiſtrare materiam ſimilibus morbis. Ex aduerſo non curarentur medicamentis exterioribus adeò facile: & etiam quia uix fieri poſſet, ut tāta copia humoris redundante, aliæ partes intus non laborarent: & uidetur ex his quæ ſcripſit Galen. in tertio Methodi de ulceribus, quod malus affectus in carne ſubiecta & in cute ſit cauſa impedimenti ſanationis & conſolidationis in ulceribus: & ita dico de hoc morbo, in quo licet non appareat ſolutio continui manifeſta, proculdubio tamē eſt occulta.

culta. Et etiam alia ratione perſuadet, quia talis morbus ſerpit à proxima, ergo fit uitio partis patientis potius quam iecoris. Sunt & alia iudicia, puta contagium & facilitas ſanationis, quæ iudicant eſſe uitio cutis potius quam iecoris. Cõcludo ergo quod hic morbus maximam partẽ cauſæ habeat in carne ſubiecta, & in cute: ſed principiũ tñ & originẽ in iecore. & ſi quis mihi obijciat difficultatẽ ſanationis, reſpondeo, quod etiam ulcera chironia difficulter ſanãtur etiã propter ſolius partis diſpoſitionem: & maximẽ quia ut dixi, nõ ſunt etiã ſine uitio totius

Deueniendo igitur ad uictus rationẽ, manifeſtum & quod cum excrementa hæc ſint tertiæ coctionis, partim, ſcilicet quæ ſunt loco alimẽti ipſarum partium affectarum, partim ſecundæ ſcilicet ipſius iecoris, & eſt humor tranſmiſſus per uenas & arterias ad cutim, quaſi natura decernente, & ideo ueriſimile eſt, quod pars iſtius morbi ſemper maneat: & eſt illa quæ fit uitio cutis alia magnam mutationem recipiat, modo multum creſcens, modo non, ſed quaſi in eodem ſtatu

ſtu permanẽs: conſtat alimenta quę aſſu-
muntur, debere parũ nutrire, & non mul
tum: cuius tñ oppoſitum plerunq; medi
ci dum exiſtimant, dũ iuuare credunt no
cent ſimiliter non debent eſſe temperata
ut cõmuniter dicitur, ſed contraria quali
tati cauſæ morbi. Diximus aũt, ꝙd cauſa
morbi eſt humor exuſtus ſeroſus & cru-
dus, ergo cibus debet eſſe exquiſitè con
trarius, & hęc eſt ſententia Galeni in lib-
ro de Cibis boni & mali ſucci. In hoc igi-
tur nihil melius eſt uſu ptiſanæ hordea-
ceæ ſine ſale, & carnis teſtudinis: his eñ
duobus præſidijs tantum curari ſimilem
morbum in D. Franciſco Gadio, ordinis
S. Auguſtini ex ea congregatione, quæ
Canonicorum uocatur, & quod appella
bant illum Regem Conualuit autem in
ſex menſibus, cum paſſus eſſet morbum
biennio, adeò ut tęderet illũ uitæ, nec po
ſtea unquam redijt Modus ergo ptiſanę
talis eſt. Hordeum infundatur in aquam
multã, xij horis coquatur donec diſrum-
patur, tũdatur, cribretur, coquatur cũ iu-
re pulli, uel teſtudinis: donec non ampli-
us ampullas emittat, quod poſt tertiam

horam uix contingere ſolet: id autem in uaſe terreo. Teſtudines aũt in aqua diu coquant̃ cũ modico aceti albi, croco & boragine, & perſeueret in huiuſmodi cibo ſaltẽ per ſex menſes, interim tñ poterit uti perca piſce elixato cum eiſdẽ. Item beta & malua in cibis, & lactuca: poterit etiã adhibere omphacium ſeu agreſtam item ſuccum aranciorum: poterit & uti carnib. pullorum cũ plantagine aſſiduè, ita ut plantago ponatur in omnibus cibis, in quibus ingreditur caro. Caueat generaliter ab omnibus multum nutrientibus, & ideo ab ouis & lacte: ſolum caro teſtudinis, pulli, auiculæ omnes, hœdi etiam: caueat à caulib & caſeo, omnibus ſalitis, aromatibus omnibus, croco dũtaxat excepto: piſcibus niſi ſquãmoſis & paruis nõ utatur, melle & ſaccharo, licet moderate uti: cancris uti poteſt proprietate potius quadam quã manifeſta qualitate aut ſubſtantia conuenientibus. Vinum ſit albũ, leue, clarum: ſed ſi biberet aquam, lõge melius eſſet, cuius eſt deſcriptio. ℞ liquiriciæ recẽtis ʒ. vi. radicis thamariſcæ ʒ. ij. paſſularum ℥. iij aquę ℔. iiij.

co-

coquant ad conſumptionē tertię partis, coletur & utatur pro potu, & ſi uult dimittere liquiriciā, poteſt augendo quātitatem paſſularum & thamariſci. Eſt aūt thamariſcus arbor in Italia nota, naſcens in ripis fluminū minuto folio, fructu & flore muſcoſo, id eſt, tenaci: & generaliter aqua in hoc caſu cum non attenuet, uino melior eſt. Circa ſomnū utatur prolixo & nocturno, non diurno. Circa aērem eligat clarū, tenuē & calidū potius quā frigidū dormiat nō in plūma, ſed ſuper tomentū ſericeum: mutet ſępe ueſtes & præcipuè induſia: non exerceat ſe à cibo, ſed in mane ſolum, & ſi ſudet, permutet lineum induſium, & interiorem ueſtem (quidam uocant diploidem) abſtineat à coitu, niſi quantum neceſsitas urget & curet ut habeat beneficium uētris ſingulo mane. De fructibus conceduntur quę uentrem ſoluunt, ut pruna, & ceraſa: & quæ urinas mouent, & flagra & pepones & cucumeres, cocti tamen.

Quod ad intentiones curatiuas, primū R. ſucci caſsiæ nouiter extantis ℥ v. origani, fumi terræ. ſeu fumariæ puluera

añ.℈.ij.miſce,& cum zacharo fiat bolus capiat per horam ante cœnam. Sequenti mane capiat ℥.ij. ſerapij ex infuſione fumi terræ, cum aqua lactis, decoctionis fumiterræ, ſequentib. aũt diebus capiat infra ſcriptũ ſirupũ. R, ſeminũ ſeſami ℥.i. comedat cũ modico panis, deinde bibat ℥.ij. ſirupi acetoſi ſimplicis, cũ modico aquę plantaginis & poſt uiginti dies ſi urina fuerit concocta, accipiat hoc medicamentũ. R. cõfectionis hamech bene cõfectæ, & ſuci caſsię añ.℥.s. ſirupi de polipodio ℥.is. aquę decoctionis infraſcriptæ ℥.iiij. miſce, capiat in aurora. R. mirabolanorũ nigrorũ ℥.i. hypericonis, origani añ.℥.s. ſebeſtẽ numero xij. infũdant in ℥.xij. aquę lactis, p decẽ horas, inde bulliant parum: colet capiat calidum in aurora Hoc peracto mittat ſanguis ex baſilica brachij dextri, deinde ſequẽti die ex baſilica brachij ſiniſtri, extrahẽdo ſingulis uicib.℥. viij ſanguinis. Poſt hæc bibat qualibet hebdomada ſemel hoc R. ſeri lactis ℥ lx epithymi ℥ i. hellebori nigri ℥ i. cinamomi ℈.ij. mellis ℥.ij infundant omnia p duodecim horas, inde coquant ad

con

conſumptionē tertię partis: coletur & bibat calidū: & cū aſſumit medicamentum uel hoc uel ſequens, non comedat uſque ad horam ueſpertinā: ſequēti autem die aſſumat hoc. R. ſucci braſsicæ, aceti albi optimi an. ℥. vi. cedriæ ℥. ij. hęc inuenitur Venetijs, ſumat ergo tepidum in aurora & bis in hebdomada, Vbi autem exacti fuerint quindecim dies, ita ut bis ſit repetita purgatio, quater uerò medicamentum, bonum erit ut aſſumat ligni decoctum, per quod ut ſpero, incipiet ſanari: erit autem eiuſcemodi facile.

Recipe ligni Indi raſi electi ℥. xv. radicis thamariſci minutim deraſæ, ſic ut ſchidia abijciantur ℥. xvi. aquę ℔ xviij. infundantur: horis xxiiij. inde bulliant ad conſumptionem medietatis in lebete ferreo & coletur, & de hoc capiat ℥. viij. aut ſaltem vij ſingulo mane, calidum in aurora: uel hora una poſt aſcenſum ſolis: & integet ſe pānis tenēdo uultū ſub culcitra, ita ut ſudet. Interim uerò bibat de hoc in mēſa, ſed frigidū, cū priores ſeptē uncias, quantū poteſt ferrè, calida ſebibere oporteat. Cibus uerò ſit panis, & uuæ paſſæ:

panis quidem ad uncias quinque, paſſa-rum uuarum quantum libet. Tum uerò à frigore & exercitatione atque alijs qui-bus ſolent cauere qui decoctum hoc aſ-ſumunt caueat: cum uero octo exegerit dies, fluxeritq; ſudor cum uirium robo-re, ſuadeo ut octo horis à prandio, qua-tuor autem ante cœnã ſex uncias calidiſ-ſimi illius decocti aſſumat, ac denuò ſu-det, atque ita perſeueret xxx. non ultra dies, non minus autem quàm xxv. His peractis caſsia nigra purgandus eſt hoc modo.

℞. ſucci caſsiæ nouiter extantis ℥. xi. cum modico ſucci fumi terræ & ſaccha-ro: fiat bolus, capiat ante cœnam. Bibat autem per annũ ter, quater, ſexies, in mẽ-ſe hanc aquam. ℞. ſanguinis porci recen tis ℔. iiij. plantaginis ℔. i. ranarum ſine ca pite & cute ℔. i. s. cancrorum chelas & caudas mundatas pondere ℔. ij. lapatij acuti, radicum cum folijs ℔. ij. deſtillen-tur omnia in uaſe ſecũdũ artẽ, & de hac aqua capiat ℥. iiij. ſingulo mane, & ſudet ſi poteſt: nam calidũ præbibere oportet. Cæterũ & ex priuatis auxilijs hæc duo

ſunt

ſunt. Primū. R. uiperas ueras, cuius ſunt quaſi canini dentes: & abſciſsis capite & cauda, ad tres digitos coquantur in pauca aqua admodū, deinde contundantur, deinde cū furfure & farina pinſentur, gallinisq; tribus aut quatuor edenda prębeantur: cumq; id factū fuerit per quindecim aut uiginti dies occiſæ gallinæ, & exenteratę, atq; deplumatę, coquant̃ iuxta morē, & ius illud bibat, & carnes edat, & poſtmodum quieſcat in lecto, donec exciderint cruſtæ. Secundum præſidiū eſt.

Recipe lapidis cęſarei (uocant lazuli) puri, & bene colorati ℥. i. teratur, & in pollinem reducatur, per linteū cribratus lauetur aqua uicies, deinde infundat̃ in aceto ſcillitico, optimè per tres dies: deinde expreſſo aceto, ſiccetur, deinde p̱ tres alios dies in ſucco thamariſci: inde expreſſo ſucco & ſiccato lapide, rurſus infundatur in ſucco plantaginis eodē modo p̱ tres dies, & de hoc ſumat an̄. ℈. ij. ad ℈. iiij. redigendo in formā boli cū oxymelite ſcillitico, & poſt bibat mulſę ℥. iij. pręparatur aūt hoc modo. Recipe mellis puri ℥. ij. aquę ℥. vi. miſce, bulliāt ad cōſum-

 tio-

ptionem medietatis, deſpumando ſemper: coletur & capiat, ut ſuprà. Et rurſus ex compoſitis, quæ intus aſſumuntur eſt decoctio Auicennæ huiuſmodi. Recipe mirabolanorũ nigrorum & citrinorum añ ʒ.s. amis ſeu ameos & aſſæ odoriferæ, id eſt, belzoi añ. ʒ. v. aquæ ℥ xxxvi uuæ paſſę lotæ & muudatæ ʒ. vi. coquant̃ ad conſumptionẽ duarũ tertiarum cũ ℥. i.s. mellis puri: colet̃ & exprimatur & bibat totum, & continuetur quadraginta diebus. Conferunt etiam catapotia, quæ uocantur pillulæ Indæ, & pillulæ cochiæ. eſt etiam facillimum auxilium, quod cõſulo ut faciat, & eſt hoc.

Recipe uiperas duas magnas, & abſciſsis capitibus & cauda incidantur minutim, & ponantur in olla cum ſale, ita ut ponatur area ſalis, deinde area è carne uiperarum, inde area ſalis denuò, atq; ita alternatim imponendo etiam radices rumicis ſeu lapathi inciſas minutim: deinde tegatur olla cum tegmine fictili, quale eſt olla, & cũ creta concludatur, & ponatur in fornace lapidum, ubi lapides coqui ſolent per tres dies: inde extrahatur,

&

ſal ille ſit in uſu ferendo ipſum: & ſi non placet, ſic diſſoluatur in duplo aquę, & abiecta omni fece ſiccetur, teratur & ſit in uſu. Expedita purgatione xxxx. dierũ uel aſſumptione aquę ligni, deueniemus ad topica: nam in his autores omnes medicinæ ſanationis ſpem totam reponunt hoc modo.

Primũ imponemus ipſum in balneo aquę dulcis ſeu putei, apponemus quadraginta cucurbitulas, & non ſit aër multum calidus: aut ſi nimio plures uidebuntur, uiginti, & poſtquam ſudauerit detrahemus ſanguinem ex ſingulis, ſecũdum quod ferre poſſe uidebitur, & poſtmodũ inungemus hoc unguento.

Recipe ſucci ocimaſtri, & eſt planta ſimilis folio ocimi, naſcens iuxta muros antiquos & ſepes, folia habens ſimilia ocimo, ſed in ambitu ſerrata, flores purpurei, ſeminis capitula qualia hyoſcyamo, radix toroſa, unde ė genere galiopſis eſſe creditur, odor foliorũ & ſeminis teter: ex hoc igitur ſucco pari pondere cerę atque olei fit unguentũ, quo illiniri debet poſt balneũ & cucurbitulas. Inde tertio

die ad balneum redeat, & rurſum illinatur unguento, atq; ita omnia peragantur quæ in primo præter cucurbitulas, uſq; ad quinque circuitus: in quorum ultimo etiam rurſus uiginti cucurbitulæ applicentur, intermedijs autem nequaquam. Semper autem ab inunctione lectum ingrediatur mundis linteis, & dormiat. q̃d ſi ferrò non poſsit balnei teporem & cucurbitulas, modicum panis & martij panis comedat antequam balneum ingrediatur; lectus antequam in eum ſe conferat, caleat, & bene tegatur.

Aliud unguentum. Recipe ſcabioſæ, ellebori, nigri lilij, allij. lanariç herbç, corticis iuniperi añ. ℥. ij terantur optimè, inde exprimatur, inde addantur aquæ uitis quæ ſolet excidere à ramis præciſis tempore martij ℥. i. ſtyracis liquidæ ℥. ij. pomatæ ℥ iij. coquantur miſcendo ſemper donec redigantur in formam unguenti: & dum remouetur ab igne, addantur lactis ficulnei ʒ. ij. miſce, fiat unguentum quo ungatur totum corpus loco prioris, ubi ex primo non ſanatus fuerit. Aetius putat adipem nigri arietis ſufficere

cere uel ſolum, quod non expertus ſum. Verum noſtrum hoc unguentum eſt, quo ego cũ quatuor ſocijs à ſcabie, quæ erat è lepræ genere, quam paſſus fueram xxvi. annis, ſum liberatus ſine ulla purgatione, ſine balneo, ita autem uiximus ut ex propoſito pro morbo contra medicamentum luctari uelle uideremur: erãt mei familiares omnes adoleſcentes, ego quinquageſimũ exceſſeram annũ Lugduni in caupona genio indulgebamus. exiſtimabam mihi turpe eſſe quod non ſcabie omnes, ſed elephantiaſi laborare uideremur, cruſtæ præaltæ latæ uſq; ad collum & caput aſcendebant: uerè illud dici poterat. Alijs medens, ac ipſe ulceribus ſcatens. Cauſa erat, quod marinis piſcibus, quos ego libentiſsimè edo, nec Mediolani copia eſt, aſsiduè ueſcerer, præcipuè uerò aſellis: qui cum recentis ſint optimi ſucci, ita ſaliti ſunt peſsimi: nam id minime abſurdum eſt: hœdina enim caro ut optima eſt, ita ſalita peſsima

Ergo uiſum eſt, ut aliquo auxilio occurrerem: forte autem dum aſcenderem in colle quodam, perſpexi tithymalũ: ab

undabat

undabat eñ ubiq;, excogitaui igit̃ è caſu auxiliũ, fuitq; huiuſmodi. Recipe ſulphuris uiui ℥ ij ſalis ℥ i.s. lachrymę iuniperi, qua utuntur bibliopolæ, ellebori albi an. ʒ.ij. ſucci tithymali ʒ. iij. aut etiam amplius: apponebam aũt totam herbam contuſam pondere ℥. i. olei è lini ſemine ℥.s. terantur exquiſitiſsimè, inde coquantur ſuper cineres donec redigãtur in formam unguenti, poſt exprimatur, & reiecta fece, inungantur ſtatim, deterſa aqua à balneo, ſub poplitibus, & interiora cubitorum, & iuxta talum, & iuxta carpos manuum, & ſub alis, & plantæ pedum, & loca omnia patientia in aẽre calidiſsimo, ſeu iuxta ignẽ poſt cœnam, diu confricando loca, & copioſo unguento: inde ingrediatur lectum calentem, & tegatur pannis: hoc autẽ à prandio uel à cœna, fiatq; alternis diebus donec ter fuerit unctus: hoc neq; purgatione, neq; uitæ regimine indiget, adeò efficaciſsimũ eſt. Forſan quæret aliquis, & iure, cur tãdiu diſtulerim ſanationem hanc? Cauſa fuit, quod morbus hic perpetuò uariabatur, & quod mihi familiare eſt nihil agere do

nec

nec cogat, tum propter multitudinẽ negotiorum, tum etiam propter conſuetudinem: tum etiam, quia exiſtimabã morbum hunc me præſeruare à multis alijs morbis, quibus ſuſpicabar me eſſe paratum propter diuturnarum hæmorrhoidarum ſpõtaneam ſanationẽ. Aliud phiſicum auxiliũ ex xij. libro noſtro de Subtilitate. Lauetur ter in balneo infantis primogeniti, quo balneo ſolent obſtetrices abluere quicquid ſanguinis eſt menſtrui Laudantur præterea cuminum Aethiopicum & ſyderitis herba in potu ſumpta: atq; hęc puto ſufficere, etiam ſi multo grauior eſſet morbus. Si quis tamen ad ualidiora tranſire uellet, ſudet in balneo ſicco exerto capite cũ ſuffumigo bitumi nis, ſalis, ligni cupreſsi, lachrymę iunipe ri, thure, betzoi, myrrha, agallocho, rore marino, amaraco, ſtyrace, ſanthalis, muſco coniferarum arborũ, lachryma eleni, ladano, cortice mali medici, & roſis, omnibus uel aliquibus.

FINIS.

HIE-

# HIERONYMI CARdani Mediolanenſis medici, Medicinæ encomium.

NEmo, ut opinior, facilius artem aliquam laudarit, quàm qui in argumentum inciderit per ſe abundans, ſplendidum atq; illuſtre: nemo melius, quam qui quod laudare propoſuit, bene nouit: nemo uerius quam qui tractauerit exercueritq́; ob hæc omnia, artem medicam & facile & bene ac uerè laudare me poſſe ſpero. Quod ſi modo neq; eloquentia neq; facundia illa polleam, quæ tanto operi ſit neceſſaria, nec colores illos ac fucos, qui à rhetoribus addi ſolent, adijciam: meminerint quæ legent, tanto formoſiorem futuram orationem noſtram his ornatis externo apparatu, quanto naturalis pulchritudo commentitia atq; fucata præſtantior eſt. Etenim cum oratio per ſe clara & ſplendida futura ſit ob artis excellentiam.

Or:

*Ornari res ipſa negat contenta doceri.*

Nam ſeu ad Deos artis origo referatur, autores fuiſſe exiſtimantur pater & filius, Apollo ſcilicet & Aeſculapius, ſi Ouidio credimus, dicenti:

*Inuentum medicina meum eſt: opifexq; per orbem.*

*Dicor, & herbarum ſubiecta potẽtia nobis.*

Seu ad quoſcunq; alios prima eſt inter omnes, & cum ipſo humanitatis ortu initium cœpit: nam nihil antiquius eſſe potuit ea cauſa, propter quam inuenta eſt, ſcilicet morbis incommodiſq́ue mortalium: non nitar rationibus ut oſtẽdam quã antiquus fuerit Aeſculapius? quàm uetus proſapia Hippocratis? nã metuo ne potius fabuloſa eſſe illa dicatis, quam de uetuſtate dubitetis. Itaq; his omiſsis, quæ minus neceſſaria ſunt negocio noſtro, quam dubia, ad ea quæ illius præſtantiam oſtendunt, quanquam mortalibus optanda ſit, tranſeamus. Ea uerò in triplici genere collocanda uidentur, ſcilicet utilitatis, pulchritudinis atq; nobilitatis. Vtilitatis duplex mihi genus eſſe uidetur: tum ut humano generi, tum ip-

ſis qui eam exercẽt, maximũ afferat emo lumentum. Ipſis quidẽ mortalib. tantum certè affert, ut neq; re ipſa, neq; exẽplo ulla alia ars poſsit ei cõparari. Quid enim maius homini contingere poteſt quam morientes ad uitam reuocare? quod feciſſe cum plurimos medicos conſtet, etiam mortuos ſuſcitaſſe quoſdam prędicant. Aeſculapiũ enim & Hyppolytũ & Tyndaridem à mortuis ad uitam, tũ Aeſclepiadem clarum medicum quendam à rogo reuocaſſe referunt. Quinetiam alios maius quid morte paſſos, ut demonio malo obſeſſos, reſolutos, hydropicos, carcinomate laborantes, ſuſpirioſos calculoſos, tabeſcentes, luxatos, leproſos, cæcos, ſurdos, obliuioſos, claudos, ſyderatos ſanaſſe melius eſt, & ipſa quotidiana experientia frequens. Dij quidem hac in parte ſola tyrannis potentiores ſunt, quod cũ tyranni ſolum obeſſe poſſint, dij ipſi etiã prodeſſe queant. Quam obrem & partem illam qua ipſi præſtãt, etiam diuiniorem eſſe atque illis propriam conſentaneum eſt. Quid cum in quibuſdam morbis adeo præſentem artis huius

huiſus opem ſentimus, uelut in angino-
ſis, ſynochis, coliċq; doloribus ubi ſanita-
tem morti coniunctam perſępe uidere li
cet. Quamobrem & à Dijs tractatam, &
eos qui tractarunt pro Dijs habitos hoc
ipſo inuento, diuosq; ipſos ea indiguiſ-
ſe, nihil mirũ uideri debet. Omitto fabu-
loſa de Appolline, ut dixi, & Aeſculapio.
Chriſtus, quem nemo addubitat Deum
fuiſſe, nihil maius egit, nihil frequentius
quã quod medicinam, ſed ſuo more (di-
uino ſcilicet) exerceret, ęgros omnis ge-
neris ſanando. Idq; etiam per ſpiritũ ſan-
ctum diſcipuli uerbis docet dicẽs: Aegro
tat ueſtrũ aliq̃s, aduocet eccleſiæ ſenio-
res, q eũ in Domini nomine oleo ungãt:
ꝑ eoq; ſupplicent: & fidei ſupplicatio ę-
grũ ſeruabit, eumq; alleuabit Dominus.
Ille idem, ubi Dei nomen deponit, quaſi
ex hominib. unus medici aſſumpſit. Sic
etiam ex ueteri lege Heliſæus Naama-
num Syrum à lepra: angelus Tobiã à cæ
citate liberauit. Extant & quotidie ta-
bellę in delubris appenſæ, illorũ qui diui
nis uotis etiã diuina ope liberati ſunt à
morbis: ut opus ipſũ ac finis in nullo ab

quæ à Dijs impetramus, diſſentiat. Hominum uerò qui artem exercuerunt, atque ob id à uetuſtate diuinitatis nomen & opinionem promeruerint, neq; exempla deſunt, Chironis, Machaonis, Podalirij, Hipp. aliorumq;: adeò ut parum abfuerit quin Paulus & Barnabas ob id à Lyſtrenſibus pro dijs colerẽtur: ſed mos etiam nunc manet. Beatos enim ac ſanctos uocamus, atq; in Diuorum numerum referimus, quorum ſupplicationib. ſanitatem languentes adipiſcuntur: inter quos non minus ullo alio Rochus, uir pauper, ubiq; colitur: ut conſtet opinione hominum nihil tam eſſe diuinũ, quã hominũ ſanationes. Quinimo & diui ipſi hac arte indiguiſſe, non ſolum eam exercuiſſe uidentur. Homerus,

*Τῷ δ' ἐπὶ παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων. ἠκέσατ' —*

De Marte loquens. Ad quos alludit Virgilius de Venere, dum uulneratũ Aeneam curare ſtudent, dicens:

*Hic Venus indigno nati concuſſa dolore*
*Dictamnum genitrix Cretea carpit ab Ida.*

Quaſi etiam minores dij aut ope huius

us diſciplinæ indigerent, aut non ſine ea uellent quemquam curari poſſe. Quinimo cum Aeſculapius in templo Epidaurio ferretur languentes per ſomnium ſanare, aut admonere de ipſa ſanatione, nõ aliud faciebat quam ut conquiſita illis ac præcipua auxilia oſtenderet. Sed à fabulis rurſus (ſi modo fabulæ ſunt) ad Diuos noſtros redeamus. Ipſe Paulus, qui etiam mortuum ſuſcitauerat, Timotheo uiro ſancto ſcribens, iubet ut uinum ob uentriculi imbecillitatem aſſumat: adeò uerò hoc magnifacit Beatus Auguſtinus ut parendum medicis aduerſus etiã conſtitutiones ſuadeat. Occaſionum uerò maximarum rerum, quę uel ope medica reſtitutæ ſunt, ut in Alexandro Magno, per Philippum medicum: Athenienſib. ab Hippocrate, dum peſte laborarent: in Auguſto, per Antonium Muſam: ſeu perierint, uelut cum per morbum C. Caligula ſeipſum & imperium Romanũ peſſum dabat: & cum parum ante noſtram ætatem male curato Bartholdo, militum claſsis Venetæ præfecto, res non ſolum Veneta, ſed Chriſtiana inclinauit, Turci-

ça eucta eſt ( ne longius repetam ) neq; ulla ars magis fœcunda eſt: nec ſi exempla referre uelim, dies ipſa ſuffectura ſit. Sed neq; minus ipſis profeſſoribus utilis, quã languentibus aut etiã his qui ſani, quoquo modo illius ope uti uolunt. Seu enim nomẽ ſeu diuitias aut amicos parare uelis, diſciplina nulla melius aut uberius præſtare poteſt. Omitto rationes, quæ omnibus manifeſtiſsimę ſunt, ad ipſa exẽpla uenio. Adeò uerò in quibuſdam horum claret, ut non ſolum prę cellat, ſed ſola ſit, nulla enim ars eſſe uidetur, imò neq; potentia ulla aut dignitas, quę ſine inuidia, ſine iniuria ſineq; offenſa benefacere poſsit, quemadmodũ ars medica. Diuitias quęritis? hæc dat & tantas & tam repentè, ut ſi exempla referrę uelim, fabulas narrare uidear.

Omitto antiqua, quæ Hippocrati Artaxerxes obtulerit, quæ Phalaris Polycleto Meſſenio dederit: aut quæ Alexander Magnus Critobulo ſanato Philippo illius patre, quæ Democides à Polycrate Samiorum tyranno, qui etiam aureas cõpedes à Dario Perſarum rege accepit: quan-

quantum Crinas opũ moriens reliquerit, cum iam uiuens proprijs ſumptibus urbis muros inſtauraſſet: quoq; Eriſiſtratus ab Antigono curato illius filio ſexagies mille aureos philippeos acceperit, quorum tantum exemplorum quæ paulo ante noſtram ætatem contigerunt, meminiſſe ſat erit. Thadeus Florentinus non niſi quinquagenis aureis coronatis in ſingulos dies pactis extra urbem proficiſcebatur. Idem cum ad Honorium Pontificem, eius nominis quartum uocatus eſſet, cẽtenos pactus eſt. Et tamen longè breuiore ſpacio quam trium menſium decies mille accepit. Recitat Philippus Cominus Argentorati princeps laquem Cotierum in quinque menſium ſpacio præter pinguem Epiſcopatum, accepiſſe quinquaginta quatuor millia aureorum coronatorũ, à Ludouico Gallorũ rege, eius nominis undecimo: cum tamẽ Rex ipſe eo morbo obierit. Sed ut mihi uidetur non hoc donum fuit, quod quaſi ui, uel metu extorſit: non merces bonæ ualetudinis, cũ ut dixi, rex ipſe obierit, ſed latrociniũ. Quinetiã medicorũ

familiam, quæ nunc in tota Hetruria re-gnat, à medico quopiam ortum habuiſ-ſe uerisimilimum eſt. Quamobrem hac arte etiam ad regna paratur aditus: quo-fit, ut etiam nobilisſima ſit: neq; reges ob id eam exercere puduit. Hermes Triſme giſtus Aegyptiorum, Ponti Mithrida-tes, Arabum Sabiel, Gyges & Sabor Me dorum: fuit & Meſue regis Damaſci ne-pos. Sed non tam laudabile eſt à paucis probari, quàm ab omnib. Ab omnibus dico, quoniam quæ diuinis ſcriptis & ſa-pientia immenſa probantur, omni laude digna prorſus ſunt. Inde illud Ioſuæ Sy-rachi: Medicum ſuis premijs affice, ut ha beat ea quibus opus eſt: nam eum crea-uit Dominus. Eſt enim à ſupremo medi cina, & à rege ſtipendium accipit. Medi-ci ſciētia caput extollit, ita ut proceribus ſit admirationi. Dominus creauit ex ter-ra medicamenta, quę prudens homo nō faſtidit. Nonne ligno dulcuit aqua ama-ra, ut eius uis ab hominibus cognoſcere-tur? Ipſe ſcientia hac donauit homines, ut ſuis miraculis gloriam conſequere-tur. Per hæc medetur, eorumq; dolores

tol-

tollit. Ex his & compoſitiones facit ſepla
ſiarius ad ſuauitatem, & malagmata ad
ualetudinem: nec ullus eſt eius operum
modus, ea eſt ab illo per orbem proſperi
tas. Fili, in morbo tuo Domiuum ne ne
glige, & ipſe te ſanabit: amoue culpam,
rectas habe manus, & ab omni peccato
cor tuum expurga: obmoue ſuaues odo
res, & ſimilaginis monumentum, opi-
mumq́; libamen, ut qui non conferas, &
da medico locum, utpote cuius autor ſit
Dominus: neúe à te diſcedat cum eo ſit
opus nam & ipſi Dominum orant ut ſi-
bi lenimentum ſecundet, & uitæ cauſa ſa
nationem. Qui in creatorem ſuum pec-
cat, incidet in medici manus. Hoc teſti-
monium: quo magis demiror eos qui p̄-
ceptis neglectis, exutaq́; omni ob quæ-
ſtum & ambitionem prorſus humanita-
te, cum pro diuino opere carnificinã ex-
erceant, ſperare audeant ut uel minimæ
portionis huius laudis ſint participes.
Sed hæc mittamus, quæ omnibus bonis
notiſsima ſunt: uobis uerò ſi boni, ſi ſapi
entes, ſi artis periti non eſtis, fruſtra cona
bor perſuadere. Ad inſtitutũ redeamus,

 non

non ſolum præconijs, diuina ſcriptura medicinam extollit, ſed ipſis operibus atq; præceptis. Quid illa antiquæ legis inſtituta, ne carnibus animaliũ, quæ ungulam non diuiſam haberent, nõ ſuillis, non ſuffocatis uterentur? de auium quoque delectu, ac cæterorum eduliorum de elephanticorũ ſeparatione, de tot balneis & abſtinentia à Venere tempore fluxus menſium: nonne hæc omnia præter animæ repurgandæ commoda etiam ualetudini bonę corporis ad amuſsim conueniunt? Simile eſt apud nos præceptũ illud, q̃ diebus duobus in ſingulas hebdomadas (ita uocant ſpacium ſeptẽ dierum) à carnium eſu prohibemur. Nobis etiam præceptum eſt ieiunij quadraginta dierum: quod qui negligunt per luxuriam & impotentiam, ſępe magnis calamitatibus morborum, imò & intẽpeſtiuę mortis opprimuntur. Sed non ſolũ ſacris ſcripturis, uerum etiam poetis, oratoribus philoſophisqûe commendatur Homerus.

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Et Ariſtoteles in primo de Republica:

Et patrifamilias & principi Reipubl.medicina magis quā ars parandarum diuitiarum neceſſaria eſt:hac enim res habetur,illa bona ualetudo. Nemini dubium eſt modeſta laude,ut ſolet eā omnib artibus præpoſuiſſe:cum conſtet magis neceſſariam eſſe patrifamilias bonam ualetudinem,quam rem familiarem:& principi in Republica bene ualere,utilius ſit quam opulentam habere Rempublicā. Et Plutarchus in libello de Bonæ ualetudinis præceptis: At medicina (inquit) ſic eſt de numero diſciplinarum liberalium, ut politiæ ſplendore iucunditate nulla ſit inferior.Porrò mercedem magnam abunde addit ſui ſtudioſis, nempe corporis ſalubritatem ac proſperā ualetudinem.Cicero maiore medicinā honore dignat,cum omnia ad illā referat commoda,q̃ uitiatis animis autcorporib.aut caſibus adhibent.Vt illud: Ita ſum leuatus,ut Deus mihi aliquis medicinam feciſſe uideatur.Vel id: Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina,architectura: Talia multa non ſolum

ille,

ille,ſed & quiſq; fermè egregius autor de hac diuina arte prædicat. Verum maiora ſunt teſtimonia,quæ à miraculis artis ſumuntur,quam quę laudibus autoris. Veſpaſianus igitur imperatori,ut maiorem diuinitatis opinionem nanciſceretur. Imperiumq́; ſibi & filijs ſtabiliret,medicę artis exemplo duos curauit infirmos. Qđ etiam à Pyrrho factum legimus:& nunc Gallorum reges imitantur ſtrumas ſolo tactu ſanantes. Refert Eraſmus,noſtri ſeculi magnum decus,Calceranum medicum potione quadam purgata, magna uermium multitudine hominē à demonio,quo Germanicè loquebatur,cū nunquam Germaniā inuiſiſſet,liberaſſe. tanta eſt huius artis uis, tanta excellentia. Non audita,non ſcripta referam, quæ ego uidi,quæq́; peregi ſolū recitabo. Laborabat mulier doloribus inteſtinorum aſsiduis,nec prodeſſe uidebantur fomēta,non lenia medicamenta,non excogitata uiuendi ratio: adhibuimus catapotia,triginta octo dentes excluſit, rurſusq́ue numerum alium non paruum,erant tamen è glutinoſa pituita. Ita hæc diui-

na ars non ſolum corpora à morbis, ſed animòs etiã à ſuperſtitione liberat. Quo minus demiror patrem Galeni ſomnijs admonitum ut filium medicinę traderet, Hippocratem ut ad Democritum ſanandum pergeret, atq; alia ſexcenta huiuſmodi Deorum curæ argumenta de hac ſacra diſciplina. Cacodæmonas propellere multi profitentur, ſed quotuſquiſq; ſine ſulphure, uitis albæ aqua, alijsq; eiuſcemodi acrioribus ac efficacioribus pharmacis (Vt manifeſtum ſit uim ineſſe arti, & dęmonas morbos eſſe, ſed occultioris cuiuſdam naturæ. Iam uerò uidemus quid ipſa per ſe omnibus externis ornamentis auxilijsq; nudata polliceatur ac præſtet Finem enim eius bene ualere nemo negat: hocq; tanti eſt, ut neq; diuitiæ neq; gloria, nec potentia, nec filij nec amici, imò ne ipſa quidem ſapientia aut uirtus, ubi hoc ipſo deſtituamur, nos beatos efficere queat. Finge hominem morbo graui atq; inſanabili ad mortem properantem, quid illi bonum, quid dulce aut iucundum eſſe aut uideri, aut ſaltem conditionis acerbitatem lenire poteſt?

teſt? At medicina dum morbos amouet
dum uitæ hominem reſtituit, omnium
bonorum, omniũ uoluptatum, quas per
illam conſequimur cauſa eſt. Quid alijs
contigerit neſcio, patrem me filiosq́; me
os ſuperſtites ob peritiam artis medicæ
illius, ac meam planè ſcio. Præter eñ qđ
in rudem medicum facilè impingere fu-
iſſet in tam difficillimis ac penè deplora
tis morbis, multo uerò facilius, imò certè
in minus diligentem: nunquam ſane in
quenquam, qui ſimul tam bene & artem
& naturæ noſtræ propria noſceret, inci-
dere potuiſſemus. Quãobrẽ cuiq; expe-
diret propter ſe ſuosq́;, etiã ſi medico uti
uellet, artem ipſam tenere: ut quæ medi-
cus perperam non ex arte, aut per incuri
am, aut uſui ſuo ſuorumúe, aut naturę in
commoda licet ex arte delinquit, corri-
gere poſsit. Quæ etiam cauſa eſt, ut pleri-
que optimorum medicorum modo non
ſupra modum auidi ſint, diuitiarum &
ambitionis, aut caſu aliquo pereant, ad
extremam ſenectutẽ ac ſatis incolumes
perueniant. Nam Hippoc. prope cente-
ſimum, Auenzoar etiam ad centeſimum

trigeſimũ quintũ annũ perueniſſe, conſtãs omniũ opinio eſt. Cũ igit̃ hac una diſciplina tot & tã magnis incõmodis obuiã eamus, ꝓcul poſita deuitemus, ingruentia auertamus, iã opprimẽtia ꝑturbemus, inſidẽtia expellamus ſiue domi ſiue foris ſiue in ipſo itinere à naſcentib. à nondũ natis, à pueris, adultis, iuuenib, ſenibus, quippe quæ illius incommoda adeò minuat, ut apud Ciceronem in Catone melior ſit conditio ſenis præſcripto uiuentis artis medicæ, quam adoleſcentis luxurioſè ac nequiter (ita enim apud illum Cato de ſe ipſo gloriat̃ dicens Sed tamẽ (ut uos uidetis) non planè me eneruauit, non afflixit ſenectus: non curia uires meas deſiderat, non roſtra, non amici, non clientes, non hoſpites. Et rurſus: Nemo adhuc conuenire me uoluit, quin fuerim occupatus. Poteſt enim exercitatio & temperantia, etiã in ſenectute cõſeruare aliquid priſtini roboris quę nam utilitate illi cõferri poterit? At dicetis, Romani tũ hoc tãto cõmodo ſexcentis annis carere uoluerũt, nec unquã fœlicius uixere quã cũ ſine medicis ciuitas

fuit

fuit. Nec perpetuò defuere Senatus conſulta, quibus medici philoſophiq́ ac mathematici ex urbe tanquam peſtes noxiæ exigerentur. Qui mos etiam nunc apud Turcas uiget, & tamen gente illa nulla ferocior, nulla felicior, nulla numeroſior. Cato quoq; & Plinius eiuſdem artis ſunt ſcriptores & accuſatores egregij. Adrianns etiam Imperator illud uulgatum reliquit moriens.

πολοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπόλεσαν·
πολλοὶ δ' ἰατροὶ τὸν βασιλῆ ἀπόλεσαν.

Videntur etiam morbi ad perfectionem animi facere. Et Platonem referunt quæſiſſe locum in urbe minus ſalubrem in quo habitaret: quoniam exiſtimauerit robuſtiore in corpore animi uires magis langueſcere. Hæc & talia multa à paradoxis parum abhorrentia, quæ magis defendi ſolent ad artis oratoriæ uires oſtentandas, quàm quod uel uera ſint, aut ueris ſimilia, digna reſponſione non exiſtimans, prçteribo: atq; illos potius ægros eſſe iubebo, deinde felicitatem ſuã prædicare, animiq́ fortitudinem extollere ſinam. Quanquam, quod ad Platonem

nem attinet, nihil minus credendum ſit quam ut ex habitatione morbum quęſierit, cum mille modis alijs morbi cauſas quærere potuiſſet: nec familiares amicos clientes, diſcipulos in idem conijcere periculum, atq; prodere. Sed ſi modo uera hæc ſunt, forſan hac ratione deuitare frequentiam uoluit ipſe ſibi confidens propter eximiam omnium abſtinentiam. Itaq; utcunq; res ſe habeat, omnia potius ſunt excogitanda, quam quod inutilis ſibi atq; alijs eſſe uoluerit. Quinimo potius hac ratione ſtudijs ſuis operam dare, atq; libellis ſuis quos quotidie factitabat incumbere. Romanos uitaſſe medicinã, cum uitando illam maximé obſeruauerint, nego, medicos concedo: q̃d & Turcæ factitant: nam & inediam ſeruant, & catapotia deuorant, alijsq; præſidijs artis utuntur, uelut etiam uenæ ſectione. Itaq; maluerunt artem imperfectam habere ſecuram, quam eum periculo in tanta hominum perfidia perfectiore frui. Quãquam perfectio ad paucos peruentura foret, fraus in multos. Hæc ratio Romanorum ac Barbarorum pleruncq;, quę

non in artis uituperationem, ſed artificũ ſolum cedit. Poſſem me excuſare de inculto æuo, de rudi gente, de ferinis moribus ſed nobis à ueritate ipſa diſcedere haud licet. Qui uerò illud adducunt ex ſacris literis, Fortitudo mea in imbecillitate perficitur: uerbum ἀσθενία non recte interpretãtur, ut quidam imbecillitatem alij abſurdius infirmitatem, etiam pro infirmitate morbum intelligentes, cũ nullus Apoſtolorum aut diſcipulorum in Sacris lireris unquam legatur ægrotaſſe: ſed uerbum illud ut à Paulo interpretandum eſt, infortunijs ſeu calamitatibus: quales explicat, carceres, uerbera, accuſationes, coutumelias, atque eiuſmodi. Quod uerò ad exercitationem attinet (hoc enim ſecundum eſt genus eorum, à quibus nobilitatis, decoris, utilitatis ac uoluptatis ratio ſumi debet) nulla in parte alijs inferior artibus eſt. Vbiq; habet quod agat torpet Imperator ſine milite. Iuriſcõſultus inter arma ſilet, nec niſi magna cum mole librorum conſulere poteſt: præſcriptos habet limites, inter quos iudicet. neq; enim affinibus, aut cogna-

tis litigantibus iudicem ſe poteſt exhibe re. Prouocationem habet iudicis ſenten‑ tia, tametſi iuſta, medicorũ conſulta non habent. Raro Iuriſconſulti de uita, medi ci ſemper de ſumma rerum tractant. Vi‑ tari poteſt iudicium dominatio, compo ſita inter partes lite, ſed non cum morbis pax aut induciæ uel pacta intercedere poſſunt. Auxilium medici die noctuq́ praeſto nobis adeſt, beneficium ſine of‑ fenſa, lucrum uoluntarium non exortũ, gratia principum, fauor populi, amico‑ rum multitudo, exiſtimatio, opes diuini tatis opinio. Rhetor friget apud pleraſq; nationes, nunquam in eadẽ cauſa ab om nibus probatur: ſæpius iniuſta quam iu‑ ſta conſulit, innumeris occaſionib. impe ditur: non ſine multis uerbis, non ſine magnis ſtudijs, non abſque ingenij ex‑ cellentia, ad memoriæ tenacitate, deni‑ que non ſine maximis animi ac corpo‑ ris æſtubus, ad gloriam aſcendete poteſt aut finem ſuum obtinere. Medicus ubi‑ que inuenit præſidia, ſeu ex horto dum ſpaciatur, ſeu incultis locis dum iter a‑ git, ſeu domi, ſeu apud pharmacopolas.

Mediocre ingenium, mediocris memoria, labor mediocris: modo recta uoluntas non deſit, nec plus uelis quam poſsis ſufficiunt. Obijcies intempeſtiuos labores, uigilias, iudicia quorundam peruerſa, qui etiam bene acta perperam quaſi inconſulto facta calumniantur: inopinatos præterea caſus, inſidias aliorum medicorum & maledicentiam: tum quod maximum eſt, aſsiduam & ſeruam operam, adeò ut miſerior ſit quacunq; alia arte. Quin etiam uerſari perpetuò inter fœda & triſtia, ut olim ſeruorum tantum eſſet officium. Sit ita ſane: nónne omnia hæc quæ uidemus, quæqúe obſcœna & fœda uocas nobiſcum ferimus, intusq; habemus? Neque triſte eſt uerſari cum conualituris, ſed iucundum: nam morituri presbyteris relinquantur. Reliqua nulli contingunt, niſi ei qui per imprudentiam labitur, aut qui uitam & eius commoda pro ambitione & lucro uendidit: mihi inquam totis triginta annis, quibus medicinam exerceo, uix triginta uicibus, imò ne tot quidem, hi caſus obtigerunt: non ſeruietis ullis, ſi artem ea

in-

integritate exercueritis, ut illi potius qui noſtra opera utunt̃, nobis ſeruiãt, quam nos illis. Præterea cognouerint uos nullis pecuniis adduci poſſe ut ſeruiatis: ergo integrum cuiq; relinquitur, uel legitimè artem exercere, nec cuiquam ſeruire: aut ſeruire, nec legitimè artem exercere, ſed obiter & pro illius fine propoſita uana gloria, ambitione opibusq;. Iudicia uerò imperitorum uulgiq; ac uanas obtrectationes quiſnam unquam effugit ſeu hac ſeu alia in arte? habet tamen hoc commodum medicina, quod terra celerrimè, quicquid euenerit ſiniſtri, obtegit atq; occultat. Ei uerò qui peritus eſt, nihil horum uix in tota uita bis abſq; certa prædictiõe, adeo ut liber ſit ab omni culpa, euenire poterit. Porro de aſsiduitate & ſerua opera non contendo, habet omnis dignitas, omnis uirtus, omnis diuina operatio, ſecum coniunctam aſsiduitatem. Cœli nũquam ab opere ſuo ceſſant, non natura, non mens, non Deus deniq; ipſe: quid miraris ergo eum qui medicinam rectè exercere uelit, perpetuò quaſi operi mancipatum eſſe? Illud ſolũ quod

paucisſimi animaduertunt, forſan malū eſt, extremo morbo cognoſcere ac ſcire ſe moriturum. Sed huic malo(ſi modo malum eſt mori probo uiro) multis modis occurritur. Primum, quod multi abſque morbo intereunt: deinde, quod breue eſt illud mœroris ſpacium: demum quod unicuiq; ſi libeat, uitare hanc curioſitatem liceat, nec lotia inſpiciendo, neque uenas tentando. Ergo de exercitationis cōmodis hæc ſufficiant: quæ ut nō mediocri admiratione digna ſunt, ita quicquid in contemplatione repoſitum eſt, planè diuinum eſt. Eſt autem hæc tertia pars & non minima laudis eius. Quæ rit medicus, an morbi, an ſanationes à Deo immittantur, quemadmodum facit Hippocrat. ſurſumq; mentem dirigens Theologus euadit. Idem quid ſit anima, an mortalis an immortalis, idem quid aſtra poſsint, & eodem modo an ab illis morbi ſanationesq; pendeant. ab iiſdem enim utrumque fieri, à quo alterum eorum fiat ueriſimile eſt. Ita motus ſiderum, & exortus conſiderans, atque occaſus, tempora quoque geniturarum redi-

tus

tus non mediocrem aſtrologiæ partem tractat. Inde ad uentos, anni conſtitutiones, pluuias, ſerenitatem aut nubes ſiccas, frigora caloresq́ꝫ Metheorologicũ dicetis exquiſitiſsimum. Rurſus cum domorum conſiderat ſtructuram commodaque, archietectum peritiſsimum. Quibus uentis exponẽdæ feneſtrę, porticus, atrium: quibus lignis conſtare debeant ædes: quæ cubicula aut cœnacula & quomodo conſtruenda, ut hyemali ſole tepeant, ęſtiua aura refrigerentur. Mitto coquorum artem, quã penitiſsimè oportet ut norit, totq́ꝫ alia quæ nunc enumerando potius ad oſtentationem protrahi oratio forſan uideri poſſet, quã neceſsitatis cauſa recitari: hæc ſolum adijciam, quæ ad medicum tantum pertinent, eiq́ꝫ ſunt propria: quorum ſcientia adeo admirabilis eſt, ut unus medicus plura ſcire uideatur, quã uniuerſi alij artifices aut philoſophi. Quid enĩ maius dici apud mortales aut excogitari poteſt, quam hominem unum nonſolũ noſcere plãtas omnes ac fructus tum lapides, metalla piſces, aues, ſerpentes, quadrupedia

membraq; illorum uniuerſa: ſed generationem tum illorum tum etiam eorũ animalium quæ inſecta dicuntur? ſed formam & regiones ubi naſcantur, quæque optima peſsimaue ſint? & quod maximum eſt, uires, ſecretasq; potentias ac miracula? Vt ſi hac in parte medicus philoſopho conferatur, uideatur ſanè philoſophus paruulus, uiro comparatus. Nõne medicus herbas, arbores, fructus, ſemina, flores ſolus depingit? ſolus quid poſsint nouit? atq; idẽ in omnibus quæ terra producit facit? Quid dicã poſt modum de diſſectione illa admirabili corporum noſtrorum, deque notitia uſus uniuſcuiuſque partis? Ille ſolus uim etiam elementorum nouit: ille morum perturbationes etiam ſanare docet: nonne hæc (ingenue fateamur, quæ manifeſtiſſima ſunt) prope ad diuinitatem accedũt Quid ſubtiliſsima illa pulſuum atq; urinarum cognitio, ac adeò admirabilis, ut multi eam eſſe negent, in qua cum natura ipſa cum ipſo rerũ opifice (ſed tamen id mementote, omnem humanam ſcientiam umbram quandam eſſe, cum ad diuinam

uinam immenſitatem comparatur) contendere uelle uidetur? quid dicam de diuinis medici periti oraculis in prædicendo, cum & mortem & ſalutem, & tempora & qualitatem adeò norit, ut nullus uates, nulla deorum reſponſa mereantur illis conferri? Quamobrem & de quorundam improbitate queri licet, qui & hoc tantum miraculum non ſolum in ſeipſis ob imperitiam perire ſinunt, ſed etiā ex tota arte adimere conantur, audentq́ inficiari, quod illi ob ignorantiam & auaritiam ac ſuperbiam efficere nequeunt, neque fieri poſſe, nec artis ipſius partē eſſe. Acceſsit huic tanto ſpectaculo ac tā preclaro inuento quorundam nuper ſtrenuiſsimorum Heroum (ita enim merentur appellari) laboribus facunda oratio ac latina, ut nihil nūc ſuauius aut iucundius legi poſsit, ut uerè nunc huic diſciplinæ Horatianum conueniat.

*Et prodeſſe uolunt, & delectare poetæ.*

Quorum princeps fuit Nicolaus Leonicenus Vicentinus, poſt quem ſequuti ex Germania, Gallia, Anglia Italiaqúe multi alij: Laurentianus Copus Ander-

nacus, Cornarius, Rheginus, Linacer, Cruſerius, Vaſſeus, Gerardus, Rota, Feli cianus, Fichardus, Craſſus, Syluatrius, a-liiq; plures: ut nec Sicilia huius honoris expers fuerit Balanio ſuo interprete ne-mo in his requirat ordinem nemo ſe pręter miſſũ quæratur. Sed ut nobis in men tem uenit, ita retulimus. Ob quæ cõmo-da & iucundam lectionẽ hæc diſciplina iam à nullis pręſermitti ſolet. Memini ui diſſe Andreã Alciatum, noſtrę ætatis ma gnum lumen, operam dantem Galeni li bris. Quid Eraſmus? Budæus? Rhodigi-nus? partim Iuris conſulti, partim Theo logi: omnes facũdia Græca latinaq; uiri-ornatiſsimi, & qui ſuorum laborum præ clara monumenta poſteris reliquerunt. Sed & antiquorũ, ut Aelianus autor eſt, Pythagoras, Plato Ariſtotelesq; medici næ operã dederunt. Quæritis forſan qui nam hac in diſciplina uiri claruerint? ni-mis apertum eſt quam ut referatur. Quis neſcit Hippoc. illius fuiſſe principẽ, con tinua ſucceſsione ab Aeſculapio dedu-cta: Donatum quoq;, ſi uera filius eius re fert, ab Athenienſibus ciuitate & ſtatua.

Pro-

Proximus illi Galen. imperatoris medicus: cuius pauciora extant monumenta quam uellemus, plura quam credere fas ſit, hominẽ potuiſſe ſcribere. Poſt quos Græcorum, Arabum & Latinorum magnus numerus eſt illuſtrium uirorum: nec noſtro æuo deſunt, qui ſuis laboribus, induſtria diligentiaq́ꝫ aut amiſſa iam recuperarunt, aut etiam ſcriptis ſuis ad artem multa adiecerunt. Itaqꝫ ob hæc tot tantaque priuilegia à nobis laudari, & à uobis ac ab omni inter diuina munera conſecrari meretur.

encomij Medicinæ Finis.

HIE-

# HIERONYMI CARDANI MEDIOLANENSIS CIuiſque Bononienſis Medici Podagræ Encomium.

INgrati hominis officiũ nedum immemoris eſſe exiſtimarem ſi uel eorũ quorum beneficio profecerim obliuiſcerer, aut ſi beneficij memor quibusuis modis poſſem gratias non referrem. Nec quęrendum puto in gratia compenſanda quis auctor fuerit beneficij nec quo animo id contulerit in te, ſed quantum per id profeceris: Et quã libenter fuerit impertitus. Nam de animo quid quæras cum uultum promptitudinem hilaritatemq́ dantis conſpexeris? animum quidem ſolis dijs notũ eſſe tam Philoſophi quam Theologi cõſtanter affirmant. Quod ſi coniecturis agendum ſit, non niſi bono animo proficiſci beneficia credendum eſt: atq; eo magis cum qui dat in plures alios fuerit munificus:

ficus: ſi rogatus ægrè dederit, ſi nemini non roganti dare uoluerit, exiſtimandũ eſt parum liberali animo dare uoluiſſe. Quod ad perſonam attinet, nemo ut dici ſolet bonus eſt omnibus niſi Deus. Cæteri quibuſdam ſunt boni pluribus plerunq; mali, at contra podagra pleriſque bona paucis mala eſt & grauis tum uerò liberalis atq; munifica ſponteq; accedit ad homines, quo fit ut cum nemo ſimpliciter dici poſsit bonus aut malus, ſed in collatione muneris talis ſit habendus, podagra omni ratione bona dici debeat. Et cum malos eos credere ſoleamus qui prima fronte iucunda offerunt, tegunt quæ nocent, & hoc nomine rurſus laudanda illa uenit quæ ſub mali ſpeciè nos aggreditur, quicquid tegit quicquid latitat ſub ueſte bonum eſt atq; cõmodum. Non eo laudare uelim podagram quo cætera ſolẽt laudari mala mortalium, tanquam his ipſis iuſtæ ab illis exigantur pœnę. Sic enim & mors & morbi & tyramni laudari ſolent, ſed non eſt hæc illorum laus uerum potius accuſatio mortalis generis. Sint homines ſuo

ar-

arbitrio ingrati, ſceleſti, impij, ſeni, auari, iniuſti & omnino improbi, nil ad laudẽ podagræ tam turpis & abominanda cauſa ꝓdeſſe poteſt. Non probabo pænam quam odero, & quam ſi ego etiam immerito ſubire ex eorum tamen genere ſum qui eam ſubierunt. Non eſt hoc augmentum paradoxum, non oſtentatio facundiæ aut ingenij, quorum unum in me minus eſt quam mediocre alteri conſcius ſum nunquam operã nauaſſe. Male laudantur ea quæ iuſtè laudari non queunt, Velut ſtultitia, Caluitium, Quartana, in quibus quanto plus elucet rethoris eloquentia eo in argumento leuitas maior deprehenditur: Oratio inanis & undique fides ac ueritas hiſtoriæ deſyderatur. Eſt podagra quæ ſe ab initio oſtendit ac probat, adeo ut ſine uerecundia prætermitti laus eius non poſsit. dubiumq; facit an honeſtius ac præſtantius ſit de illa uerba facere, an turpius & iniquius illaudatam cum tot meritis tantaque gloria ſinere. Quod ſi nihil eſſet mali quod dignum laude foret certe podagram laudare non auderem nunc uideo

tot

tot eſſe mala laude digna ut laudare po-
dagram illis omnibus multo mitiorẽ tur
pe uideri non poſſit. Etenim menſes qui
fluunt mulieribus fœdi & à quibus illę
adeo conflictantur, partus, dentiũ ortus,
ueneranda canities omnia mala ſunt ἐξ-
ανθήματα καὶ ἑλκώδεις & tamen quod plu
res ab illis bene ſe habẽt laudem meren-
tur. Obijcies quod hi ex ordine natu-
ræ ſunt, podagra morbus qui caſu adue-
nit. At nec familiaria adeò exanthe-
mata ea illa rubra, rotunda, parua, uaris
ſimilia olim fuiſſe credo quæ à ſolis A-
rabibus ſint deſcripta. Quæ nunc. Va-
riolas à Varis uulgus appellat ac mor-
billos neſcio qua ratione & tamen his
purgari ſanguinem & meliorem fieri
corporis habitum conſtat. Sunt ti-
mores, ſunt dolores qui nos commone-
faciunt uitæ melius traducendæ. Deflo-
rata uirgo dolet, hoc caſu accidit, & ta-
men laude dignum habetur. Si nulla
eſt imbecillitas, ſi nullus eſt dolor bo-
nus laudandusque, non inficior poda-
gram non eſſe laudandam ſed poſtquam
tota uita noſtra uoluptatem habet in do
lore

dolore repoſitam, edendi in fame, biben di in ſiti, uenereorum in prurítu, iam hoc credo me obtinuiſſe non eſſe toto genere podagram illaudabilem, admittique iure poſſe ut partes etiam illa ſuas tueatur. Non inuenit ad hanc uſq; diem qui illam laudauerit? an ob id laudari nõ meretur etiã ſi à nemine laudata ſit? Quot res, quot uiri illuſtres præcone caruerũt? Quot morbi mala inſaniæ in contemptum bonorum laudata ſunt? Nulla peſtis ἐγκωμιαστῶ ſuo caruit. An ideo augẽda eſſet iniuria quia facta ſit? Quãquam nec defuerit egregius laudator, & qui etiam Deos Deaſq; laudare conſueuerit, Lucianus ille Samoſathenſis uir acer magnęq; eruditionis, cuius exemplo moueor non ęmulatione ducor. Etenim uelut in omnibus rebus egregijs nullus orator tam oculatus eſſe poteſt tam præclara arte inſtructus ut rei dignitatẽ facundia ęquare poſsit, ita in laudando podagram ſemper aliquid deeſſe neceſſe eſt, tum uerò id magis contigit quod raro oratores aut ſperant in arduis, aut ſtudium in humilibus rebus adhibent. Neq; enim

enim uel nos hanc prouinciam aggredi mur quod pares laudes pro dignitate eius dicere poſſe ſperemus, ſed quod noſtris laboribus facundiores ad hoc munus incitari debere credamus. Vnumquenq; enim in certamen uoco non uictorię ſpe ſed ut uictus ſępe gloriari poſſim tanti certaminis, tam laudabilis operæ auctor fuiſſe. Vtinam reuiuiſcerent illi Cicerones, Hortenſii, Cottæ, Coruini, negotiũ pro dignitate ſuſcepturi & ſplẽdide illuſtraturi. Etenim plurimum refert in rebus etiam pulcherrimis quomodo quidq; dicatur, ornetur, amplificetũ, aut excidat & proprijs laudibus fraudetur? Nihil eſt tam præſtans quod uitio orationis contemptum non euadat, imo odioſum. optabat Alexander magnus Homerum laudatorem, maiorq; etiã nunc gloria eſt Vlyſis atq; Achillis qui paruis in oppidis imperarunt, qui cũ tota Græcia uix decem in annis urbe una potiti ſunt quam ipſius Alexandri qui in totidem annis ſolus orbem totum occupauit. Ergo ſi non pro magnitudine aut dignitate laudem podagræ tractauero, me

rito illa doleat quæ tam ſiccum & frigidum laudatorem omniſq; facundiæ expertem malo Fato ſuo nacta ſit illi non imputetur, cuius uoces quotidie ad aſtra uſq; feruntur. Verum ne amplius ipſam rem differam, eius hiſtoriam narrare ſimpliciter decreui. Nam.

Ornari res ipſa negat contenta doceri.

Omnes fatentur illam inter ſuas contribules principatum tenere, dico chiragram, arthritim, iſchiam, mentagram. Vt quod ad nobilitatem attinet omnium illa ſit præſtantiſsima. Quid dicã illius affines Nephritim, colum, regiumq; morbũ & ſocios febrem, abſceſſus, omniũ hæc dux eſt atq; ad illã oẽs referũt. Nemo podagricum arthritide aut chiragra aut coxendice teneri dicet, at ſi quis horũ uno laborauerit, podagra laborare illũ dicũt. Quinimo quotquot morbi leues artus occupauerint ut nobilitentur, nomẽ podagræ ſibi aſſumunt. tametſi ab illa plurimum degenerent. Adeò nobile eſt atque uulgatum hoc nomen ut & ægri patiendo & medici curando eo ſe nobilitari putent. Neq; uerò ambitioſo illa nomine

ne delectata eſt. Nõ ſe cephaleã aut cardialgiam uel ophtalmiam nuncupauit, nec turpi etiam nomine coinquinata eſt quemadmodũ mariſcę, fici, hæmorrhoides, teneſmi, à pedum nomine ſuum traxit humillima corporis parte, ſed nõ ſordida neq; turpi aut fœda. De antiquitate nulli non nota medico, & multo ante Hippocratem, atq; uſq; à Troianis temporib. nomine nobilitata ſuo q̊d adhuc e Gretia ipſa retinet non qđ latini pudeat ſed ꝙ antiq̊ magis gaudeat argumentum conſtantiæ ſuæ, libertatem & ingenuitatẽ ſemꝑ profeſſa apertè inuadit ui ꝙ uult obtinet, nulli inſidias molitˀ. Et cũ maximis dolorib. homines premat, nemin̄e tñ occidit aut conuellit. Quin etiam in ipſis doloribus riſum mouet. Ea ſola ſpernit medicinam ut Poëta:

*Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.*

Quinimo bellũ indixit medicis, multos etiã eorũ cõflictauit grauiter. Vnguẽta ſpernit, medicamenta negligit emplaſtris irritatur, fomẽtis ſæuior fit nullũ medicinæ argumentũ timet: recedit atq; accedit cum uult melius arbitrio ſubiecta.

amuletis aut præcantacionibus ullis pellitur, imo ne diuorum quidem pene ſupplicationibus. Solus Deus eam depellere poteſt. Generoſi animi res quæ imbellē non fatigat ætatē, nec pueros nec ſenes ultimos nec mulieres aut ſpadones, quicquid floret, quicquid robuſtū eſt aggreditur ac euertit. oſſa ipſa loco mouet, debilitat robuſtiſsimos, neruos & uincula quatit, iuuenes ſolos proſternit, non minis terretur, non machinis pellitur, non blandicijs delinitur. Quos inuadere propoſuit inuadit, quibus infenſa non eſt ab his perpetuo abſtinet. Simili gloria cum Regibus, Cęſaribus, Pontificibus, potentibusq́ iuris ac ſapientibus, ut uulgus exiſtimat, pugnā init, Pauperes ruſticosq́ relinquit. Ingreditur aulas principum: Et eos qui proprias uxores filiosq́ faſtidiunt illa rabida aggreditur, diesq́ ac noctes illis quantumcunq́ inuitis cum eis uerſatur. Depulſisq́ chariſsimis pignoribus ueteribusq́ famulis.

Dormit & in pluma purpureaque thoro.

Vnguenta ſentit, canthus ac citharas audit

audit, mollia ſtrata, puluini ſericei, inter aurum gemmas & pictas tabellas ſuperba decumbit: Audit fabellas, deguſtat uina generoſa delicatioresq; cibos afferuntur interim flores gratioſi, ueſtes uariegatæ & quicquid ambitioſum à ciuibus uel ipſis regibus multorũ ſpatio annorum congeſtum eſt. Quod ſi uera omnino ſunt quæ de Telchinibus Laſciuis Dæmonibus Platonici fabulantur, quos ferunt in hominum corpora transferri, ſolos eos beatos eſſe crediderim qui cum podagra ipſa domicilia corporũ humanorum ingediuntur. Nanq; cum uenere & baccho & delicatioribus dapibus perpetuum fœdus contraxit. adeoq; beata eſt ut qui ea detinentur, præter dolorem ipſum beatam uitam ducere cogantur, neq; enim illa ſteriles efficit ſed ad Venerem acriores reddit. Verum ad Philoſophos uenio, Arceſilaus ex eius fuit domeſticis, tum Lycon Tharſenſis alijq;, ut non credas podagram etiam non philoſophari. Noſtra ætate uir magnæ eruditionis Eraſmus è cubili podagræ quicquid legi meretur exprompſit. Sanior

longe in morbo quam in bona ualetu-tudine. Quot pulcherrima monumenta eruditorum uirorum Podagræ debe-mus? Sani operam damus negotijs, & ſi quid exit temere effutitur, ægri ſtudijs ac contemplationi. Et quicquid emiſ-ſum tunc fuerit lucernam ſapit & mode-ſtum eſt atque caſtum. Sed hæc mitta-mus: de potentia agamus quæ in illa ma-xima eſt, ſola enim podagra totum in-uadit hominem. Primum quidem pedes aggreditur, inde manus, genua, cubitos ſuras, humores, dorſum, collum, mandi-bulas, deniq; etiam dentes. Sed neq; lin-guæ parcit. Et ſunt quibus naſum inua-ſit atq; diſtorſit, adeo in omnes corporis partes dominatur. Quid ergo huic ſimi-le? Febris uniuerſum corpus apprehẽdit elephantiaſisq; tũ hydrops atq; icterus morbus, ſed uniuerſim dominãt: ſola po-dagra in ſingula membra imperiũ habet. Quid quod exoſſat homines, eneruat, ex-carnificat, cõtorquet crura, manusq; mi-rum in modũ, medullas depaſcitur, gib-bos, alios repandos efficit, Vt uere ſola noſtri regina corporis dici poſsit. Sed mi-

rum

rum quiddã audi de illa. Intellexerat medicos quoſdã haud gregarios ſcripſiſſe poſſe eã hermodactylis atq; Corallio depelli. Irata ſtatim neſcio qua arte ſeu caſu ac bona ei fortuna contigerit hos inimicos hoſtesq; ſuos ita eliminauit ex orbe ut ſola nomina eorum nobis reliquerit. Et coronopũ quidem ſeu corallium audiunt omnes & hermodactylum, ſed quid ſint nemo docere poteſt. Neque illum laudarim qui cum multis cucurbitulis languentes in balneo beneolentium herbarum poſitos excantificabat: cum plus eſſet in medicina incommodi quam in morbo ipſo. Quid profuit Agrippæ aceti feruidi balneum quo ſimul leuatus eſt dolore ac pedum uſu? Quid Cæſari noſtro medicamentum illud ficulneum ac quaſi ſuperſtitioſum è nigræ capræ ſero cum ficlus lacte? Nonne preter id quod nihil contulit uelut & reliqua omnia quæ illam arcere ſolent auxilia uitam effecit breuiorem, atq; tenuiores omnino illius uires? Quid fõtes q̃s ſeu caſu ſeu uolũtate concluſeris breui mortẽ afferũt? Qui ligni ſãcti decoctio, q

ſarze Panliæ, quicꝫ Thermarum aquis glorianturannos numerent, quibus uel curati uitam ſanam degant aut ſuperſue re inculumes, noneſt depellere morbum mitem ut lethalem excipias. Quid modo de me factura ſit neſcio quod eam depellere me poſſe iactauerim, forſan enim aut contemnet aut non curabit, poſtquã id præſidium adeò, in paucis experior, ut propter me ipſum ſolum illud inueniſſe uideat. Et ſi modo aduerſum me ſęuiat non iure id egerit quandoquidem eam ſolum relegare quæſierim, non exturbare perpetuò è domo, nec alios docuerim. Irata ſanè meritò fuit Guglielmo Budeo qui cum eam publicè conatus ſit docere eliminare, ipſum auctorẽ ita concuſsit ut nil integrum ei reliquerit. Sed aliud eſt tueri partes ſuas ſuacꝫ commoda procurare, aliud iactantiæ cauſa aut ſpe lucri alios id ut facere poſsint docere. Aliud eſt infeſtum hoſpitem aliquandiu detinere, ne adeò frequenter nos moleſtia afficiat, rarius uexet, aliud omnino è domo pellere & prorſus hoſpitio interdicere. At fortes uiros forſan aggredi nõ

auſa

auſa eſt. Nil minus, uidimus ętate noſtrą Antonium leuam Alphoriſumq́ꝫ Aualum duo belli fulmina ſingularia prudētia fortitudineq́ꝫ tot claris geſtis ſic ab illa obſeſſos ut hominesintelligerent eam nihil inacceſſum relinquere. Et fulminū Iouis exemplo arduaquæq́ꝫ petere, concutere, quaſſareq́ꝫ. Quid aliud fuiſſe credendum eſt quod Herculem domuit, licet Poëtæ ulcera fuiſſe dictitent. neq́ꝫ enim uoces illas adeò iratas protuliſſet, ſi malum in carnibus non uenis atq́ꝫ artubus fuiſſet. Sed omittamus dubia quandoquidē proprijs ac certis laudibus podagra contenta ſit. Etenim ſufficiat unum pro multis exemplum in Seuero Imperatore, qui cum fortiſsimus omnium fuerit orbemq́ꝫ occupauerit, ita ab ea uictus eſt, ut perperuò decumberet, & cui totus parebat orbis, is ipſe podagræ ſeruiebat, nec illa ſe uinci paſſa, nec is uictus deſtitit eſſe terribilis. Hoc tamen ob id ſolū dixerim quod ſciam nullum eculeum nullasq́ꝫ fediculas tantis doloribus hominem afficere poſſe laminantur, trahuntur, diſtorquentut, pungūtur,

lacerantur, franguntur, eroduntur artus eorum qui podagra correpti ſunt: nullum maius ſupplicium quod tam diuturnum ac graue ſit Deos aut inferos tyrannos inferre poſſe crediderim, quam ſint podagræ dolores. Ceſſant ut grauius afficiant, intermittunt ut maiori impetu inuadant: mitigatur ut carnes quaſi ſanæ uberius excipiant malum, reſtaurantur ægri ſut diutius ad pœnam ſufficiant. Nec tamen quenquam perimit, ne miniſtra alterius ſcilicet mortis uideatur. exiguus coli aut ſtomachi dolor interficit, quia hi mortis miniſtri ſunt. at podagra ſui iuris eſt ſola, nec ulli paret, ſed potius alij morbi obediunt ei. Etenim ubi illa fuerit omnes alios depellit morbos, nec patitur corpus ſibi addictum, ſuæ ditioni ſubiectum alteri parere aut quenquam admittere. Quot alijs ſæuiſsimis morbis ad uitæ deſperatione͂ laborantes illius adue͂tu ſanati ſunt? Quid de illius pudicitia atq; iuſticia quę cu͂ uniuerſum ut dixi inuadat corpus ſingulaq; membra, nunquam tn͂ adeo irata eſt & ſui oblita pudoris ut pudenda ui-

ru:

rum aut fœminarum aut anum aggrederetur? Abſtinet & à temperatis cum à nullo alio hominum genere ſeu ſapientibus ſeu fortibus, ſeu opulentis ne nomen temuleniæ ſubeat aut procacis. Simili conſtantia à pauperibus abſtinet, ne crudelis uideatur que uictum miſeris eriperet. Ergo iuſta, mitis, fortis, ſapiens, pudica generoſa eſt podagra, ſeu contēptu eorum quos non inuadit ſeu dignitate illorum quos ſubigit. Viſa etiam eſt mihi aliquando è genere Flaminum Dialium quibus cum ad mortuos ingredi ueteri inſtituto non liceret, huic nec ad mortuos nec morituros. Quod ſi cuiꝗ infenſa, perdere illum ſtatuat, abſcedit traditꝗ febri aut orthopneę aut attonito morbo iugulandos. Similiꝗ ratione irata quibuſdam qui eam depellere tentarunt abſcedens febri doloribusꝗ uenticuli mandauit occidendos. Non illa turpis aut abominanda quemadmodum lepræ, ſcabies, Indicusꝗ morbus, non cōtagioſa ut phthiſis, peſtis, ophtalmia, ſed ad eam ſecure ut uadant amici permittit. nunquam illa nos ut cæteri morbi clanculum

culum adoritur aut nobis neſcientibus. Ea nihil etiam fœdum aut moleſtum ſecum ducit, non ſaniem aut ulcera aut tuſſim uel uomitus aut alui profluuia, tota munda eſt & ſeipſa contenta. Quin etiam unumquēq; pro menſura debita premit. Validos uehementer ac diu, imbecilles, parum ac breui tempore affligit. Forſan obijcies, uilem eſſe podagram quod etiam Canibus, iumentis, capis auibusq; pleriſq; in otio detentis, aut ultra modū ſaginatis adueniat. Vnde etiam qui eas aues edunt proniores ſunt ad podagræ morbum ſubeundum. Sed non eſt hæc podagra quæ dolores certe nullos aut perexiguos excitet cuius inditio eſt quod nec queruntur nec clamant. Sed ſimile quippiam, nam omnibus rebus egregijs natura ſimile quid excogitauit, homini ſimiam, equo hippocampum, ſunt & unæ in uitibus & in mari ut etiam in Epigrammate Bouſsueti.

Vua marina ſemel uino permiſta bibenti.
Fertur magnum odium inducere poſſe meri.

Iam

Iam uerò quantum affert commodi podagra atq; primum nobilitatis opinionem, nanq; & ſi conſtet eum qui illam patitur eſſe ruſtici filium id coniectura omnes aſſequuntur falſo creditum illius eſſe filium ſed nobilis ac præpotentis uiri ſpurioq; genitum concubitu. Tum uero magis quod morbus is ſit hæreditarius. Cupiatq; podagra ſuos deſcēdentes agnoſcere. Cum uero podagroſus in aulam uenit, ſuſpicitur ab omnibus etiamſi ſit nebulo. Habet enim neſcio quid regium podagra, ſedet cum alij ſtant, & equitat cum alij pedibus ambulant. Vidi Maximianum Stampam in mula ambulantem cui à pedibus erat Alfonſus Aualus Princeps, quia tum is ualebat, illum podagra detinebat quod ſedēnt huius beneficio apud principes alioquin eo prorſus indigni honore? Videas amicos qui accedunt quāta cum modeſtia ſe gerāt? dicas aſsidere illos Cæſari aut Pontifici, quanta cum reuerentia tractent, tangāt ægrotantes, & interrogentur. Quid de domeſticis? non adeo leniter tonſor nouaculam ducit. Si quis tibi ruſticus & agreſtis

greſtis incōptuſq; familiaris adſit podagroſo adijciatur ut ſeruiat, habebis per quam frugi comptiſq; moribus omnia tractantem belle ac leuiuſcule. dicas ælurum ſuper plumam. Cogita quæ domicilia ſibi elegerit, quomodo inhabitet? non niſi alta palatia prætoriasque domos læta uiuit inter amicos, & uoluptates. Si quis ab amicis negligit aut eum tanquam aſperiorem refugiũt, ubi podagra inuaſerit, iam omnes accurrunt. Si qui morbi eis iungantur febris, uigiliæ, dolores alij, ea omnium ſibi uendicat locum. Quid habet interrogantibus? reſpondent, podagra laborat. adeo podagræ nomen notum omnibus eſt celebre atque illuſtre. Sed qualem hominem facit podagra? Pium, caſtum, continentem, prudentem, uigilem, & ſi quando dormit, non ut reliqui morbi turbulenta facit inſomnia. Nemo tam deorum eſt memor quam qui à podagræ doloribus detinetur, qui podagram patitur, obliuiſci non poteſt, quod cæteris omnibus fere contigit, ſe eſſe mortalem à uino, carnibus, reliquiſque

que edulijs, à crapula à Venere tantum abſtinet quantum putat ſe poſſe eſſe ſecurum: Auertit à principe noſtri particula cerebro ſcilicet ac ſenſibus & mente omnes prauas cogitationes, uanas ſpes, ſuperfluos timores, incerta ſtudia, non permittit in uanum opes profundere, cogitque uel inuitos commode, lautè & ſplendide etiam uiuere. Quanta uerò commoda ex huiusmodi moderatione? quin etiam cum deſperent ad alios accedere poſſe ut hi ad ipſos accedant, fiunt mitiores, comes, blandi, manſueti, diſcuntque tractationem cum hominibus. nec ulli alij prudentiores podagroſis habentur. Quinimo eis committi ſolent Reipublicæ habenæ. habenturque conſilia illorum matura, prudentia, atque tuta. Vt quorum mens nullis fluctibus agitetur, corpus à motibus quieſcat, & anima ſuperfluis cibis aut potibus minimè ſit impedita. Iam uerò & illius peculiaria explicemus dona (tria autem ſunt præcipua) lapidem in ueſica generari prohibet, & pulmonem ulcere affici, præterea eum efficit uini

guſtum

guſtum ut nemo melius uinorum perci-
piat ſuauitatem quam podagroſus. Mor
tem præterea leniſsimam & ſomno ſimil
limam parit, ſi cui à podagra ſuccedente
morbo mori contingat. Quid cum re-
mittit ſe quales ſomni, quàm dulces, qua
lis indolentia & pruritus circa locum, pa
rum à uenerea diſtans uoluptate. Hęc ſo
la nos admonet ſtudijs incumbendum
quandoquidem ea ſola dulcedo dolorũ
interuentu abrumpi nequeat. Sedpreter
ipſam ſociorum iucunditatem que in o-
mni morbo exigi ſolet, peculiari natura
mouet & amicos & ægros ut iocis ac ſa-
libus plus delectentur ac ualeant, ut ue-
nereis claudi, dolis gibbi, fraude ſtrabi,
prõptitudine & conſilij celeritate calui,
ut ridicula ſit horum conuerſatio. Addã
ne & illud quod podagrici motus lunæ
melius Aſtrologis norint, temporumq́
mutationes certius nautis. Hæc atq; alia
plura ac præſtantiora de podagræ laudi-
bus uerè dici poſſunt. Sed uideo quid
contra poſsis obijcere, quod morbus ta-
men ſit: atq; quod melius omninò ſit, ut
etiam de cæteris, non habere quam habe
re.

re: Atq; hoc eſt quod pleriq; iactant, pauculiſque incomptis uerbis tantam gloriam interturbare atque confundere poſſe ſperant. Sed ſi modo ex hoc ipſo maximè oſtendero illius præſtantiam ac laudem haud dubito conuictos fore illos qui quouis nomine non dignam fore exiſtimabunt. Principio damnas eam quod morbus ſit, quaſi non tota uita noſtra morbus ſit aliquanto deterior quam podagra. nam ſi morbum uocas ſolum dolorem certè podagra morbus erit, reliquum uitæ non ita morbo laborare dici poteſt at ſi morbum dixeris animi corporisque languorem ſecus lõgè. nam nunquam minus morbo laboramus quam cũ podagra nos affligit. morbus eſt ſtultitia, uoluptas, obliuio conditionis noſtræ, iracundia, odium, dolor, quibus nos ipſos noſtroſque leui uel nulla cauſa euertimus. At non morbus eſt melancholia? & tamen hac ipſa laboraſſe pluresque ſapientes uiros atq; præſtantes auctor eſt Ariſtoteles? quid Poētę, Vates, Sibylle? non ne omnes morbo laborarunt? & quamdiu in pretio fu-

erunt eo magis conflictati ſunt, quapropter & paucis ex his longa uita perfrui contigit melancholicus fuit Virgilius, inſanus lucretius, ſtultus Naſo, ebrius Horatius: quid tot commemorem? cum omnes inſanierint breuisq́ uitæ fuerint. Si quid eſt in nobis diuinum iam maximè detegitur in morbis: tunc enim futura præuidemus, prudenter negotia diſponimus, atque à perturbationibus animi liberi ſumus. Podagra ſi temperantię iuncta ſit, ſenſus reddit uegetes, firmam memoriam, ſucculentum corpus, ualitudinem ſynceram, uitam longam, guſtum purum, ſomnum tranquillum, animam ſuauem, lætas cogitationes, promptam ad ſtudia ſapientiæ mentem: nam cum alij morbi ſolent illam interturbare ſola podagra adauget & exacuit.
Hoc uerò illa habet præcipuum & incomparabile donum quod ſola animum contendat iam aſſuetum obniti aduerſus corporis acerbiſsimos dolores, undeuiget illius maxima fortitudo atque conſtantia ac robur, quo corpus aduerſus cætera incommoda omnia rega

gat

gãt ac gubernet. Nam, de illo ſolum quę reris poſtquam de animi languore plus ſatis dictum eſt. at quærebatur Plato, nimis ſe frui bona ualitudine, niſi enim ægro iã corpore animo ualere nõ poteſt. ſed ſit, ut dixi, contemptus animi, quærãtur ſolum corporis bona, quantum tibi adimit podagra temporis? quantum te impedit à negotijs? certe ſi temperanter uiuere uelis parum aut nihil exigit: labores inanes & curas graues, ut ſi ſeruiendum ſit tumultuoſę Reipub. ſi graui principi & moroſo, ſi imprudenti amico. unde nam melius ſumitur excuſatio quam à podagra? habet podagroſus maximã temporis partem in ſua poteſtate; nulla honeſtior excuſatio laboris quam à podagra. & ſi res tua agitur deſeruit te dolor dicis. Sed hęc mittamus & de morbo agamus: quis eſt qui ſi in podagrã nõ incidat deteriore morbo non laboret? ſi oculo, qualis moleſtia? quale periculum? quantũ impedimẽti? ſi aures, periclitabis de uita, de auditu: ſi dente, nec dormire nec edere potes: ſi tuſsi, periclitaris de ſputo lãguinis: ſi ſcabię fœdus es omnes

conſuetudinẽ tuam fugiunt: ſi febre certas de uita: ſi coli uel uentriculi dolore, præter id quod moleſtiſsima ſunt, magno in diſcrimine uerſaris. nephritis acerbiſsimos habet dolores, & periculum uitæ affert, regius morbus hydropem, hydrops mortem parit. Cordis palpitatio ſimilis eſt pœnę infernorum, coxendicis dolor podagræ doloribus non minor eſt claudosq; reddit: comitialis ad ſingula momenta horrendus & non ſine uitæ diſcrimine: hernia nunquam ſanatur, nunquam fideliter intermittit. Quid eſt ergo quod optare poſsis magis quam podagram, ſi non ſperes te perpetuò futurum incolumen? quæ ſpes quam falax ſit intelliges facile ſi ſingulorum uitam inquiras qui uel quadrageſimum annum exceſſerint. quotus quiſque enim ſine labe deterrima eſt? ſed latent talia præter medicos. ob id plurimi immunes à morbi labe populi iuditio ſunt, uerê autem quam pauciſsimi. Itaq; cum ea conditione nati ſummus ut aliquid pati neceſſe ſit, nec morborum ullus mundior, mitior, ſecurior, facilior, animæ uires adeò augeat,
mo-

mores exornet, nullis commodis afficiat uitam aut dignitatem aut opes propterea meriro encomium illi diximus, debitaſque ei laudes tribuimus. Quod ſi quis maleuolus calumniator obiciat quorſum hæc? laudare rem fœdam, abominandam, morbumque, diuturnum atque inſanabilem? idque non niſi oſtentandæ facundiæ uel ingernij factũ putet: quandoquidem non res una ſit podagra, non dea, non naturale quidquam, ſed è genere læſionum, dolorum, moleſtiarum, defectuum, is ſanë decipietur: quandoquidem licet accidens ſit ac priuatio quædam, nihilo minus res eſt, non ſimplex defectio, quæ cum homini aduenerit ſcire præſtat bono potius fato quam malo aduentaſſe. optimumque eſſe in humanis hiſque nocere ſolent commodè uti ſcire, ſicut peſsimum his quæ bona ſunt abuti. Eſt ſignum, eſt cauſa bonorum multorum, atque ſi ab effectu & exitu res penſandæ ſunt talis ut comparem in humanis non habeat. Nam præter reliqua quæ iam dicta ſunt quot caſibus illa nos uiolentis eximit? Nuper apparuit

in Andrea Dauria Genuenſis Cæſareæ claſsis præfecto, quem cum per proditionem Io: Aloiſius Iliſcus conuiuio exceptum occidere decreuiſſet, podagræ doloribus ſæuientibus ad conuiuium non acceſsit. inde imminentẽ cædem euaſit. Quotquot annis ſuperuixit, fuere autem circiter tredecim beneficio podagræ debentur, tum geſta eo toto tẽpore At quam multis alijs mortalibus ſalus fuit podagra, ut ſe ab inſidijs atq; immentib. periculis tuerent̃. Quot uenena, cædes, &, ſi nullum eſſet aliud malum, crapula uitantur dum ad conuiuia non accedũt homines. Quin quot à malis nos illa auertit cœdibus, iniurijs, inſidijs, adulterijs, non ſolum quo ea detenti impediamur: ſed quod ab huiuſmodi cum ſciamus perpetuo uigilandum & contentionibus incũbendum non audemus nos periculo committere, ſed quieſcimus, paremuſq; ſolum neceſsitati ac rationi, nõ perturbationibus à quibus fallimur. cũque ſic nos auertat ac quaſi mala diſſuadeat non prohibeat, ſi neceſsitas incumbat, nec admodum reſiſtit, nec ſi uis ei in

ſera-

feratur periculũ affert. multi in incẽdijs diſtendi acerbiſsimis dolorib. podagræ fuga tanquam ſani eſſent ſe proripuerũt. nec Dauriæ prope octogenario noctie ſub initio Ianuarij obfuit &equo fugam & coloce arripuiſſe. nec ſcio quenquam qui ob podagram ab hoſtibus oppreſſus, aut qui quod ſe è manibus eorum proripuerit incommodum paſſum. Itaq; cum tam inſignibus dotibus, atq; exemplis, præſertim huius marini regis encomio podagræ finem faciamus. Neq; curemus quod ſubſtantia non ſit, nam ſubſtantiæ è diuinorum genere ſunt, ut in Hyperchen oſtendimus.

*Hieronymi Cardani encomij Podagræ Finis.*

HIERO-

# HIERONYMI CARDANI MEDICI AD ANDREam Camutium medicum Apologia.

GRatulor tibi uir egregię q̃d tam ſyncere pro ueritate, ut tua fert opinio, in defenſionem eorum quæ à Galeno in Hippocratis Aphoriſmos errata ſunt(ut mihi uidetur)ſcripſeris. OPtimi enim uiri eſt & diſciplinas adiuuare, & eorum qui benemeriti ſunt de illis pręcipuè, mortuorum manes tueri. Quocirca alacri animo, ut qui te noſcerent è facie, amarentq́; non parũ, atq; eo magis quod non ex animi liuore illa prodire mihi ſum perſuaſus, ſuſcepi legi quam celerrimè quantum per tot Occupationes diſtento licuit. Et quamuis paucula ex innumeris in quibus Galenum minus bene dixiſſe aut Hippocratem expoſuiſſe comperio ſolum collegeris, ignoſcẽdum exiſtimo nam ego tum illa tantum in medium diſputanda protuleram

tuleram. Quot uerò more tuo ludas & ad ſcõmata deuenias in fine libelli, quã uis in re ſeria, nec ullis prouocatus iniurijs, condono ſtudijs tuis & naturæ, cum non maleuolentis animi cauſa eſſe dicta ſuſpicer. Et quomodouis etiam dicta eſſent, ſatis habent pœnarum ſecum quæ in ſuos auctores reincidunt turpia. Quid enim per Deos quęſo fœdius, quã philoſophum medicum publicè profitentem iam in his canum factum, turpiter iocari? liberaſſes me ſi te odiſſe poſſem à iuramento cui minus forſan fuiſſent credituri, quod talia in diurnis publicis diſputationibus dicere ſoleas narrantem. Itaque cum calamum, ut dicunt, arripuiſſem reſpondendi cauſa, animaduerti te non accuſationes meas in Galenum, ſeu reprehenſiones mauis, ſcripſiſſe, ſed alias neſcio unde ſumptas, ſed certe ualde à noſtris differentes adeò ut nil in illis meum agnoſcerem. Cœpi itaque hærere quid agerem. Reſpondere ſingulis ut quæ dicta eſſent in Aphoriſmos fruſtra repeterem inanem fore laborem animaduerti. Omnino nihil ſcribere

bere, nec humanitatis meæ eſſe ducebã, nec eius qui ſine liuore contra Galenum ſcripſerit, nec officij amici, qualem me tibi eſſe certè ſcio, ut etiam te mihi forè perſuadeo. Omitto crimina quæ in me congeris quoniam cum in bonam partẽ trahi poſsint malo malè interpretando benedicta credere, quã bene maledicta. Interim hoc unũ ſubijt conſiliũ ex quo & tibi & legentib. & officio amici ſatisfacerẽ. Id ſiquidem me docente clarè quantũ q̃ tu obijcis abſint à meis reprehenſionb. Et ne in ſingulis id facere cogerer, aut unũ locũ præ alijs elegiſſe, primum quod occurrit examinandum ſuſcepi. tum eo magis quod id ſolum à me diſputatum ſit tum publicè, nec ſcio qua ratione in reliquis reprehenſionibus deſcendẽdum Galen. ſuſcipere potueris, cũ ex me nec uoce nec ſcripto rationes quibus illũ reprehẽdere te intellexiſſe certus ſim. Sed iam ad rem ipſam deuenio.

*Galeni uerba prima Aphoriſmorum commentario primo.*

Hanc orationẽ ſiue ſit unus Aphoriſmus ſiue plures eſſe procœmiũ totius operi

peris pro cōfeſſo habetur, apud octo fer me eius expoſitores. Inde ſubijcis non multo poſt: Secundā autem ſcribit (partem) non ut pronūcians ſed ut conſulēs. Et inde prima: itaq; pars orationis hoc unum caput complectitur, uitam eſſe breuem & artem eſſe longam: poſt hanc ſecunda pars quoddam ueluti conſilium ſeu pactū affert his qui lecturi ſunt hunc librum ac dijudicaturi. Et infra ante finē: Conſonant autem his quæ dicta ſunt & uerba ſequentia: Nam tanquam procemium fecerit ipſi commentario, & his quæ in eo ſcribenda fuerunt conuenienter ſubintulit. Nec ſolum oportet præſtare ſeipſum oportuna facientem, ſed & ægrum & aſsidentes & exteriora. Si quis (inqt) aliquādo dijudicaturus eſt quantum ueritatis habeant q̃ in hoc libro ſcribunt̃, nō ſolum ſeipſum. Dico ergo Galen. ex pprijs uerbis reprehēdi, nō intellexiſſe Hippo. qa Hippocr. uult medicū habere certā noticiā, & qđ cū eſt incerta eſt opinio, ipſe aūt opinionē damnat hic uerbis. Duo em̄ ſūt ſciētia & opinio, quarum altera facit ſcire, altera ignorare. Eſt ſenten-

tentia illius, ſi quis quod ſcire poteſt non ſciat, non tenet rationem illius, quare & ſi illud credat & rectè tamen ignorat. At Galenus quod poteſt ſciri de eo dubitat ergo illud non intelligit, quare ignorat. Conſtruitur ergo argumentum ſic, ſi Galenus credit hūc eſſe unum aphoriſmum & ſunt plures, non ſolum ignorat ſed decipitur in ſententia Hippocratis: Et ſi credit eſſe duos Aphoriſmos & eſt unus, ſimiliter ignorat & decipitur in eadem. Et ſi credit nil intereſſe uel neceſſarium eſſe ut quis ſciat an ſit unus uel plures, uel etiam putat intereſſe, ſed non credit, neceſſarium ad hoc ut intelligat aphoriſmū ut ſciat an ſint plures uel unus, adhuc non intelligit aphoriſmum. Igitur ex ſyllogiſmo cornuto ſeu Chryſippeo, cum ex uerbis ipſius Galeni colligatur ambiguitas illius in hac ſententia, hic Aphoriſmus eſt unus uel hic aphoriſmus non eſt unus, & unum horum ſit neceſſarium, quippe cum hoc uel illa hoc non eſt neceſſarium ſcire expleant repugnantiam, liquet neceſſario ſequi Galenum non intellexiſſe hunc aphoriſmum. Et

ideò

ideò patet quod nil habet argumentum unum ſub perſona mea recitatum cum noſtro commune. Dicit enim quod ad contraria non poteſt ſequi idem, hoc primo eſt manifeſte falſum. nam ad album & nigrum ſequitur eſſe coloratum & ad rationale & irrationale eſſe animal. Et ad unum & plures homines ſequitur eſſe hominem: ſicut in monſtris habentibus duo capita, de quibus ambigitur, an ſint unus homo uel duo: & ad ceraſa coniuncta ſequitur eſſe ceraſum, licet neſciamus an unum ſit aut plura. Secundo quia nil habet hoc cum argumento cornuto, quia quid concluderet hocmodo. At argumenti cornuti eſt quauis parte aſſumptę orationis conceſſa idem ſequi, partes autem aſſumptas eſſe repugnantes, ita neceſſe eſt ſequi omnino propoſitum. Vt ſeu dolo malo Aegiſti ſupplicio dignus es, ſeu non Aegiſti, latã culpam in cauſa fuiſſe oportuit, & ideo dignus es ſupplicio igitur ſupplicio dignus es. Pręterea ſi idem non poteſt ſequi ex contrariis, magis ego aſtruxiſſem Galenum non erraſſe quam erraſſe. quia ſi unus eſt

ſyllogiſmus & putat eſſe plures, errat, at ſi putat eſſe unum, ergo non errat, ex aſſumpto meo. Iam ergo liquet te mihi imponere quod nũquam cogitaui, nec eſſe ſimile aut proximum cogitationi meæ. Cum ergo non intellexeris quod audiſti argumentum, quod tui ut reor adnotarunt, nam plura uerba ut iacent recitas quantum abeſt ut intelligere poſsis ac diuinare quæ obijcere uellem in illis alijs reprehenſionib. quarum exemplum ſolũ quia ad te trãsmiſi habere tibi licuit.

Nunc modo ad meritũ rei (quanquã hoc non eſſet neceſſarium cum iam conſtet me ea ratione nõ uſum) deuenio. Et dico quod ſi Galenus putat eſſe unam quod eſt plures, aut quod plures eſt, unam poſſe intelligi, aut putat hoc non referre, non intelligit Aphoriſmum Hippocratis: At poſtquam non demonſtrat eſſe unam uel plures, etiam ſi non ambigeret, ſuficit tamen quod uel non putet hoc neceſſarium ſcire, uel ſi putat neceſſarium. ſcitu non tamen ſcit ſed dubitat, igitur omnino ignorat mentẽ, Hipp. At uel neſciuit hoc uel ſi ſciuit etiã nõ neceſ-

ſa-

ſariũ ſcitu exiſtimauit, igitᷓ omnino Hippocr. non intellexit. Porrò ſi neſciuit, iã dubium nõ eſt, quia ſi credidit ꝙ eſſet unus & erant plures aut plures & erat unus, iam liquet ex confeſsione propria ipſum eſſe deceptum. Pro cuius intelligẽtia ſciendum eſt, quod ut habetᷓ à philoſopho, oratio dicitur una uel plures, uel quã unũ ſignificet, uel additis cõiunctionib. ut in Poëtica & in libro de Enũciatione. tertiũ modũ expoſuit Elenchorũ ſecũdo his uerbis: eandem enim orationem uocare oportet, quæcunque propter idem fit. conſtat ex his tribus, modum qui fit per coniunctionem indignũ eſſe ut hoc in loco uel Hippocrati tribuatᷓ uel à Galeno reſenſeatur. Quæ una eſt quia unũ ſignificat, eſt òratio ſimplex, quę unonomine ante, alio poſt & uerbo ſubſtantiuo conſtat, ut, homo animal eſt: cuiuſmodi hanc non eſſe liquido conſtat, neque enim unum habet uerbum ſed plura eſſe oportet ſeu eſt neceſſarium. Relinquitur ergo tertius modus de q̃ eſt diſputatio ſcilicet cũ ad unũ ſe cõſequuntᷓ, cuiuſmodi habẽt in duob. ꝓximè ſequẽtib. aphoriſmis

Sed pruis dicamus de tertio. Inquit enim traditur exercitatiorum & reliqua, intendens hanc concluſionem habitum exercitatorum qui ad ſummam peruenerint ſtatim ſoluere expedit: quia non ſoluatur, nec poteſt in melius cõmutari cum ad ſummum iam peruenerit, nec in eodem conſiſtere, quia ſemper augetur, igitur neceſſe eſt ut relabatur in deterius, ſcilicet cum periculo uitæ, ergo ſoluere illum oportet. nonne dicimus, quod ſyllogiſmus eſt oratio, nam primo priorum reſolutorum ſyllogiſmus eſt propoſitio, & propoſitio dicit Ppiloſophus eſt oratio quæ affirmat aut negat. Vnde igitur ſyllogiſmus eſt oratio niſi ratione finis. concluſio enim una eſt ſimpliciter, reliquæ duę propoſitiones ſeu orationes ſunt una in ſyllogiſmo propter concluſionem, ſic ergo dicimus in ſexcẽtis alijs, cũ una pars ex alia ſequitur orationem eſſe unam. Et ſimiliter cum una declarat aliam aut illam perficit, uelut cum excipimus. Quis enim ambigit quin hæc oratio ſit una: omnia animalia ratione carent, præter ſolum hominem. Et eſt adeo

adeò una quod etiam ſi quis proferat e-
am ſunt forma duarum uelut ſi dicat, o-
mnia animalia carent ratione, ſolus autē
homo inter illa ratione præditus eſt, ad-
huc intellectus oſtendit eam eſſe unam.
Non ut in ſecundo Aphoriſmo de quo
non eſt dubium, quin ſit unus (neq; enim
nunc facio diſcrimen, an ſit unus apho-
riſmus ſeu dicatur, aut una oratio: ſiqui-
dem unus dicitur Aphoriſmus non alia
ratione quā ſi ſit una oratio, ſi quod ſit.
nam quod eſt unum in ſpecie, neceſſario
etiam eſt unum in genere utraq; diuerſi-
tas eſt & ſyllogiſmi & exceptione: In-
quit enim in perturbationibus uentris,
non hoc probare in tantum eſt, ſed hoc
medicus qualia oportet purgare debet,
quia confert & ægri bene ferunt. Et hoc
probat, quoniam in ſpontaneis euacua-
tionibus ſeu per uomitum ſeu per aluū,
ſi natura euacuet qualia oportet purgari
confert ægris, & illi bene ferunt. ſimili-
ter & inſanis, nam non plus de uno quā
de alio intelligendum eſt, quoniam com
munis eſt ſermo, igitur etiā medicus pur
gando per ſuperna uel inferna qualia o-
Yy por-

portet purgare ægro conferet, in eo q͛ iuuabit illum & bene feret. cõſtat igitur quod hæc oratio quinq; modis eſt plures, & tamen eſt una: uerè & unus aphoriſmus. & non dubitat de hoc Galenus quia ipſum intellexit, cur ergo dubitauit de primo, niſi quia illum non intellexit? Sed neq; de tertio dubitat, neq; alijs multis quoniam manifeſtior erat cõſecutio primę partis ex ſecunda. (Nam hoc eſt commune tribus primis aphoriſmis ut ſecunda pars pręcerdat primam ratione conclusionis & finis & intenti) quam eſſent in primo. Oſtendamus autem in ſecundo quomodo quincupliciter ſint plures. Et primum quia loquitur de ſanis & ægris. ſecundo q̃a loquitur tam in uomitu quam in alui purgatione. tertio quia tranſit ab opere naturæ ad opus medici. quarto quia excipit in operatione regionẽ, tẽpus, ętatẽ, morbos, ad quę reſpicere oportet. Quinto & ultimo quod conferat & bene ferant, ſunt eñ duo. Quia tñ ad hoc tendunt unũ q͛ medicus debeat purgare qualia oportet purgare, aphoriſmus ſine controuerſia unus eſt. Similiter

&

& in cõplicatis (ꝓpterea bene (ut dixi) philoſophus uno uerbo dixit, eandẽ orationem uocare oportet, quæcunq; propter idẽ fit) uelut infra Acceſciones & conſtinctiones morbi indicabũt & anni tempora. Quęcunq; adducant̃ tanq̃ partes; atq; id bifariã ſeu ſingillatim ſeu cõiunctim, ut in uocata ſyndrome & ſynætia ut in introductorio, ut liqueat iam quatuor eſſe modos pluris qui tñ eandẽ reddant orationem ſeu Aphoriſmũ. Cõſtat aũt oẽs reduci ad modũ illum ab Ariſtotele poſitũ, ut ſint reliquæ partes propter idem demonſtrandũ aut complendũ aut determinandũ aut amplificandũ aut declarandũ. Quinq; igitur modis generaliter unũ plura eſſe oportet & plura unum conficere. Quis em̃ ambigit unũ non eſſe hominẽ, in quo tñ maior eſt uarietas partium inuicẽ quam in hoc. Et quod eſt in re idẽ eſt in oratione. Et ideo unũ dicitur iuxta proportionẽ ſeu rationẽ cum oĩa eiuſdẽ cauſa fuerint. Neq; turpe uideri debet inuentori artis (ſecus de eo q inuentã colligit atq; diſponit) ut quæ unũ ſunt diſpergat. cuius exemplũ frequens

eſt apud Hippo. uelut in illo. Eius qui ex ægritudine bene cibatᷓ nihil ꝓficere corpus, malũ. Dicit. Gale. in Com. Oportebat & huc Aphoriſ. & illum qui ſequitur adiunctũ eſſe illis, qui ſupra ſcripta ſunt ubi dicebat: Si quis à morbo cibum aſſumens non corroboratur. Et ſimiliter in illo: Quicunq; lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, dicit Galen. Oportuit huic aphoriſmo illũ præponi, in quo dicit lienoſis difficultas inteſtinorũ ſuperueniens, bonũ. Ex quo apparet Galenũ hoc uidiſſe. Sed tu homo acutus ſcio ſtatim obijcies, quãdoquidẽ Galen. hoc toties uidit (nam & pluribus exemplis hęc duo adduxiſſe ſat eſſe duxi) non errauit, ergo hic, cũ cauſam unius & plurimum intellexerit uel te ipſo teſte. Sed o uir egregiè, aliud eſt aliquid ſcire, aliud perfectè ſcire. Scimus aſtra moueri diuerſa ratione, modũ tñ neſcimus. Scimus, ut dicebat philoſophus duo eſſe parẽ numerũ, nõ tñ hęc duo, qa neſcimus an ſint duo. Hoc tã frequẽs eſt in omnib. ut ſciamus generaliter aliquid, non tñ ſcimus idem applicare ſpecialiter quibus conuenit. I-

ta duobus modis potuit decipi Gale. circa hoc etiam, q̄d ſciret quod aphoriſmi qui unam cōplent ſententiā licet uideantur duo tñ nō ſunt niſi unus: aut quia nō perfectè ſciret quot modis diceretur un̄ illud propter comparationem, nā quinque eſſe docuimus: aut q̄niam non animaduerterit (ut utar modeſtiore nomine in hoc aphoriſmo, ſecundā partē eſſe primam quā intendit Hippo.) ut ſtatim declarabo. Et ideo decet hominē qualis es tu talem etiā eſſe qualē ego te credo, ſcilicet ueritatis amantiſsimū. Dicebat philoſophus primo Ethicorū: Nā cū & qui ideas poſuerunt (uidetur Socratē & Platonem intelligere) & ueritas ipſa, amici ſint, ſanctū eſt honori ueritatem præferre. Cicero ipſe, quamuis orator & ex eorum genere quorum ſcopus eſt falſa perſuadere, adeo extulit ueritatis nomen ut illā ſingulari preconio laudauerit.

Sed ut ad rē deueniā, dico quod, ut habet̄ in noſtra expoſitione in cōmentario eiuſdē primi Aphoriſmi, ratio ſic cōſtruitur: Curatio ægri pficitur ex medico pręcipiente opportuna, & ut talia adhibean

tur oportet ut ſit cauſa efficiēs, & ſunt aſtātes & materia.i.ęger q̄ cōſentiat & forma, & ſunt res externę q̄ adhibent̄.igitur ad conſequendū finem & ſanitatē ultra officium medici, q̄ eſt loco artis, neceſſaria ſunt illa tria. Verū cū illa ad opus ipſū ſint neceſſaria, non ad artē, nō eſt neceſſariū ut doceāt̄ hic, uerū ut medicus in arte ſit inſtructus neceſſariū eſt, ut poſsit p̄cipere quę conueniūt. ſed nō poterit pręcipere & ſcire quę cōueniūt niſi ſit inſtructus aphoriſtica doctrina, igit̄ doctrina aphoriſtica in arte medica neceſſaria eſt. Ergo uolēti tradere medicā artē, ut poſſit cōmodè exerceri, neceſſariū eſt cōponere aphoriſmos atq̧ conſcribere. liquet igitur q̄ aphoriſmus eſt unus quo inſtruit medicū generaliter ad oīa neceſſaria ſaluti infirmi. Sed obijcies q̄d dicat (oportet aūt) nā eo modo loquendi non utitur in duobus ſequentib. ſed manifeſtè inferat ſecundā partem ex prima, hic autem coniungat. Nā ſi ſillogiſmus fuiſſet hæc oratio, dixiſſet (oportet igitur) non oportet aūt. Verū liquet q̄ non poterat hoc loquendi genere uti, q̄a pluscontinebat̄ in ſecun-

ſecunda parte quam demonſtraretur in prima. In prima em̄ demonſtratur ſolum quod oportet ſcribere Aphoriſmos: in ſecunda uerò ꝑponitur de medico, ęgro & reliqs: Ideo utitur hac dictione autē, ut intelligamus non ſeq totā ſecūdā partem ex prima. Sed dices iterū, cur non ꝑpoſuit ergo ſecundā partē primę, dicēdo oportet non ſolū ægrū & aſsidētes & exteriora opportunè ſe habere, ſed medicū habere cognitionē promptā, q̄ non niſi ꝑ aphoriſmos haberi poteſt, nā uita breuis, ars longa & reliqua. Reſpondeo q̊d mos Hippocr. eſt ſequi ordinem naturę, cauſa em̄ efficiēs effectū pręcedit, & quę pręmittunt propoſitiones concluſionē. cum ergo, uita breuis, ars longa ſint cauſæ neceſsitatis conſcribendorū aphoriſmorū, & ſit propoſitio ꝑmittēda, nō par fuit ut Hippocrates ordinem inuerteret.

Sed q̄uiā, ut dicit, unū & plura nō ſunt cōtradictoria, atq; id mihi imponit, cū cōtradictoria ſint orationū in genere, non uerbū uerbo: credo lapſus memoria ſiquidē dixi contraria eſſe ſeu oppoſita ita q̊d unum quatenus unum eſt plura eſſe

non poteſt & quod eſt plura eodē modo fieri non poteſt ut ſit unū. quod facile demonſtratur. Quia unū quatenus unū eſt in plura diuidi nō poteſt, quæ plura ſunt diuidi poſſunt: poſſe diuidi & non poſſe planè ſunt contradictoria, igitur unū & plura ſub eadem ratione ſunt oppoſita. Omitto aūt nunc quæ in Quinto Primę philoſophię tū alibi etiā Ariſtoteles ſcripſit de cōtrarijs oppoſitisq́, ſolū eo uenio ubi ex profeſſo rem aggredit̄ de uno multisq́ quęrens, an ea ſint contraria: id que in decimo eiſdē primo philoſopbię. utitur aūt hoc argumētò, unū uni cōtrarium eſt, non igitur plura poſſunt uni eſſe contraria, nam ſi contrariū eſt unū eſt quod eſt contrariū, ut calido frigidum. Eſtq́ hæc ratio in hoc ſita qđ quæ contraria ſunt differunt hac ratione ab oppoſitis: proprium enim oppoſitorum eſt ut ſimul eſſe non poſsint, contrariorū autē ut minns ratione conueniant, inter ſe autem maximè diſtent. quo circa illud unū aut genus eſſe poteſt ut in animali rationale & irrationale: Et quæ in eodē ſubiecto, ut lumē ac tenebrę, cœcitas & uiſus.

Et

Et quæ ſub eadē potentia ut ęquale & in æquale. omnibus his contingit unum uni tantū eſſe contrarium demōſtranturq; à philoſopho, quoniā in extremo poſita ſunt & ultima atq; perfecta diſtantia, differunt, quare etiā nō poſſunt eſſe ſimul. Quomodo ergo unū & plura inquit philoſophus poſſunt eſſe cōtraria, ſi unū, ut diximus, uni ſolum eſt contrariū. idq; etiam eſt, ut dixi, ab eodē demōſtratū. nam ſi plura poſſent uni eodemmodo eſſe cōtraria, eſſent illa in ultima & perfecta diſtantia ab illo quare eſſent inter ſe eadē. neq; enim extremū poteſt eſſe niſi unū, aliter eſſent ſimul extremū & non eſſent extremum. Reſpōdet igitur quod ęquali, gratia exempli, maius & minus q̄ duo ſunt contraria eſſe poſſunt, aut ut negantem aut ut priuationem. Sed non ut negantem, quoniam æquale maius & minus dicuntur ſolum in uno genere quod ſecundum quantitatem poteſt comparari. At priuationi eodem eſt genere. liquet igitur q̄d æquale & inæquale contraria potius ſunt quam æquale, magnū & paruum. Sed & hoc habet difficulta-

tem. nam inæquale aliud magis aut minus continget, igitur nõ ſolum plura uni eſſe contraria, ſed infinita. Verum non ita congruit ut genus quidẽ generi ſit contrarium, ſpecies aũt infinitæ ſub eo contineantur, Habemus ergo primũ quod oppoſita & cõtraria ſola ratione differunt, Et quod contrariorũ ratio eſt in diſtãtia oppoſitorum in eo quod ſimul eſſe non poſſunt. Quare cũ unũ & plura oppoſita ſint ſimul eſſe nõ poterunt. Cõtraria etiam quædã medio carẽt ut quæ priuatione & habitu cõſtant. contradictoria etiã medio carent, ſed à contrarijs differũt in quit, tũ qa contraria nõ oĩa medio carẽt ut albũ & nigrũ media habẽt plura: tũ qa cõtraria circa idẽ ſunt aut genus aut ſubiectũ & ita uerſantur circa idẽ, contradictoria aũt nullũ habẽt genus. Oĩa enĩ ſũt alba uel non alba, nõ tñ oĩa ſunt alba uel nigra uel media. Reuertendo igiť ad propoſitũ, q̊d tu uir ingenij acumine tui confiſus, tã facile abſoluiſti, nos non ſine labore multo atq; inqſitiõe poſſum, dico quod unũ & multa propriè ſumpta non ut ad res trãsferunť. omiſſa Ariſtot. quæ

ſtione

ſtione, ſunt contraria: quia unum & non unum ſunt contradictoria, igit̃ cum redu cuntur ad unum genus ſunt contraria. at unũ & multa ſunt in genere quantitatis igit̃ ſunt cõtraria. oſtenſum eſt em̃ quod in duobus differunt contraria à contradi ctorijs. Sed & philoſophus in quinto primæ philoſophiæ docet, ꝙ unũ & mul ta ſunt oppoſita, Et q̃d uelut unũ dicitur numero, ſpecie, genere & analogia ita & multa, quãq̃ in hoc de analogia non lo quat̃. Hic uerò diſputatio eſt de analogia ꝓpriè, ut uiſum eſt, ſeu cõparatione aut proportione aut cõuenientia, alij homo logia legunt: tot em̃ modis, ut alios p̃te reã, Cicero hoc nomẽ explicat. Neq; exi ſtimo te tã criticũ eſſe, ut diſcrimẽ nũc fa cere uelis inter multa ac plura, neq;. n. ob ſcurũ eſt plura eſſe cõparatiuum multo rũ. Vult ergo philoſophus unũ dici & ut cõtinuũ & alijs multis modis, ſed ſem per multis opponitur, & eſt contrarium illi ratione dicta. In hoc propoſito ergo principale eſt, rite curãdum eſſe ęgrum: hic finis hic ſcopus. ad quod conſequen dum ſunt neceſſaria ut æger, aſtantes & exteriora cũ medico bene ſe habeant. Et

Et ut medicus bene ſe habeat, neceſſe eſt ut ſit inſtructus in medicina aphoriſtica breuitate, igitur neceſſariũ fuit ſcribere aphoriſmos. Analogiæ igitur nomine intelligit illud, ritè curandus eſt ęger tanq̃ principale. Nam analogia non eſt quæuis proportio, ſed proportio ad aliquod principale, & hoc in ſenſu noſtro propoſito congruẽte. Et principale eſt ſcopus ſeu finis: At ex ui nominis ſignificat qcquid ei tribuit Cicero. His uiſis dico q̃d cum ignorantia ſit duplex, ut ſcribitur à philoſopho poſteriorum primo: alia quidem in qua homo neſcit nec ſcire putat quę communis eſt omnibus & ingenuo, uiro digna, parumq; mortalibus noxia: alia opinionis dum homo quę neſcit ſcire ſe putat, pernitioſiſsima mortalibus. Architectus aquas conatur deducere infecto opere: alius domum edificat ruinoſam: medicus exercet quam nõ nouit artem ægroſq; interficit: philoſophi magnis clamoribus contendunt, inuidioſa, ambitioſa, exitialis. in hoc genere ſi conſtituamus eos qui perperam interprętantur ſcripta ueterum, quantutum iacturã

hu-

humanis rebus afferemus. Itaq; & ſi conſiliū meū diſpliceat notum ſaltē à Deò pium pro hominū ſalute pro incolumitate artis ſuſceptum aduerſus quencumq; hominem exceptum, tibi uiro ueritatis ſtudioſo & in mortalium commoda nō unius uiri quantumcunq; prĕſtātis, (modo fuerit nomen nato addicto) atq; iurato diſplicere non debet, ſed totis uiribus ut quod non potuere illi immenſa enim leges eſt medicinæ ars & ad quā nec mille Galeni etiā ſoli ueritati ſtudentes, non ut hic noſter iugulandis ueterum ſententijs inhians totus, nos poſsimus poſteriſque animum uiamq; præbere ad ulteriorem notitiā. Quod malum quæſo Dij tibi tuiq; ſimilibus (ſi in hoc conſilio maneatis ut cum artem intelligatis eſſe infinitam, tantū ſpaciū ad frugē datū ſit,) uelitis nos anguſtiſsimo angulo Galeni operū, quę etiam maiore ex parte periere, contentos eſſe. At dicetis, adijciant alij ſed inconcuſſa maneant quæ uir ille ſcripſit. At fieri neq̄t quod præcluſerit multis in locis erroribus ſuis uiam ad ulteriorem inquiſitionem. Obijcies, quod dicere

re

re ſolent plerique adeo illius nomini fauẽtes, ſi Galenum euertamus, quem poſtea ſequemur. liberũ erit unicuique quod uelit in medicina ſtatuere, reuertemurque denuo ad Themiſonis placita, ad Theſſalumque. nam & noſtra ætate palam eſt, quædam propriæ uocis ignarum adeo turpiter & criminoſe in Galenum inuentum ut pene totam artem perdiderit nec quicquã aliud profuit niſi quod breuis detecta eſt illius inſania. Fateor ſed uelut ad certamina nõ niſi delecti admittantur, ita nec ad iudicia diſciplinarum. Eligi debent etiam ipſius Galeni teſtimonio perquam exercitati in diſciplinis maxime mathematicis, dialectica atque naturali philoſophia: non ardore iuuenili, nõ cauillationibus aut facundia immoderata imponere mortalibus tentantes: ſed uiri ueritatis ſtudioſi, opere medendi exercitati & illuſtres: diſciplinis etiam ab adoleſcentia imbuti. iam ætate ſenes, uitæ probę, qui totã quę adducunt rationem experimentaque doceant: & quod maximum eſt dogmata ſua ad unũ principiũ reducere poſsint. qui quæ probãda ſunt
probent

ꝓbent, quę dānanda, uerecunde dānent. his fidē adhibere cōuenit tanꝗ in cōmune cōmodū natis, non ut cuiꝗ incitamēti anſa inceſſendi bonos auctores det. nā ſi hæc uenia nulla cōceſsa eſſet, iā nos oportuiſſet & Galen. ante tot claris uiris Praſiſtrato, Prodico, Attaleo, Aſclepiadi Praxagerę, Diocli, Archigeni, Herophilo, Philotino & Agathino. totꝗ alijs qui ſua tempeſtate Galen. auctoritate anteibant acqeſcere, nō illis contradicere. Verum ubi ſine diſcrimine anſa ꝑbeat omnibus contradicendi, fateor ingenuè melius eſſe ut his quę à ueterib. ꝓdita ſunt acquieſcamus, & nihil moueamus quā incerta ſub ratione tot nebulonib. arcana diuinę artis diſcerpenda patefacere. Quā obrem te hortor, mi camuti, ut & tu nobiſcum ad bonum rectumꝗ opus cōſentias nam reliqua quæ in defenſionē affers Galeni, reſpōſione nō indigere arbitror, ut dixi, eū in hoc primo argumēto quod à me & tu & tot uiri celebres aſtante tota academia audiuiſti, cum adeò ab his quæ ego dixi ſis alienus, quonam pacto perſuadebis cuiquam quæ nūquam

au-

K23437–M



audiſti à me aduerſus Galenum diuinare potuiſſe. Tū uerò maximè quod hęc omnia in commentarijs q̄ nunc, ni fallor penè impreſſa ſunt apud typographum, abūde ſint dilucidè explicata. Tum uerò ſi non acquieueris & tibi locus erit cō tradicendi opportunus & mihi reſpondendi. Interim doleo te fruſtra tātum ſuſcepiſſe laboris. ſed poſtquā id bono animo effeciſti, ferendum eſt à te utcunq; mihi ſane nil quod à te prodierit ingratum eſſe poteſt, ea ſum natura & te eo animi candore cuncta agere mihi iamdudum perſuaſi, uale. Bononiæ vij. Idus Ianuarij M.D.LXIIII.

Hieronymi Cardani Tomi primi Finis.

5534. a.

acute que est que sunt in quibus venit crisis in xl diebus hec duo

causa est declarat quod in sermone suo que sunt. Praeceptum

inter istas egritudines et spasmum et scotomiam et colicam pas-

sionem et reliquas egritudines acutas que vero non est sed in sermo-

ne suo sunt et venit crisis in xl diebus in eis ... in-

nuit quod egritudinibus acutis egritudo quod dicitur nomine absolute acuta

egritudo et egritudines quod dicuntur acute ... evenit quod haru

egritudinum ... acute ...

... venit ei crisis in die xiiii ...

... completa ...

... extenduntur usque ad xl dies ...

... non est ... in hiis egritudinibus ...

acute ... egritudinum ...

... ante ...

... in hac egritudine in principio ...

... hanc ... laudabile ...

... egritudinibus ... acute nomine absoluto ...

et ille egritudines que extenduntur usque ad xl dies et nominantur

ex accidente. In reliquis autem egritudinibus acutis in quibus non est fe-

bris accidentes egritudines non dicuntur ... Colligitur quod ex hoc sermone

... tempus ...

acutarum in quibus venit crisis in iiii diebus ...

... ex accidente ... media

inter istas egritudines et ... in quibus ... dies crisis

est dies xl ... sermone ...

... egritudinum ...

... medicinis ...

... sermone ...

... in egritudinibus acutis venit crisis in xiiii diebus ...

... dies crisis ...

... sermone ...